

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

7 400 40



MADE IN SPAIN

R. 5008


de la comp^a de l'ho de granada B. d.

IOANNIS DRIE-
DONIS A TVRNHOVT SACRÆ
Theologiæ professoris apud Louanienses,


De libertate Christiana
libri tres,

*Nunc denuo ab innumeris, quibus scatebant, mendis absterfi: adiectis in
marginibus, tum sententiarum quæ tractantur, tum
scripturarum ac sacrorum doctorum,
quæ citantur, locis.*

In sole posuit tabernaculi sui



Louanij
Ex officina Bartholomei Gramij
1548



Cum gratia & priuilegio.



Tenor priuilegij Cæsarei.


Carolus Quintus diuina prouidentia, Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, Castellæ, & cæt. Rex. Exhibita fuit nobis supplicatio à Bartholomæo Grauiolibrario Louanienfi iurato, & secundum nostram proximam ordinationem typographo, qua indicabat se imprimere cupere omnia opera Ioannis Driedonis à Turnhout magna sua cura correctæ, & à Domino Ruardo Tappert sacre Theologiæ professore, Academiæ Louanienfis Cancellario & Decano S. Petri comprobata. His rebus moti, illius supplicationi consensimus, annuimus, & tribuimus his nostris literis, vt eadem opera Ioannis Driedonis excudere pergat, excusos vendat, & distrahat per omnes nostras ditiones, vt latius patet in literis illi à Cæsarea M. concessis. Anno millesimo quingentesimo quadagesimosexto, primo Octobris, Imperij nostri. 27. Regnorum autem nostrorum Castellæ, & aliorum trigésimoprimo.

IN PLANO STABAT

Per Cæsarem ad relationem
Consiliariorum.

Et signatum à P. de Lens.

Lectori S.



PV S hoc amice Lector, quanquam non vno modo imperfectum erat, (nam & in medio, et in fine desunt quedam, quæ absolvere auctor per vitam longiorem non potuit) tamen cruditorum iudicio indignum visum est quod interiret propter utilitates multas, quas capere ex eo sit quoque studiosi possent, præsertim cum quæ adijcienda videbantur, non ita cum præcedentibus argumenti similitudine cohæreant, quin hæc sine illis intelligere queas. Nam libro tertio tantum desideratur solutio undecim argumentorum, quæ proponuntur in 10. cap. At horum priora nouem, ad materiã operis huius propriam pene nihil pertinent. Decimũ verò et undecimũ eisdem prope verbis proponuntur libro eodem, in 1. cap. Soluuntur autem multis paginis in 3. 4. & 5. cap. Quod si cui tardiori ista non satisfaciẽt, plura ab alijs petat licebit, qui rem eandem tractant contra Lutheri hæreses. Iam quod vides librum tertium, cum nullus præcesserit secundus, sciro auctorem inter scribendum (simul enim & scribebatur opus, & excudebatur,) mutasse, ita vt sit, voluntatem ac materiã, quam totam animo comprehensam, aut alioquin in schedis notatam habebat, aliter disponere cœpisse, quam statuerat initio. Quæ res etiam facit, vt in vniuersum compositio tota operis & structura perturbatior sit, nec satis habens artificij. Cui incommodo ita facile medebimur, si regulas dialecticæ methodi secuti, labore priuato sibi quisque colligat. primum ea quæ proprie ad causæ statum faciunt, deinde quæ extra causam sunt obiter addita, & alibi tractari tẽpestiuus fortasse poterant. Bene vale.

Putauimus lectori operæ præcium in hac secunda impressione facturũ, si varias tractatum, membrorum, ac partium diuisiones, reduceremus ad vniuersam capitum distinctiõnem: primum quoque librum in duos diuisimus, eò quod tertius subsequeretur, non præcedente, suo numero, secundo.

AA ij

Index rerum ac sententiarum in

HOC LIBRO CONTENTARVM, PRIORE NVMERO
folium, posteriore uero folij faciem designante.

Abbatibus qualis obediētia debita. 85. fa. 1. a
Absoluere est eius qui iurisdictionem habet. 100. facie. 1. d
Accusator & iudex vnus & idem esse non potest. 24. fa. 2. b
Adam qualis fuerit primum creatus. 2. 1
Adam tria attulit nobis mala. 2. 2
Adam filios suos erudiuit. 83. 2. a
Adolescenti adhuc vnum deerat. 86. 2. d
Apostolorum canones que sint, & quid habeant authoritatis. 82. 2. d
Apostolorum tempore cōcilium vniuersale, & declaratus textus, Act. 15. 89. 1. a
Apostoli prohibuerunt quādam, quæ neq; lex, neque natura vetat. ibidem. d
Apost. locū & Christi supplēt episcopi. 93. 1. d
Apostolis diuersis temporibus & modis datus spiritus sanctus. 98. 2. b
Apost. Pau. ab ecclīe prepositis mittitur. 100. 2. a
Ariolos cōsulere etiā paratos nō licet. 108. 1. a
Attētio & intētio inter orandū requiritur. 22. 1. a
Baptismus vbi & quādo fuerit institut⁹. 99. 2. b
Baptismus efficaciter datur à Iudæo, laico, & cat. 99. 1. b
Baptizans non sacerdos extra necessitatem irregularis fit. 100.
Baptismus Arrianorū falsus & irritus. 101. 2. d
Baptismus non petendus ab hæreticis, nisi in necessitate. 102. 1. a (diendum. 63. 1. c)
Bellare principi præcipienti suis, quando obello captæ res an seruari possint. 34. 1. a
Bellum vltro accedentes milites pro stipendio. 64. 1. d
Bello durante, milites si faciant concussionem amicis, an restituere, & cat. 64. 2. a
Bello iusto an occidere liceat innocentes cum nocentibus. 63. 2. c
Bellū quando iustè vel iniustè suscipitur. 63. 1. d
Bñficiati an sint bonorū que recipiūt dñi. 59. 1. c
Beneficialia bona sunt triplicis generis. 57. 1. c
Beneficiati quid facere teneantur de bonis superfluis. 56. 2. c
Beneficiati & monachi non facientes officium, vel horas, & cat. an restituere, & cat. 57. 1. c
Beneficiati absentes à beneficijs suis. 58. 1. c
Beneficia duo habens, an bis teneatur celebrare bis legere horas. 58. 2. c
Beneficia extinguere, coniungere, bona alienare, an possit papa. 59. 1. d
Beneficiorū canonicium ratio & origo. 59. 2. a
Beneficia plura habens, an sit tutus per dispensationem papæ. 60. 1. d
Beneficij dum possessio capitur pecuniam exigere an liceat. 35. 2. c
Bonitas operis dupliciter consideratur. 20. 1. b
Cardinales potestatem eligendi papæ habent, & ea priuari possunt. 38. 2. c
Carolus Magnus papæ eligere potuit. 38. 2. d
Causa cessante cessat effectus quomodo intelligatur. 103. 1. a

Cæremonialium præceptorum vtilitas. 16. 2. d
Cæremonia & sacrificia, media quædam ad præcepta decalogi. 17. 1. d
Cæremonialia præter literales rationes figurales habent. 17. 2. c & 23. 2. c
Cæremoniā Mosaicarū ratio literalis. 23. 2. d
Charitas an præcipiatur i præcepto decal. 21. 2. b
Charitas Christiana qualis sit. 1. 2.
Charitas quō finis præcepti & legis. 20. 1. c
Charitatis lex an sola sufficiat ad salutem. 10. 1
Charitatis officia que sint. ibidem.
Charitas de corde puro & fide non ficta, quæ fit. 20. 1. c
Charitas duplex: creata & increata. 21. 1. c
Christus quomodo sit finis legis. 13. 1. d; & 20. 1. d
Christianus, dominum suum ducens ad idolum an peccet. 67. 2. b
Cibus, potus, & lux⁹ multa mala inducūt. 17. 1. a
Cibum cum malis non esse fumendum, quomodo intelligatur. 24. 2. c
Claues ecclīe duplices: & quæ sint. 54. 1. c
Communio cum infidelibus esse potest, aliquando non. 102. 2. b
Communio vnus cum altero duabus de causis interdicitur. ibidem. a
Concupiscentia quare prohibita. 21. 1. a
Consuetudo quid sit. 33. 2. b; & 36. 1. d
Cōsuetudo vnde iudicāda, quæ vel iiqua. 30. 1. a
Consuetudo tanta, vt contra eam vxorem ducere nepharium sit. 2. 1
Consuetudo qua recipimus temporalia pro spiritualibus. 34. 2. c
Consuetudo introducta illicitis actibus an legē abroget. 37. 1. c
Cōsuetudo cur habeat vim legis. 36. 2. b
Consuetudo contrahendi contra canones, an valeat. 36. 1. b
Consuetudo obuians canonicis institutis, nullius valoris est. 44. 2. b
Consuetudo ecclīe seruanda. 45. 1. a
Consuetudo quando seruanda sit, August. dat duas regulas. 47. 1. a
Consuetudo ex deuotione populi introducta, an obliget. 47. 2. b
Consuetudo sola facit, vt hæreditaria accessio sit furtiua vel legitima. 35. 2. d
Consuetudo ecclīastica que seruanda, quæ nō, ex August. 89. 2. c
Constantiensis concilij tenor de vitandis excommunicatis. 25. 2. d; & 97. 2. b
Constantiense concilium non abrogauit canones latæ sententiæ. 26. 1. b
Contemptus legis triplex. 91. 1. c
Contēptus & neglectus quō differant. 91. 1. c
Contemptus quid sit, & quid sit ex contemptu facere. 91. 1. b
Cooperari in externis actibus per felicitas, licet. 67. 2. b
Credere in Iesum quid complectatur 10. 2
Cypria-

INDEX.

Cyprianus, à malis, sed non ab hæreticis validè baptismum, &c. 96. b. & 101. 2. b
Damnatus ad mortem, an fugere, carceres effringere possit. 64. 2. b
Damnatus ad carceres, an fugere possit 64. 2. c
Dānatis an ad fugā possimus cooperari 65. 1. a
Deo volēte simul & nolēte quidā regnāt
Deum esse an sit per se notum 19. 2. a (101. 1. c)
Deus mortem non fecit, tamen mors est à Deo
Digitus Dei in scripturis quid sit 46. 2. c
Dilectio Dei qualem ponit Iudæus non perducit ad vitam 22. 1. c
Diuitiarum amorem non possessionem damnat Christus 87. 1. d
Dominium vnus super alium duplex. 28. 2. b
Dominia rerum acquirimus iure gentium, quarundam iure ciuili 33. 2. c
Ecclīe gladij duo 30. 2. c (at 30. 1. a)
Ecclīa vnde potestatem secularem habet
Ecclīa nōe quando dicitur aliquid fieri. 96. a
Ecclīa quos tolerare dicitur 111. 2. d
Ecclīe aliquid dare tripliciter cōtingit. 59. 2. c
Ecclīam facere hæredem ex hæredato filio nō licet 56. 2. b (cōta est 30. 2. b)
Ecclīastica potestati potestas secularis subiectionis accipere temporalia non est mendicitatis 35. 2. b (possessione 35. 2. c)
Ecclīastici an possint pecuniam exigere pro Ecclīastici perditē viuentes, an teneantur fructus restituere 57. 2. c. & 61. 1. d
Ecclīasticorū bonorū triplex genus, & quōd sit obnoxium restitutioni 57. 1. c
Ecclīastici à tributo & legibus secularium sunt liberi 32. 2. c
Ecclīastic. beneficiorū triplex genus 57. 1. d
Ecclīastici an possint negotiari 62. 2. a
Ecclīastici an obligētur legibus principum in conscientia. 29. 2. d (56. 2. a)
Emerere redditus ex fructibus ecclīe an liceat. Episcopo subiectus Cæsar. 28. 2. a
Episcopi sicut seculares principes leges condere possunt 51. 1. a
Episcopatum vsurpare aliud est quàm malis artibus acquirere 103. 2. c (dit 16. 1. a)
Error non in vniuersali, sed in particulari accidit
Errores circa libertatem Christianam 1. 1.
Ethnici quō seruant præcepta decalogi 12. 2
Eucharistiam tentans consecrare non sacerdos nihil facit 99. 2. a
Eucharistia à pastore etiam adultero accipienda 109. 2. c
Excommunicatio iniusta, vel nulla, an liget. 67. 2. c
Excommunicatus iniustè quomodo se debeat habere. eodem (culto. 68. 1. a)
Excommunicatus iniustè, licitè celebrat in oc
Excommunicatio ipso facto lata, an sit iusta. 68. 1. c
Excommunicati an sint vitadi sub pœna peccati mortalis vel venialis. 68. 1. d
Excommunicatum aliquando secundum charitatem vitare non debemus. 68. 2. a
Excommunicatos beneficio canonum quidam non tenentur vitare. 68. 2. d (dire. 69. 1. b)
Excommunicato patrifamilias tenetur filius obexcommunicatis communicantes ex ignorantia, an excusentur. 69. 1. d

Excommunicato etiam sciētè cōmunicare per Constantiense conciliū licet. 72. 2. b
Excommunicatus est sæpe non solum committens crimen sed etiam consulens. 72. 2. d
Excommunicato coicare trifariā cōtingit. 73. 1. a
Excommunicatur mandantes, cōsules, officiarij, non impediētes clericum percuti. 73. 2. b
Excommunicatus absens verè poenitens an sit verè excommunicatus. 75. 1. b
Excommunicare iubens episcopus quem noui innocentem, an obedire debeam. 65. 2. a
Excommunicatus baptizare, cōsecrare: absoluerè verò & excommunicare non potest. 97. 2. b
Excommunicati occultè iudicis sententia est valida. 97. 2. d
Famam diminuens aliquando non tenetur ad restitutionem. 74. 2. c
Famā nō auferit testis reuelans crimen. 74. 2. b
Famosi libelli author occultus, si iubeatur se prodere, an teneatur. 74. 1. c
Festa quædā à tēporib. Apost. obseruata. 36. 2. c
Festi dies à Christo nulli indicti, seruandi tamen sunt. 46. 2. a (gust. eodē)
Festiuitates Paschæ quando celebrandæ, ex August. quomodo se gerere debeat erga patrem, si rempub. regat. 51. 1. b
Filiorum erga parentes officium 51. 1. b
Filiorū, seruorum, vxorum erga superiores cōditio, ex Paulo. 51. 1. c. & 80. 1. b
Fornicarius conuersus, an teneatur statim rejicere concubinam. 25. 2. c
Fornicarij missam an audire possimus. 25. 2. c
Fornicarijs censum annuum dare vt permaneāt in crimine, non licet. 26. 2. c
Fures nō esse suspēdēdos docuit Scotus. 34. 1. d
Gesta per excommunicatos sunt valida aliquando. 98. 2. a
Graduū & ordinū in ecclīa distinctio. 14. 2. d
Gladius secularis neq; habitu, neq; actu apud Papam, est tamen illi subiectus. 44. 1. a
Gula non fuit primum Adæ peccatum. 13. 2. c
Hereticorū cōsuetudo. 1. 1. (cauit. 112. 2. a)
Hæretic⁹ quare iure diuino sit excōicatus. 40. 1. c
Hæretici quō & quando vitandi 98. 1. d
Hæreticus mentalis. 92. 2. b
Hæreticus prælatus est vitandus. 40. 1. a
Hæretico prælato an sit obediendū. ibidem.
Hæretic⁹ rex an regno priuari possit. ibid. d
De Hæresi suspectus quando merito Papa haberi potest 40. 2. d
Hieroboam regnauit ex voluntate Dei, & non ex voluntate Dei. 105. 1. c
Homo cur iam plus appetit potum, cibum, &c. quàm lex naturæ exigat. 18. 1. d
Homo spiritualis aut carnalis quis. 80. 2. d
Homo spiritualis à nemine iudicatur. 81. 1. a
Hostes charitatis qui sint. 13. 2. b
Ieunare aliud quàm temperatè viuere. 48. 2. b
Ieiunos sumere corpus Christi obseruatum à tempore Apost.
Ignoranter contrahens cum serua. 67. 1. c
Ignorantia est multiplex. 69. 2. c
Ignoranter cōmunicans excōmunicato. 69. 1. d
A A 3 Ignorantia

I N D E X.

Ignorantia facti & iuris quotuplex sit. 70.1.a.b
 Ignorantia inuincibilis excusat totaliter. 70.1.c
 Ignorans probabiliter episcoporum statuta, an
 poenas incurrat. 71.1.d (dam nō. 71.2.a
 Ignorantia quædam ab excōicatione excusat, quæ
 Ignorans se excommunicatum, si ordinetur, irre-
 gularis sit. 72.1.a
 Ignorantiæ materiã tractatū habes. 70.71.72.&c.
 Imagines non tollendę licet ex his quidam scan-
 dalizentur. 49.1.c
 Imperator subiectus Papæ, ab illo tamen non
 habet potestatem. 30.1.d
 Imperialis iurisdicctio non est à Papa. 53.1.d
 Immunitas à tributis concessa clero. 31.1.a.
 Infidelis non ita vitandus sicut criminofus fi-
 delis. 24.2.c
 Innocentię status fecisset omnes æquę liberos. 3.1
 Inobedientia quando criminalis, quando veni-
 alis. 90.2.d
 Interiores actus quomodo ecclesia potest præ-
 cipere. 92.2.a
 Iudex triplici ex causa potest contra alterum
 procedere. 66.1.c
 Iudex an possit torquere maleficum vt crimen
 suum prodat. 65.1.b
 Iudex an possit torquere reum vt complices
 prodat. 65.1.d
 Iudæi quare permittuntur à Christianis & non
 idololatrę. 34.2.a
 Iudæis aliquando libri quidã interdicitur. 32.2.c
 Iudæi primo omnium legitimum habuerunt re-
 gem. 41.2.a
 Iudæorum manus plenę sanguine, quis sit sen-
 sus. 95.1.c
 Iugum Christi suauē, & onus leuē. 88.2.d
 Iuramentum super statutis seruandis quomodo
 intelligendum. 50.2.b
 Iurans canonicus seruare statutum de non ser-
 uanda concubina. 50.2.b
 Iuramentum exigere ab eo quem scio peccatu-
 ris diuifio. 33.2.b (rum, an licet. 33.1.d
 Iurisdicctio suprema in Petro, & per illum in suc-
 cessoribus. 31.1.b
 Ius ciuile quid sit & eius diuifio. 33.2.b. & 34.
 Iustis quomodo omnia sint communia. 9.2
 Iusto non est lex posita sensus. 81.1.c
Læditur nemo nisi à se. 14.1.a
 Legem Dei non prauaricantur ratione ca-
 rentia. 15.1.c
 Legis ciuilis & canonici officium. 22.2.b
 Legislatoris intentio circa duo. 19.2.d
 Legis finis quis sit. 20.1.b
 Legis finis quare sit Christus. 13.1.d
 Legislator iustam habet rationem cur hanc vel
 illam legem imponat. 15.1.d
 Legis naturalis tria officia. 18.1.a
 Legis bonæ tres conditiones. 39.2.a
 Lex quid sit. 15.1.b
 Lex vetus & noua quomodo differant, & rur-
 sum conueniant. 10.2
 Lex naturæ sub innocentia statu, pura, serena.
 Lex humana bifariã mutabilis. 36.2.d (18.1.b
 Lex humana an ad peccatum mortale obligare
 potest. 48.1.a
 Lex humana non obligat nisi recepta. 29.2.c
 Lex humana duobus modis iniusta. 24.1.d.
 Lex iniqua non obligat conscientiam. 48.2.c
 Lex qualis debeat esse, & eius 3. cōditiones. 29.2.a
 Lex humana ligat secundum intentionem legis-
 latoris. 84.1.c
 Lex humana, diuina, naturalis, quæ dicatur, &
 quomodo differant. 16.1.c
 Lex in membris repugnans legi mentis, quid sit
 & quare sic dicta. 18.1.c
 Lex naturæ quomodo in gentibus & ethnicis
 fuerit sopita. 13.2.d
 Lex vera apud ethnicos. 105.2.a. & 106.1.b
 Lex non est iusto posita. 11.2. & 81.1.c
 Lex humana lege Moyfi infirmior. 81.1.c
 Lex positiua facit aliquid esse iniquum. 85.1.c
 Lex Moyfi quare dicitur pædagogus. 81.1.d
 Lex Moyfi quare desijt esse & non lex huma-
 na. 81.2.b
 Lex Moyfi grauior Christi lege. 87.2.d
 Lex Moyfi solum docet, lex Christi docet &
 adiuuat. 82.1.d
 Lex Christiana lex perfectæ libertatis. 90.1.b
 Lex naturæ ab anima hominis nō deletur. 15.2.b
 Lex triplex in scripturis sacris. 15.2.a
 Lex ne cōmunicemus peccatoribus, quomodo
 intelligenda. 24.2.c
 Libertas Christiana cognoscitur beneficijs per
 Christum impensis. 26.2.d
 Libertas Christiana nō facit nos liberos ab ob-
 edientia prælatorum. 1.2.
 Libertatis quatuor gradus. 3.2. & 5.1.
 Libertas in scripturis triplex. 4.1
 Libertas qd sit, & quid libertas arbitrij. 2.2. & 4.1
 Libertas à pctō duplex, libertas à miseria. 4.2.
 Libertas Christiana opponitur seruituti intro-
 ductæ pro peccato Adæ. 6.2
 Libertas carnis opponitur libertati Christi. 7.1
 Libertas Christi, & ecclesiastica differunt. 52.1.d
 Libertas Christiana de qua loquuntur scriptu-
 ræ. 1.2. & 5.1. & 80.2.c
 Libertas ecclesiastica non est ex solo principum
 priuilegio. 53.2.b
 Liberum arbitrium vnde dicatur. 4.2.
 Locare domos vsurarijs, an sit licitum. 107.2.d
 Lutheri errores ex ordine numerantur. 14.1.d
Mala facere vt veniant bona non licet. 112.2.c
 Malorum de medio exire, quid sit. 93.2.d
 Malum ex vobis ipsis auferte, quid sit. 94.1.b
 Malos tollere aliud, q̄ à malis recedere. 94.1.c
 Malum permittere licet. 32.2.a
 Mandatū vnū cōplectitur reliqua omnia. 13.1.a
 Mandata serua si vis ad vitam ingredi, quomo-
 do intelligendum. 86.1.b
 Mandatū nouum quare dicatur dilectio. 13.1.a
 Mandato regis quando obediendum. 63.1.b
 Mandatum sub pœna periurij aut inobedi-
 tiæ. 49.2.d
 Mandatorum obseruantia meretur vitam æter-
 nam, sed non gratiam. 87.2.c
 Matrimonij impedimenta tenemur sub excom-
 municationis pœna reuclare. 65.2.d
 Miles indifferenter cuilibet militare paratus, an
 peccet. 64.2.c
 Milites rusticos exedere non possunt, licet non
 detur stipendium. 64.2.d
 Missas

I N D E X.

Missas celebrare, aut prædicare propter pecu-
 niam. 34.2.d
 Moyfi Rabbonis Ægyptij sententia de ratione
 præceptorum veteris legis. 16.2.b
 Mos quid sit. 33.2.b
 Monopolia sunt illicita. 49.1.a
Neglectus & contemptus quid sint. 91.1.b
 Negociari an possint clerici. 62.2.a.b
Obedientia episcopis debita. 28.1.c. & 85.1.b
 Obedire principi mandatū, bellare aut occi-
 dere quando tenemur. 63.1.b
 Obediendum non est principibus, hæresis est
 antiqua. 80.1.d
 Obedientiæ episcopi & prælatis debita, qualis. 85.1.a
 Occultū crimen quō denūciare oportet. 86.2.d
 Occultum crimen reuclare præcipienti præla-
 to, an sit obediendum. 74.1.d
 Occultum crimen etiam admotis tortura, an re-
 uelare licet. 74.1.b
 Occultum crimen prodere non tenemur, etiam
 diffamatorum. eodem.
 Officium liberorum erga parentes. 51.1.b
 Officia pastoris quæ sunt. 53.2.c
 Operas locare pro ministrandis spiritualibus li-
 cet. 35.1.d
 Opus naturali & diuino iure licitum, per huma-
 nam prohibitionem sit illicitum. 49.1.b
 Ordo inter ecclesię membra in primitiua eccle-
 sia. 28.1.d
 Oues pascere quid sit. 53.2.c
Papa à nullo iudicari potest. 31.1.d. & 42.2.b
 Papa an possit sibi successorē eligere. 39.1.d
 Papa hæreticus excōicari non potest. 40.1.a
 Papa mortuo non extinguuntur ipsius confi-
 tutiones. 39.1.c
 Papam eligere potuit Carolus Magnus. 38.2.d
 Papa mortuo non transit potestas ad Cardina-
 les. 43.2.b
 Papa potest propter hæresim reges regnis pri-
 uare. 40.1.d
 Papa nō debet eligi Imperator nec cōtra. 41.2.c
 Papa supra concilium aliquo tamen modo sub-
 est. 41.1.a
 Papæ potestas non est à cardinalibus. 38.1.c
 Papa qm̄ incipit suspectus esse de hæresi. 40.2.d
 Papa primus à Christo, Cæsar legitimus primus
 ex consensu populi. 42.2.a
 Papa & Imperator non sunt in ecclesia tanquam
 duo capita. 55.1.a
 Papa super Imperatorem qualem potestatem
 habet iure diuino. 55.1.b
 Pascha quādo & quō celebrādū ex Aug. 46.2.a
 Pastori iure diuino & naturali stipendium vitæ
 debetur. 35.1.a
 Pastor ob causam priuari potest cura. 101.1.b
 Pastores malos laicus princeps corrigere non
 potest. 54.2.c
 Pastor absens à grege suo quomodo excusari
 potest. 58.1.c
 Pastoris officia excellentiora quæ. 58.1.d
 Pastor non residens an semper teneatur curam
 resignare. 58.2.b
 Pastores prauis aliquando tolerandi. 113.1.c
 Pastor malæ vitæ in sacramentis vitari non po-
 test. 111.1.a
 Pastorē suum nemini iudicare licitū est. 111.2.d
 Parochiani à malo pastore suo licitē petunt sa-
 cramenta. 112.1.d
 Pecuniam accipere pro spiritualibus quomodo
 id fieri debeat. 35.1.b
 Perfectus si vis esse, vade, vende. 87.1.a
 Potestas vtraque secularis & spiritualis vni con-
 uenire potest. 41.2.b
 Potestas primo per vim vsurpata. 41.1.d
 Potestati obediendum etiam propter conscien-
 tiam. 6.2.
 Potestati superiori obediendum iure naturali &
 diuino. 6.2. & 27.1.b
 Potestas eligendi prælatū ex æquitate apud col-
 legium. 36.2.d
 Potestas eligendi Papam apud Cardinales, quæ
 ipsis auferri potest. 38.2.c
 Potestas papalis & imperialis aliter & aliter sunt
 à Deo. 41.1.b
 Potestas ecclesiastica ad quæ iure diuino se ex-
 tendit. 54.1.d
 Potestas imperialis super vniuersum orbem nō
 est iuris diuini. 42.1.c
 Potestas secularis quomodo se potest immisce-
 re rebus fidei. 44.1.d
 Populus nō est seruus regis aut Imperat. 44.2.a
 Præbendati duobus obligantur. 58.2.d
 Præbendarum bona olim communia. 59.2.a
 Præceptorū moralium triplex gradus. 18.2.c
 Præcepta naturalia & moralia tacitē includuntur
 in decem præceptis. 19.1.a
 Præcipere alteri aliquid duobus modis illicitū.
 67.1.d
 Præcepta dantur à superiori vtcunque suis sub-
 ditis cognito. 19.2.c
 Præceptum humanum duobus seruari aut trans-
 gredi contingit. 51.2.b.c
 Præceptum transgredi ex cōtemptu peccatum
 mortale. 51.2.c
 Præcepta legis veteris quare dicuntur pacta sem-
 piterna. 86.2.a
 Præcepta quædam magna, media, parua. 91.2.c
 Prædicatio vna altera melior, sed non baptis-
 mus. 110.1.d
 Prædicare in sapientia verbi ibidem.
 Prælato malæ vitæ obediendum, hæretico verō
 non. 40.1.a
 Prælatus non debet se immiscere rebus seculari-
 bus. 41.2.c
 Prælatos non posse aliquid præcipere, impium
 est dicere. 27.2.a
 Prælati scribunt se permissione prælatos, quare.
 105.2.a
 Prælatum eligendi potestas penes quem est.
 36.2.d
 Prælatorum auaritia reprehenditur, qui emunt
 prædia. 56.1.d
Quæcunque dixerint vobis facite, quis sen-
 sus. 84.1.a
Ratione carentia Bruta à lege Dei non deui-
 ant. 15.1.b
 Rationales creature à lege Dei cur deuiare pos-
 sunt. 13.1.c
 Rectores ciuitatum quales debent esse. 23.2.a
 AA 3 Rectoris

I N D E X.

Reactoris & vniuersitatum mandata sub iuramento, &c.	49. 2. c	Stipendium vitæ aliud quam stipendium laboris.	35. 1. b
Reactoris iussu congregationes indictæ, quomodo & quando ligant.	50. 1. c	Superflua bona clericorum nõ potest princeps sibi applicare.	56. 1. c
Reges & principes seruiüt quib⁹ imperat.	84. 2. d	Superfluis bonis emere & augere redditus ecclesiæ, abusus.	56. 1. d
Reges malos dat aliquando Deus.	104. 2. d	Superflua ecclesiæ quibus sunt dispensanda.	56. 2. c
Regalis potestas super Israel quomodo fuerit à Deo.	104. 1. d	Superflua episcoporum quibus dispensanda.	56. 2. d
Regis mandato quando obtemperandū.	63. 1. b	T antum fac quod præcipio tibi, quomodo intelligatur.	82. 1. d
Rex quando iuste mouet bellum, & quando illi cessandum.	63. 1. d	Testamenta voluntatem Papæ non excludunt.	59. 1. d
Sacerdos operas suas locare potest.	35. 1. d	Testamenti tenor aliquando licite non seruatur.	60. 1. a
Sacerdotes perditè viuentes an teneantur restituere fructus.	56. 1. c	Theodosius imperator ab Ambrosio excommunicatus.	55. 1. d
Sacerdotes soli habent ius remittendi peccata.	99. 2. d	Transgressio voluntaria legis humanæ non semper peccatum mortale.	90. 2. a
Sacerdotum prauorum est distinctio.	110. 2. d	Transgressio voluntaria fit tribus modis.	91. 1. c
Sacerdotes licet mali nondum eiectionis membra sunt Christi.	102. 1. b	Transgressio legis humanæ quomodo contra legem Dei.	92. 1. b
Sacerdotes malos Christus permittit euangelizare.	109. 2. d	Tribunal seculare ab ecclesiastico distinctum est.	53. 1. d
Sacerdotes malos tolerantes in ministerijs suis peccant.	113. 1. a	V ectigal quid sit.	60. 2. b
Sacramenta ab hæreticis administrata vera.	97. 1. c	Vectigalibus non sunt oneranda prædia ecclesiæ.	62. 1. d
Sacramenta eiusdem valoris à malo aut à bono dispensata.	109. 1. a	Vectigalia cõttingit quatuor modis esse non soluenda.	60. 2. b
Sacramenta eiusdẽ, &c. ex Pau. declaratur.	109. 1. d	Vectigalibus quæ res sunt obnoxia.	61. 1. b
Sacramentum non est melius propter meliorẽ ministrum.	110. 1. a	Vectigalia soluere an teneantur ecclesiastici.	31. 1. a
Sacrificia sæpe Deo placent licet à malis offerantur.	95. 2. c	Vectigalia dare aliquando tenentur clerici.	32. 1. c
Sacrificia impiorum quomodo Deus habet odio.	94. 2. d	Vectigalia soluere qua ratione obligabatur Iudæi.	60. 2. d
Sacrificia Iudæorum nunc non placent nec eorum ministri.	94. 2. d	Vectigalia seu Gabellas licitum aliquando fraudare.	61. 1. c
Sententia contra innocentẽ lata an liget.	67. 1. a	Vectigalibus quomodo subditorum bona onerari possunt.	61. 2. c
Seruitus quid sit, & libertas, & vnde dicatur seruus.	2. 2.	Vectigalia in proprium vsu consumpta in defensionem, &c. restituenda.	61. 2. d
Seruus peccati quid sit.	2. 2. & 4. 1	Vectigalia si fraudauerint pauperes, scrupulus non ita iniiciendus.	62. 1. c
Seruitus in fauorem seruorum introducta.	2. 2	Vendere omnia quæ habentur, quid sit.	87. 1. a
Seruitus introducta per peccatum post diluuium.	3. 1	Voluntas non omnis à Deo, sed omnis potestas.	104. 1. a
Seruitus quædam laudabilis, quæ & libertas dicitur.	3. 2	Voluntate mala alterius rectè vti licet.	33. 1. c & 112. 2. d
Seruitus in scripturis triplex.	4. 1	Vota esse bona & seruanda ante. 1200. annos patres docuerunt.	8. 2
Serui Christiani dominis suis ethnicis obediunt.	7. 2. & 27. 1. c	Vouere cõsiliij est votũ soluere necessitatis.	8. 1
Seruus Christianus quomodo subesse debet domino Iudæo.	106. 2. a	Virtus vera quomodo sit apud ethnicos.	105.
Societas non est luci cum tenebris, quomodo intelligatur.	102. 2. c	Vita Christiana triplex perfectio.	87. 1. b
Spiritus sanctus varijs modis datur, & varia ipsius dona.	98. 2. b	Vsucapio & vsurpatio quid.	34. 1. b
Spiritus sancti duplex operatio.	110. 1. d	Vsuras soluendas lex statuens, & non repetendas, iniqua est.	48. 2. d
Statuta poenalia, & reactorum mandata quomodo intelligenda.	49. 2. c. d	Vsurarijs, meretricibus, &c. locantes domos an excusentur.	107. 2. d
Statuta contra ecclesiæ libertatem, quænam sunt.	52. 1. a	Vxores duas accipiens Lamech peccauit.	47. 2. d
Statuta quædam iniqua reprobantur per bullam in cœna Domini.	52. 2. a	Vxorum pluralitas quomodo sit contra ius naturæ.	47. 2. c
Statuta seu placita principum ne literæ Apost. executioni mandentur.	52. 2. b	Vxores plures simul habere olim permittum, nunc illicitum.	47. 1. a
Statutum ne fundi & agri applicentur testamentis ecclesiæ, &c.	55. 2. a		

FINIS.


IOANNIS

Ioannis Driedonis à Turnhout

Sacræ Theologiæ Professoris apud Louanienses,
De Christiana libertate,

Liber vnus.

Caput primum tractatus primi, continens communia quædam argumenta de libertate Christiana.



Cogitanti mihi quid nam potissimum conueniret tractare post librum De captiuitate & redemptione humani generis. Ex multis occurrentibus visum est secundum seriẽ doctrinæ congruum esse aperire & declarare, quæ nam sit vera Christiana seu Evangelica libertas, hæc nempe impensa est omnibus per passionem & mortem Christi liberatis, atq; ita congruo ordine superiori libro adiiciendus videtur liber iste De Christiana libertate. De hac autem tractaturi, hunc eundem librum in duos tractatus partiemur. in quorum vno discutiemus, vtrum per hanc libertatem quisque iam factus particeps fructuum passionis Christi sit verè liber, vt iam illi, prout voluerit, liceat viuere secundum animi sui sententiã propter spiritum charitatis inhabitantẽ, custodiẽti dilectionem Dei & proximi, modo neq; fratrem scandalizet, neq; ordinẽ reipublicæ perturbet. Fuerunt hoc tumultuante seculo, qui super hac re conturbauerunt totũ ecclesiæ statum, aliter quam ex scripturis sacris manifestissimis edocta tradidit nobis veneranda patrum antiquitas, de hac libertate differentes, arbitantes vnumquemlibet Christianum per spiritum libertatis sibi donatũ esse in foro conscientie liberum ab omni superioris obedientia, super his quæ non præcipiuntur in sacrosancto euangelio, ab omni item vinculo legis humanæ, & ob omni obligatione voti de ieiunijs, de cœlibatu, de ciborum delectu, hæc q; omnia diuinæ legi superaddita: repugnare libertati Christianæ, vnde solet hæreticorum quisq; dicere, Afferatur testimonium legis Dei, Non credo legibus nisi diuinis.

Partiemur autem primum hunc tractatum in capita quatuor. In quorum primò generalia quædam præmittemus de Christiana libertate, ac interpretationes nominum quorundam ad hanc rem pertinentiũ, quibus consideratis multa scripturarum loca elucidantur, & declaratur quænam sit vera libertas Christiana seu euangelica. Illa est vna omnium hæreticorũ consuetudo, contemnere venerandam patrum antiquitatẽ, rejicere veterem sanctæ matris ecclesiæ traditionem, coaceruare multa scripturarũ testimonia, & ex illis colligere sibi singulares quædam sententias contra communem & receptam doctrinam à tota Christianorũ schola, prætermisissis ac tacitis alijs scripturarum locis, palam demonstrantibus sententias falsis suis ipsorum interpretationibus contrarias. Vt ergo facilius ea quæ dicturi sumus intelligantur, primum subiiciemus communia quædam aduersariorum argumenta. Vna re, inquit, eaq; sola est opus ad vitam æternam, ea autem est sacrosanctum Dei verbum Christi euangelium, quemadmodum docet multa scripturarum testimonia. Primũ Ioan. 11. Ego sum, inquit, resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuẽt. Secundum est testimoniũ Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Nam vbi spiritus Dei, inquit Paul. ibi libertas. 2. ad Cor. 3. Tertiũ, Si spiritu ducimini, nõ estis sub lege. Iusto item non est lex posita, sed impijs, periuris, adulteris. 1. ad Timo. 1. Vnde beatus Gregorius, Lex non constringitur spiritus sancti donum. Quartum est ex Apostolo ad Gal. 5. Fructus autem spiritus sunt, charitas, gaudium, pax, & cæt. Aduersus hu-

Errores de libertate Christiana.

Hæreticorũ consuetudo.

Hæreticorum cauilli ex serijs pñris.

Gala 5. d.

Grego. 1. dial. cap. 1.

A iuscemo-

Gala. 3. c.

iuscemodi non est lex. nempe & lex propter transgressores est posita. Quintum scripturæ testimonium, Plenitudo legis est dilectio, ad Rom. 13. Nam qui proximum diligit, legem implevit, quia finis præcepti charitas, habito autem fine, non amplius oportet hominem sollicitum esse de medio, quo perueniat in finem. Dilige, inquit August. & fac quod vis. Tene charitatem, & in ea inuenies omnem scientiam. Ex his similibusque scripturistale formatur argumentum.

Differentia inter legem veteris populi, & legem populi Christiani est, quod illa foris in tabulis fuerit scripta, lex autem euangelica intus in cordibus nostris diffunditur. Cum ergo talis lex non alia res sit quam charitas, consequi videtur, quod lex viri Christiani sit intus scripta, qualis est charitas. Neque enim aliud Deus exigit à nobis, nisi vt ipsum ex toto corde diligamus, & proximos nostros sicuti nosmetipsos. Nam & hanc legem, quæ charitas est, prænucliauit propheta, scribendam esse non in tabulis foris, sed in visceribus cordis, Scribam, inquit Deus, legem meam in visceribus eorum, Jeremia. 31. loquens de lege euangelica, quæ vocatur lex libertatis, quam & propheta sibi poni desiderabat, Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, de qua & in alio psalmo, teste Bernardo, loquitur, Lex Domini immaculata, conuertens animas. Ex his consequens videtur viro Christiano nunc non esse opus vlla positiua lege foris scripta, sed sufficere legem charitatis per spiritum sanctum diffusam in corde, vnâ cum lege naturæ cœlitus impressa, quæ itidem docet opera naturalis dilectionis secundum generalia principia moralis vitæ à Christo in euangelijs tradita, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Alioqui si præter duas has leges intus scriptas fringantur Christiani ad alias leges multas merè positiuas, non videbitur esse differentia inter legem Moyfi, quæ est lex literæ foris data, & legem Christi, quæ est lex spiritus intus scripta. Vnde huius consideratione videtur Augustinus dicere. Nulla ratio exigit, vt qui priuata lege spiritus sancti ducitur, publica lege constringatur. Ex his ergo videtur sequi hominem Christianum esse liberum ab omni vinculo humano, & ab omni lege foris scripta, qualis est lex purè humana ac positiua.

Psal. 118.

Psal. 118.

Matt. 7. 6

Qualis sit Christiana charitas

Sed veritas est pro contraria sententia. Nam secundum euangelicam simul atque Apostolicam doctrinam, Christiana charitas, neque superba est, neque inobediens superioribus, sed humilis, faciens vnumquemque debitum seruare ordinem inter cætera membra in corpore Christi, omnibus reddit debita, cui honorem honorem, cui timorem timorem, cui obedientiam obedientiam, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Christiana igitur libertas cum sit fundata super charitatem Christianam, nequaquam eximit hominem, neque ab obligatione legis superioris potestatis, neque à consuetudine loci, quæ habet vim legis, neque ab obedientia parentum, aut præpositorum, neque à vinculis voti iuramenti, aut promissæ fidei. Quamobrem & Apostolus Paulus, ne occasione libertatis euangelicæ fallerentur, super hac re instruxit homines factos iam Christianos. Filij, inquit, obedite parentibus vestris, ad Coloss. tertio. Serui obedite dominis vestris carnalibus. Item ad Titum tertio, Admone illos principibus & potestatibus subditos esse. Obedite præpositis vestris, ad Hebræos decimotertio. Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subdita. Necessitati que subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. ad Romanos. 13.

Christiana libertas non facit hominem liberum ab obedientia & legibus hominibus.

Ex his & id genus alijs scripturis multis infra latius deducendis, liquidò patet per Christianam libertatem non esse sublatam, neque legem naturæ, neque legem iuris gentium, neque legem coniugalem inter maritum & vxorem, neque legem honestorum contractuum, pactorum, & promissionum, neque legem secundum consue-


consuetudinem loci disponentem de hæredibus, qui succedant in bonis defuncti, neque leges de licitis & illicitis coniugijs, in gradibus cognationis & affinitatis. Docere autem Christianos iam reparatos per Christum in euangelicam gratiam, non esse obligatos ad huiuscemodi leges ac locorum consuetudines, est perturbare totius Christianæ ecclesiæ ordinem; & euertere principia naturalis legis, quæ intus suggerit ac docet pro vnaquaque republica in contractibus civilibus ac nuptialibus, in bonorum successionibus, & in coercendis maleficis, & licita esse iam instituta, & statuenda esse ea, quæ paci & tranquillitati illius conueniunt, & alia quidem ac alia secundum personarum, locorum, temporum, ac reipublicæ varietates. Vnde iuxta diui Augustini sententiam, libro secundo de doctrina Christiana. Multa sunt hominum instituta de rebus, super quibus lex euangelica specialiter non disponit reipublicæ commoda & necessaria, sine quibus humana societas, qua in hac vita carere non possumus, aut non omnino, aut minus commodè geritur, veluti quæcunque in habitu vel cultu corporis ad sexus vel honores discernendos placuerunt, quæque in ponderibus, mensuris, & nummorum impressionibus, vel æstimationibus sua cuique ciuitati sunt propria. Sic & Augustinus decimo quinto de ciuitate dei, capite decimo sexto, iudicauit nefarium esse, si quis, etiam neque humana neque diuina lege prohibitus: acciperet vxorem de cognatione sua contra morem introductum secundum naturalem quendam atque laudabilem sanguinis pudorem.

Cap. 25.

Accipere coniugem de cognatione sua etiam contra solâ consuetudine nefarium est.

Sequitur secunda pars.

Secunda pars huius capituli tradit sententias quasdam ex superiori libro recolendas huic materiæ necessarias, & interpretationes nominum libertatis, & seruitutis, quæ in scripturis sacris multifariam accipiuntur.



Christianæ fidei sententiæ omnes ferme cohærent, neque explari poterit vnum fidei mysterium sine altero, neque intelligi plenarie. Idcirco studiose lector, nihil est quod mireris, si eadem nunc quidem breuius, nunc autem prolixius sæpe dicimus, quia de gratia & libertate impensa nobis per CHRISTVM Dominum, salutaria sunt quæ dicuntur, de quibus nunquam satis meditari possumus. Vnde & venerabilis Athanasius disserens de incarnatione verbi Dei. Præstat, inquit, idem sæpe repetere, prolixitatisque argui, quam ea relinquere, quæ scribi necessario debuerant.

Athanasii sententia.

Primum igitur ex superioribus recolendum est. Si homo talis mansisset, qualem eum Deus ab initio condidit, non fuisset vlla necessitas seruitutis, & ideo non indiguisset liberatione. Neque enim est opus liberatione, vbi nulla est seruitus culpæ aut miseriæ. Ipse Deus creauit quidem nos, ipse fecit nos, & non ipsi nos, sed tales, quales nunc sumus, seruos videlicet peccati atque miseriæ, ipsi nos fecimus nos, & non ipse nos. Adam cum primum erat creatus, verax fuit, purus, immortalis, & liber ab omni malo seruitutis; captiuitatis, carceris tenebrarum & vinculorum, & tales in illo eramus omnes liberi. Ipse verò postquam, sathana suggerente, peccauit, factus est seruus peccati & miseriæ. Atque ita per peccatum intrauit in genus humanum non mors solum, sed & peccati seruitus, iuxta illud, Qui facit peccatum, seruus est peccati, Iohan. octauo. Seruitus autem hæc est impotentia hominis non potentis, neque se suis solius viribus à peccato liberare, neque redire ad iustitiam, neque recuperare atque habere eam voluntatis rectitudinem ac libertatem, qua possit prorsus esse & viuere sine peccato, qualem

Adam qualis fuerit primum creatus.

Seruitus peccati quid sit.

lem libertatem habebat Adam, ante peccatum, quam non poterat amittere, nisi volens. Suis solius viribus ex se potuit libertatem semel acceptam perdere, sed hanc semel amisam non rursus ex sese aut suis solius viribus potest recuperare.

Secundo ex superioribus recolendum est, Tria nos mala habere ex veteri illo Adam & Eva matre nostra, culpam, cæcitatē, & impotentiam. Culpa est causa, vt cœlestis regni ianua sit clausa nobis iam seruituti peccati obnoxij sub inimico nostro diabolo. Cæcitas est causa, vt ipsi nos iam sub peccato venundati, nobis derelicti ignoremus salutis viam, detrusi in regionem vmbrae mortis.

Impotentia est causa, vt ipsi nobis derelicti non solum, modo simus impotentes quicquam boni agere, & à seruitute peccati nos eripere absque gratia Dei miserentis, sed vt etiam in hac vita iam gratiam Dei miserentis assequuti, simus languidi, & ad perseuerandum in gratiam quam accepimus, imbecilli & in hac vita etiam per gratiam CHRISTI liberati è dominio peccati nondum prorsus liberi à seruitute quadam peccati & miseriae. Atque ita iam genus humanum à statu innocentiae delapsum, indiget aliorum consilijs, magisterijs, imperijs, instructionibus, coercionibus per leges ac superiores potestates.

Cupientibus ergo nobis intelligere veram libertatem Christianam seu euangelicam, conuenit præmittere interpretationes nominum ad hanc materiam pertinentium, quorum & passim meminit scriptura sacra. Primum igitur sciscitemur quid appellatione seruitutis & libertatis significetur, & id quidem in corporalibus rebus, ex quarum similitudine spiritualia capiamus. Augustinus decimo nono de ciuitate Dei, Conditio seruitutis iure intelligitur imposta peccatori. Proinde nusquam in scripturis legimus seruum, antequam hoc vocabulo Noë iustus peccatum filij vindicaret. Atque ita tam nomen ipsum quam ipsam subiectionem seruitutis, culpa meruit, non natura. Seruus, vt inquit Grammatici, à seruari quod est liberari & custodiri dicitur. Origo vocabuli seruorum in lingua latina, inde, inquit Augustinus, creditur ducta, quod hi qui iure belli possunt occidi, à victoribus, cum seruabantur, fiebant serui, à seruando appellati, quod etiam ipsum sine peccati merito non est. Nam & cum iustum geritur bellum pro peccato contrario dimicatur, & omnis victoria cum etiam malis prouenit, diuino iudicio victos humiliat, vel emendans peccata, vel puniens.

Vnde lex seruitutis iuste constituta est, non tam in fauorem dominorum, quam in utilitatem seruorum, quibus vtile magis est seruitutibus dominorum subijci, quam occidi. Proinde & non solummodo coacti, sed & etiam volentes facti sunt serui sub dominorum suorum imperijs. Coacti quidem, dum inuiti sunt victi, & coacti in articulum illum duorum malorum venerint. Volentes autem, dum alterum eorum oporteret arripere, elegerunt victori potius seruire, quam interire. Vnde seruitus secundum vocabuli originem, qua dicitur seruus, qui sic contra ordinem naturæ primitus instituta alicubi subijcitur, sonat conditionem quandam subiectionis vilis, ac miserae, siue subiectio fuerit voluntaria, siue coacta.

Quemadmodum & solemus dicere homines, alios ingenuos, alios seruales. Sic & CHRISTVS pro peccatis nostris diluendis scribitur induisse formam serui, factus pro nobis opprobrium hominum, & abiectio plebis. Sic multis in locis scriptura de seruis loquitur, appellans seruitutem peccati, aut mortis, aut corruptionis, aut miseriae, aut coactionis sub iugo temporalium dominorum, eò quod his malis subiecti sunt, aut inuiti patientes, aut etiam sua sponte vilibus rebus sese subijciantes. Sic dicimus quosdam seruire carni, gulæ, suo ventri, ac libidini. De seruis corporaliter subiectis dominis suis, multis in locis scriptura loquitur. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, inquit Apostolus, in ea

per-

permaneat, Seruus vocatus es, non sit tibi cura, sed & si potes fieri liber, magis vtete, primæ ad Corinthios septimo, hoc est, in quocunque vitæ genere vel ordine, aut conditione, Christi fidem susceperis, in hoc dum fueris, iam factus Christianus, perseueres. Si cum esses seruus, vocatus sis ad fidem, nihil sis anxius propter hanc seruitutem, neque sub prætextu Christianæ fidei putes te liberum à seruitute domini tui, in cuius potestate est corpus tuum. Vnde ex Pauli doctrina ad Ephes. sexto, & ad Colossen. tertio, & primæ ad Timo. vltimo, liquido patet seruos per susceptionem fidei non fieri liberos à subiectione, aut ab obedientia suorum dominorum. In eandem sententiam concurrunt & Petrus admonens seruos, vt tanquam liberi seruiant dominis, habentes tamen hanc libertatem, non tanquam velamen, id est, prætextum maliciæ. Fraternitatem diligite, regem honorate, serui subditi estote dominis vestris, non tantum bonis, sed & dycolis. Istius seruitutis relatiuum est dominus. Oppositum verò liber, qui nulli contra ordinem naturæ primitus instituta subijcitur. Secundum ordinem conditionis naturæ omnes in Adam à Deo conditi sunt æqualiter liberi ab omni malo, ab omni seruitutis incommodo. Mansissent quoque sub illo statu omnes homines pares secundum paritatem libertatis à culpa & miseria, sed non pares secundum paritatem in talentis naturæ, in perfectione iusticiæ, scientiæ, & prudentiæ. Siquidem alij magis, alij minus extitissent sapientes & prudentes: fuisset quoque dominium quoddam vnus super alios, non pro suo ipsius commodo dominantis in illos tanquam in seruos, neque vt prouidentis vel consulentis illorum miserijs & imbecillitati, sed vt consulentis, & dirigentis illos ad ampliorem sapientiam, disciplinam, & prouidentiam, atque vtentis voluntarijs obsequijs illorum obedientium, non solum absque omni laboris molestia, sed cum gaudio cordisque lætitia, quemadmodum & iusti præfides nunc imperant non cupiditate dominandi, sed officio consulendi, & hoc naturalis ordo præscribit. Sic quoque Deus hominum genus condidit, vt essent alij in scientijs & virtutibus superiores alijs. Sed à coacta, seu vili subiectione omnes fuissent æqualiter liberi, in qua libertate mansissent, si mandatum Dei non præterissent. Si nullum fuisset peccatum: nullum fuisset bellum, nulla vis, nulla inuoluntaria subiectio, neque vlla necessitas, propter quam indignisset alter alterius ministerijs, neque fuisset opus vllius seruitutis, aut metus, aut pœnæ remedijs, quæ tamen nunc sunt necessaria ad præstandum timorem vtilem peccantibus. Et hinc iam sumitur ratio propter quam expedit esse leges seruorum, pœnarum, & superiorum potestatum, quibus coercetur superbiorum & insolentium hominum audacia. Ante diluuium post Adæ lapsum erant quidem homines æqualiter iugo peccati, atque miseriae subiecti secundum conditionem naturæ vitiatæ. Sed post diluuium seruitus quædam specialis vnus hominis sub altero æqualis conditionis secundum naturam legitur sumpsisse originem. Cum tres essent fratres, Cham, Sem, Iaphet, sub Noë vno patre ab omni humana seruitute liberi, æqualitas conditionis ablata est, factusque est frater subiectus fratribus propter contumeliam patris, & eadem natus puerpera, eodem egressus vtero excidit à pari fratrum dignitate. Vindicans Noë peccatum Cham filij sui, maledictionem seruitutis pronunciauit in Chanaam filium Cham, atque in illo totam posteritatem ipsius subiecit seruituti. Maledictus, inquit, puer Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis, benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaam seruus eius. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaam seruus eius, Genesis nono. Ex his igitur consequens est, quod vtraque seruitus tam illa videlicet generalis, qua vniuersum genus humanum subiectum est seruituti peccati & miseriae, quam ea quæ specialis est, se-

A 3 cundum

Tria mala ex primo parente peccante.

Quid seruitus & libertas.

Augu. 19. de ciuitate dei, cap. 15.

Seruus unde dicitur. De ciuitate eod.

Seruitus est in fauorem seruorum constituta.

seruitus duplex coacta et libera

Philipp. 2. b
Psalm. 21.

nota hec

In statu innocentia omnes æqualiter liberi, sed non æqualiter dominis nature donandi.

Per lapsum Adæ seruitus peccati.

Post diluuium seruitus introducta specialis.


Secundum quam alter subijcitur alteri homini contra ordinem conditionis naturæ, est à Deo patre, non quidem vt instituyente naturam, sed vt vindicante peccatum aut per iustas pœnarum necessitates nobis inſitas, aut per iustas superiorũ potestates, aut per iniustas tyrannorum voluntates, & id quidem vel ad eruditionem, correctionem, & disciplinam electorum, vel ad iustam ultionem illorum, qui sunt in emendabiles. Ex hac speciali significatione secundum quam nomen serui ex origine vocis subiectionem quandam vilitatis sonat, etiam nomen ipsum in scripturis vsurpatur pro quolibet alteri subiecto, siue subiectio illa fuerit miserabilis aut vilis, siue præstans & venerabilis, qualis est ea quæ est secundum naturæ ordinem, secundum quam Deo voluntariè subiecta est anima, quæ sanè subiectio voluntaria, summa est libertas, quemadmodum iusti dicuntur serui Dei ac serui iustitiæ. Ille est ordo iustitiæ, vt omnia seruiant Deo conditori suo. Et quia quisque nascitur seruus peccati, seruus miseriæ & mortis, nõ potens sese à malis his eximere, ac vitam æternam apprehendere, nisi per Christum ducem seruetur à morte, & manumittatur à seruitute diaboli. Idcirco etiam iustus quisque dicitur seruus IESV Christi: à seruando seruus appellatus, Non quòd sub huius domini potestate efficitur vilis, ac abiectæ conditionis, sed quòd seruatus sit à morte in vitam, ex se pridem vilis & abiectus sub alieno domino, nunc iuxta naturæ ordinem vero suo domino obsequitur, cui per amorem inharere, quem adorare, benedicere, & laudare summa libertas est. Hæc est seruitus in qua gloriantur omnes veri Christiani, de qua loquebatur Agatha, Summa est ingenuitas, per quam seruitus Christi comprobatur. Proinde qui à peccato liberatur, seruus IESV Christi efficitur, transiens de seruitute miserabili in seruitutem beatam & laudabilem. Sed de his latius alibi, vbi demonstratur liberum arbitrium etiam post peccatum esse dominum suorum actuum. Ex omnibus supra dictis colligere possumus multa seu varia seruitutis esse genera, multosque malorum gradus, & secundum hos multa esse genera libertatis. Seruitus enim & libertas cum potissimum significant naturæ rationalis conditiones secundum quas inter rationales naturas vna alteram excedat in seruitute & libertate, consequens est, seruitutem & libertatem quosdam habere gradus, quemadmodum & multa malorum genera, quibus subiecta esse potest rationalis natura. Inter rationales autem substantias Deus, sine controuersia omnium maximè est liber, quia cum nullo sit subiectus, à nullo pati quicquam potest. Deinde post Deum in secundo atque proximo libertatis gradu sunt beati, qui iam in cœlum recepti in bonis scilicet domini sui, prorsus securi à re nulla malum suscipere possunt. In tertio autem libertatis gradu fuit Adam sub innocentia statu, & angeli priusquam essent beati. Nam hi erant conditi prorsus ab omni malo liberi, nondum tamen in bono securi & solidati. Per Adam autem peccantem humana natura vilis conditionis effecta est & abiecta. Amissa etenim dignitate libertatis, qua sub Deo omnibus pro suæ voluntatis beneplacito fruebatur, mox pudore, & erubescencia premitur, ærumnisque ac miseris multis subijcitur, rea æternæ mortis. Ex hac item seruitute per gratiam Dei quisque in hac vita liberatus constituitur in quarto libertatis gradu, translatus in regnum charitatis Christi, cui proinde ceu liberatori suo se suaque omnia debet, vt non amplius sibi suisque desiderijs, sed illi viuat, à quo seruatus est ex morte in sempiternam vitam, quemadmodum ait Apostolus, Qui in Domino vocatus est seruus, liberus est Domini, primæ ad Corin. septimo. Liberus, inquam, id est, à seruitute liberatus seu manumissus. Liberus autem neque in totum seruus est, neque in totum ita liber, vt sub nullius sit dominio. Idcirco nec sibi viuere debet, nec alteri cuiuis, sed patrono liberatori suo.

Et hæc

Et hæc est libertas Christiana, id est, per Christum impensa nobis, de qua in presentiarum sumus loquuturi.

Sequitur caput tertium.

Tertium caput tractat de triplici libertate & seruitute in scripturis sacris designata.



AM vt faciliora videantur ea quæ sumus de libertate Christiana tradituri, Sciendum est in scripturis sacris triplicem reperiri seruitutem, & triplicem etiam libertatem. Est nempe seruitus necessitatis: Est seruitus peccati: Et seruitus miseriæ, Seruitus necessitatis, est gemina: coactionis videlicet & inclinationis naturalis, secundum quam aliquid aut cogitur, seu vim patitur, aut necessitate quadam agitur. De seruitute coactionis loquitur scriptura, Sustinetis, si quis vos in seruitutem redigit. Secundum seruitutem necessitatis quæ est secundum inclinationem naturæ, omnia mundi elementa, sol & luna seruiunt Deo, quemadmodum ait propheta, Ordinatione tua perseverant dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Sic & animalia bruta subiecta sunt necessitati naturalis inclinationis, secundum quam tendunt in finem naturali instinctu tanquam ministri quidam, aut serui directi & moti à summa arte diuinæ voluntatis. Sunt enim in animalibus sagacitates quædam, quibus inclinatur ad processus quosdam ordinatissimos, vtpote ab arte summa ordinatos, sicut sagitta directè tendit in signum seu scopum ex arte, directione, ac motione sagittantis, tanquam ipsa haberet rationem in se dirigentem. Ita & vnumquodque elementum secundum vim seu inclinationem naturæ diuinitus impressam in suum tendit quietis & conseruationis locum. Quemadmodum ergo sagittæ, cum mouetur, impressa est vis quædam artis ipsam destinantis, Ita & corporibus cœlestibus omnibus, mundi elementis & animalibus brutis motus, est virtus Dei summi artificis impressa, secundum quam aguntur potius Dei nutu, quam agunt: neque enim mouent se in finem, tanquam quæ libero suo iudicio: motum, vel sui, vel aliorum in finem illum ordinent.

Seruitus peccati est, secundum quam quispiam subiectus est peccato, impotens videlicet sese ex se eximere à culpa, obnoxius etiam necessitati interdum peccandi, de qua CHRISTVS, Qui facit, inquit, peccatum, seruus est peccati.

Seruitus miseriæ est, secundum quam quis subiectus est necessitati miseriæ, de qua scriptura, Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis.

Seruitus autem coactionis in rationali creatura, quamuis sit species quædam seruitutis miseriæ, quemadmodum & coactio miseriæ quædam est. Impresentiarum tamen distinguimus, ad discernendum libertatem arbitrij humanæ voluntatis, quæ in actionibus suis, neque cogitur, neque perinde atque lapis inclinationis necessitate agitur. Hæc est ergo in scripturis reperta triplex seruitus. Sic & in eisdem scripturis triplex reperitur libertas, videlicet libertas arbitrij, libertas à peccato, libertas à malo corruptionis seu miseriæ. Libertas secundum generalem nominis rationem, sonat rationalis naturæ conditionem, secundum quam ipsa libere viuat, prout libet seu placet. Secundum hunc generalem significandi modum, sit participatio quædam in omni genere libertatis. Libertas arbitrij est, secundum quam rationalis animus inter multa arbitrio rationis proposita liberè dijudicat, consultat, examinat, vnum acceptat seu eligit, cæteris refutatis ac reprobatis.

A 4 Hanc li-

Seruitus quæ
est laudabilis.

Quatuor liber-
tatis gradus in
supremo, Deus.
in secundo, san-
cti, in tertio, su-
periorum in para-
diso in quarto,
serui Christiani

Quatuor liber-
tatis gradus est
libertas Chri-
stiana.

Triplicis est ser-
uitus in scriptu-
ris sacris.

2. Cor. 11. 6.

Psal. 118.
Omnia seruiunt
Deo etiam mun-
da animalia.

Seruitus pecca-
ti.

Ioan. 8. d
Seruitus miseri-
æ.
Rom. 8. d

Seruitus coac-
tionis.

Quid sit liber-
tas.

Libertas arbi-
trij.

Ecclesi. 15.

Libertas à voluntate inseparabilis.

Psalm. 53.

Libertas à peccato duplex.

Psalm. 87.

Rom. 6. e
2. Cor. 3. d

Libertas à misericordia.

Rom. 8. d

Rom. 7. d

Tres libertates pariter appellatur nominibus.

Libertatem arbitrium unde dicitur.

Quo modo libertas arbitrii semper manet, cum tamen voluntas multa patitur inuita.

Hanc libertatem expressit scriptura. Deus ab initio, inquit, reliquit hominem in manu consilij. Ante te bonum & malum, mors & vita, elige quod vis. Hæc libertas est, secundum quam liberum denominatur arbitrium, quæ est inseparabilis à voluntate humana, tam in opere bono, quam in opere malo. Ad hunc enim sensum dicimus, voluntatem hominis esse liberam, quia soluta est à coactione seu necessitate iudicij & electionis: sed spontanea, non coacta, non inclinationis naturalis necessitate, consultat, deliberat, eligit, consentit, aut dissentit. Sic enim dicit scriptura, voluntariè nos sacrificare Deo, voluntariè confiteri nomini eius, voluntariè nos peccare, voluntariè, inquam, hoc est, non compulsos ullius coactionis, aut inclinationis inuincibili necessitate. Libertas à peccato est, secundum quam quis liber est à peccato, & hoc bifariam, videlicet, aut à peccato liberatus seu solutus, aut aliàs immunis, nunquam peccato subiectus, secundum quam scriptura loquitur de Christo, quod solus fuerit inter mortuos liber. Angeli beati, sunt à peccato liberi, sed non liberati, homines verò iusti à peccato sunt liberati. De qua libertate scriptura in locis multis, Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ, ubi spiritus Domini, ibi libertas. Hæc ergo libertas in homine, & in beatis animabus, est libertas gratiæ ac misericordiæ liberantis. In Deo autem qui peccare non potest, talis libertas est naturalis. In angelis autem beatis, talis libertas à peccato, est opus Dei, non quidem miserentis, aut liberantis, sed naturas liberas instituentis. Est & hæc libertas in angelis beatis, simul opus liberi arbitrii, olim potentis hanc deserere peccando, & non deserentis, sed custodientis. Libertas à malo miseriæ, in scripturis vocatur libertas à seruitute corruptionis, & libertas gloriæ filiorum Dei. Neque est in vlla rationali creatura, nisi in ea, quæ fuerit à peccato libera, de qua loquitur Paulus. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei, quam & optans Paulus, Infelix ego homo, inquit, quis me liberabit de corpore mortis huius? Huiusmodi autem tres libertates, venerabilis Bernardus alijs appellat nominibus, libertatem arbitrii, libertatem iustitiæ seu rectitudinis consilij, & libertatem complaciti, res profecto eadem, nomina verò diuersa. Illa quidem secundum terminos à quibus sunt dicta, hæc verò secundum terminos ad quos appellantur, quemadmodum & Apostolus Paulus in suprascripto verbo, libertatem à seruitute corruptionis, appellat libertatem gloriæ filiorum Dei, apertè insinuans libertatem à miseria, esse libertatem in gloriam, quemadmodum & libertas à peccato, est libertas iustitiæ, seu in iustitiam. Neque enim est vllus status medius inter peccatum & iustitiam, secundum cursum naturarum rationalium nunc stantem, quemadmodum demonstraui in libro De captiuitate & redemptione generis humani. Liberum arbitrium secundum nominis interpretationem, ab arbitrando appellatum, est vis illa mētis, quæ cum sit in agendo à necessitate inclinationis & coactionis libera, principium est liberi ex ratione iudicij. Rationalis creatura libera à peccato, principium est iustitiæ & rectitudinis consilij, & ea item quæ est à malo miseriæ libera habens quicquid vult, in nihil tendit, nisi quod complacet, & idcirco vocatur libertas complaciti, secundum quā animus liber est ab omni, quod aut displicere aut turbare potest. Ex suprascriptis primum patet, quod libertas arbitrii, quæ est libertas secundum quam voluntas rationalis est libera à coactione & necessitate, cum sit naturalis ipsius voluntatis proprietas, tam ante peccatum, quam post peccatum, manet inconcussa in cunctis pariter creaturis rationalibus, tam plenè, vt inquit Bernardus, in malis, quam in bonis.

Seruitus autem & captiuitas, in quam per peccatum sumus delapsi, quamuis faciat nos turbari, & multa pati inuitos, & voluntatem plerumque etiam metu

pœnæ

pœnæ consentire, eligere, atque velle aliqua, quæ alioqui neque vellet, neque eligeret, non tamen facit voluntates hominum inuitas, aut ex necessitatis inclinatione pati suos consensus, suasque electiones. Rationalis naturæ voluntas dum consentiendo aut eligendo fertur in aliquid, mouetur quidem in illud, sed non perinde atque lapis sursum pellitur à mouente extrinsecus, neque item perinde atque lapis deorsum fertur, inclinationis necessitate, sed ex propriæ suæ rationis iudicio eligit atque consentit voluntariè. Secundo patet, quod & si vnus voluntas sit magis aut minus libera à peccato & à miseria, quam voluntas alterius, vna tamen voluntas non est magis aut minus apta spontaneè consentire aut eligere, aut velle ex libero suæ rationis iudicio, quamobrem & si voluntas multa patitur inuita & coacta, nihil tamen eligit, in nihil consentit, nihil denique vult nisi spontanea, quemadmodum Deo adiuuante, ostensuri sumus, cum de libero arbitrio tractabimus. Tertio ex superioribus liquidum est, quod & si non oporteat vllos ponere gradus huius libertatis arbitrii, vtriusque tamen alterius libertatis, tam eius videlicet quæ est à peccato, quam eius quæ est à miseria, tres ponere gradus oportet, quos ex scripturis manifestissimis docuerunt ecclesiastici patres, supremum videlicet, medium, & infimum. Libertatis à peccato gradus supremus est, non posse peccare, & non posse habere peccatum. Similiter libertatis à malo miseriæ supremus gradus est, non posse turbari, non posse subijci miseriæ. Supremus iste in vtraque libertate gradus est duplex, nam quoddam est, non posse peccare, & non posse turbari per naturam, qualis gradus est in Deo substantialis illi: quoddam verò est non posse peccare, & non posse turbari per Dei gratiam, talis est premium beatorum, quod in oratione dominica desiderant omnes iusti in hac vita dicentes, Libera nos à malo. Posse autem non peccare, & posse non turbari, est medius vtriusque gradus, qui & fuit cōditio naturæ primitus sic per donum Dei gratuite instituta, quam & Adam tenuit sub innocentia statu, sicuti etiam ex scripturis sacris tam prophetarum, quam Apostolorum est manifestum. Ab hoc gradu, vt habet scriptura Genes. 2. decidens Adam peccando factus est seruus peccati & miseriæ. Necessarioque iam humana natura subiecta est peccato & miseriæ. Tale autem seruitutis iugum graue manet super omnes Adæ filios, donec liberentur & iustificentur in hac vita per gratiam Christi Saluatoris. Iustificati autem seu liberati, sicuti iam diximus, non restituntur in hac vita ad priorem illum libertatis gradum, qui fuit in paradiso ante peccatum, sed iuxta eandem scripturas adipiscuntur vtriusque libertatis tertium quendam gradum, sub quo viuentes iusti in hac vita, non possunt nec prorsus esse sine miseria, nec prorsus perseuerare immunes à peccatis, sed per gratiam eatenus dumtaxat liberantur, vt non regnet in illis amplius peccatum ad mortem æternam. Et hæc est libertas Christiana seu euangelica per Christum Dominum facta, quæ neque facit hominem prorsus liberum ab omni captiuitate miseriæ, neque prorsus solutum ab omni seruitute peccati, iuxta doctrinam Apostoli, qui cum esset iustificatus, adhuc sentiebat se captiuum in lege peccati. Ego, inquit, carnalis sum, venundatus sub peccato, quod odi malum hoc facio, Inuenio legem in membris meis captiuantem me in lege peccati. Proinde omnes iusti iam in hac vita donati vera libertate euangelica, hanc conditionem captiuitatis æquo tolerant animo, scientes enim iugum huius miseriæ ex peccatis descendere præstolantur post hanc vitam redemptionem à morte corporis huius, odientes quidem peccatum habitans in carne, & perpetuam luctam agentes cum illo, non murmurantes interim contra diuinam iustitiam, sed seruantes in miserijs huius luctæ patientiam. Hæc de libertatibus & gradibus eorum, & de seruitutibus sunt fidei nostre Christianæ

Tres libertatis gradus in scripturis.

Medius in utroque libertate gradus.

Libertas Christiana qualis sit. Rom. 7. e

Libertas Christiana stat cum captiuitate in lege peccati.



Christiana veluti elementa quaedam, de quibus per omnem locum sunt doctrinae legis prophetarum, Psalmorum, Apostolicarum epistolarum, & demum ecclesiasticorum patrum omnium testimonia, quibus planè docetur hominum genus primum fuisse conditum immortale, ab omni malo liberum, captiuitatem autem seu seruitutem sub peccato, morte, & miseria, intraſſe per hominem peccantem, deinde rursus per gratiam CHRISTI in hac vita recuperatam esse libertatem quandam, non eam quæ fuit in paradiso, sed aliam qua fit homo per Dominum nostrum IESVM liber à regno diaboli, dato sibi per eundem IESVM adiutorio pugnandi atque vincendi, vt tandem perueniat ad libertatem ab initio humano generi destinatam.

Elucidauit autem ex scripturis totam hanc doctrinam venerabilis Augustinus in libro de correptione & gratia, ostendens discrimen inter gratiam & libertatem quam habuit Adam sub innocentia statu, & eam quam habent sancti nunc in hac vita. Habuit, inquit, Adam magnam Dei gratiam sed disparem.

Cap. 11.
Discrimen inter libertatem sub innocentia statu, & eam quæ nunc est in hac vita impèsa nobis per Christum

Nam Adam in bonis erat, quæ bonitate sui conditoris, & non suis meritis acciperat, in quibus prorsus nullum patiebatur malum. Sancti verò in hac vita in malis sunt, ex quibus clamant ad Dominum, Libera nos à malo. Deinde Adam in bonis sic conditus, morte CHRISTI non eguit. Sanctos verò, vt fierent sancti, sanguis agni immaculati à reatu, & hæreditario, & proprio absoluit.

Adam ante peccatum non debuit implorare auxilium pugnandi et vincendi.

Item Adam nulla rixa à seipso aduersus seipsum, aut turbatus, sed in paradiso beatitudinis loco positus sua secum pace fruebatur. Et idcirco in bonis illis non habuit opus adiutorio quod implorant sancti in hac vita, qui videntes legem in membris repugnantem legi mentis, clamant cum propheta, Deus

Psal. 69.

in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Cum Paulo, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per IESVM Christum Dominum nostrum. Item Adam sub innocentia statu non indigni gratia, qua pugnaret vt vinceret, cum nullum adhuc bellum erat. Sancti verò in hac vita, quia intus pugnat in eis caro aduersus spiritum, & foris mundus sæuiens aut blandiens, indigent adiutorio virtutis, qua pugnent & vincant.

Rom. 7.

Et idcirco Adam habuit gratiam quidem latiore, sancti verò in hac vita potentior. Maior enim gratia est necessaria aduersus tot tantasque tentationes, quæ in paradiso non fuerunt. Deinde Adam ab initio habuit quidem bonam voluntatem, in qua Deus ipsum fecerat rectum, dans ei adiutorium, quo in ea permanere posset si vellet, vt autem vellet, reliquit in eius arbitrio. Sancti autem in hac vita, si (cum per Christum liberantur) in accepta semel bona voluntate relinquerentur, & non adiuuaretur infirmitas atque imbecillitas humana, in bona voluntate non permanerent, sed anima in sua voluntate iam facta vaga, mutabilis, & varia succumberet. Idcirco sanctorum voluntas bono perseverantia mutatur atque firmatur, vt cum omnibus amoribus, blandimentis, terroribus, & erroribus vincatur hic mundus. Tale adiutorium erat quod defereret, si vellet,

August. eodem lib. & cap. Aliud adiutorium gratia sub innocentia statu. Aliud sub libertate Christiana.

& in quo permaneret si vellet, nõ quo fieret, vt semper permanere vellet, sed quo permanere in vita posset si vellet, quemadmodum alimentum in corporali vita est adiutorium, sine quo non viuit, & quo fit, vt viuat homo. Sancti verò in malis huius vitæ nati, & per gratiam Christi liberati vsque in finem huius vitæ, in malis, in luctu, in certamine, acceperunt non talem solum gratiam, secundum quam factum est, vt habeant iustitiam si velint, sed talem secundum quam factum est vt habeant iustitiam & rectam voluntatem, qua permanere volunt in eo quod acceperunt, cupientesque Deo adhærere iugiter, spiritum acceperunt, qui postulat pro ipsis gemitibus inenarrabilibus, hoc est spiritum, qui postulare il-

los facit,

los facit & vigilare omni tempore, vt perseuerent in bono quod acceperunt. Hactenus dogmata venerandi patris Augustini, quin potius sancti spiritus ex prophetis Apostolicisque doctrinis elucidata, declarata, demonstrata in libro de correptione & gratia. Habemus præterea & Bernardi doctrinam de huiusmodi libertatis gradibus in libro de gratia & libero arbitrio demonstrantis ex scripturis primo homini datam esse arbitrii libertatem qua peccare posset, & non peccare. Data est (inquit) non vt inde peccaret, sed vt gloriosior inde appareret si non peccaret, cum peccare posset. Ipse autem abutens potestate hac corrumpitur de posse non peccare, in non posse non peccare: & de posse non turbari, in non posse non turbari, solaque remansit ad pœnam libertas arbitrii, per quam cæteras amisit libertates. Hanc ergo libertatem arbitrii, quæ est naturæ rationalis conditio, amittere non potuit vlla creatura rationalis. Vtriusque autem alterius libertatis gradum summum tenent beati in cælo, nos in hac vita iustificati, infimum. Impij autem damnati seruata sola libertate arbitrii, nullum habent vtriusque libertatis gradum, sed ligatis manibus & pedibus, id est, ablato prorsus auxilio gratuito, quo liberentur à voluntate peccandi, & à miseria, proiecti sunt in sempiternas tenebras, vbi sit illis sempiterna pœna, quibus est voluntas peccandi perpetua, qui sicut nunquam volunt reluctari peccato, sic nunquam possunt pœnam declinare peccati. Qua nam autem ratione Deus & beati in cælo, qui peccare non possunt, & spiritus item damnati, qui sese ex mala voluntate in bonam voluntatem non possunt conuertere, liberi sunt arbitrii, alibi dicitur cum tractabitur de libertate arbitrii.

Bernardus de gratia & lib. arb. circa medium libri.

Libertas arbitrii qua peccare posset, cur data est primo homini.

Sequitur quarta huius capituli pars, tradens diffinitionem libertatis Christianæ.



Hactenus de interpretationibus nominum libertatis, & seruitutis, & de distinctionibus, ac diuisionibus eorum, de quibus scripturæ sermo loquitur. Reliquum est iam in hac tertia parte demonstrare, quæ nam sit vera Christiana libertas. Verum in primis de libertate hac Christiana recitabimus hæresim quandam antiquam, ante mille & quingentos ferme annos natam, ex qua manifestum erit Apostolos palam & ex industria spiritu sancto motos scripsisse contra hæresim, qua nunc vtitur insaniens hæreticorum caterua, docentium homines iam factos per Christum liberos, esse exemptos ab omni humana potestate, adeo vt etiam ex temporalibus bonis non debeamus tributa dare Cæsari, intantumque creuit eorum vesania, vt etiam tradant omnia bona debere omnibus esse communia. Fuit autem hæresis Iudæ cuiusdam Galilæi docentis, nullum in hac vita debere vocari dominum, nisi solum Deum, eosque qui iam facti sunt adoptionis filij, soluente Deo decimas, propter libertatem assequutam, non debere subijci humanæ potestati, neque debere dare tributa Cæsari, quæ sanè hæresis, vt diuus inquit Hieronymus in commentarijs epistolæ ad Titum, temporibus Apostolorum adeo creuerat, vt etiam pharisæorum, & multam partem populi conturbaret, ita vt ad Dominum quoque saluatorem hæc quæstio referretur, Licet cæsum dare Cæsari, an nõ? Cui respondens Dominus ait, Reddite quæ sunt Cæsari Cæsari. Cui responsioni Paulus Apostolus congruens, docet credentes debere esse subiectos ac obediens principibus & potestatibus. Hactenus Hieronymi doctrina, ex qua præsertim tria considerare possumus. Primum, quod errorem eorum, qui docent credentes neque debere obedire principibus & potestatibus, neque oportere soluere tributa Cæsari appellat hæresim.

Hæresis antiqua de libertate Christiana.

Secundum

*Præceptum
dei est obedire
sublimiori po-
testati.*

Secundum, quod hæresim hanc dicit non esse recenter exortam, sed & extitisse temporibus Apostolorum. Tertium, quod obedire & subditum esse sublimioribus potestatibus sit præceptum, si præceptum est, sequitur principatum imperia atque decreta non esse de numero eorum, quæ solummodo sunt Christianis hominibus ad vitandum magis incommodum à principibus inferendum, æquanimiter ferenda seu toleranda, tanquam solum sit parendum ipsorum imperijs, ne ira prouocati contra nos sæuiant, quemadmodum seruus à tyranno captiuus paret imperio tyranni, non habentis vllum ius imperandi. Sequitur, inquam, principatum imperia non esse de talium numero, sed esse de numero eorum, quæ & in se sunt iusta, & profecta ab his principatibus, qui potestatem habent ius dicendi, leges condendi atque imperandi pro pace, tranquillitate, ac concordia reipublicæ.

*Non solum pro-
pter iram, sed
& propter con-
scientiam obe-
diendi potestati*

Atque ita iuxta Pauli Apostoli doctrinam nos oportere esse subditos illis, non solum propter iram seu ultionem vitandam, sed & propter conscientiam, quæ, ut inquit Paulus, resistens potestati, sibi damnationem acquirit, quam etsi ad tempus præsens, aliquo, ut inquit Ambrosius, pacto euaserit, futurum tamen iudicium non est euasura, ubi eadem accusante conscientia punietur, quisquis hic principatibus ceu Dei ministris subditus esse recusauerit. Habes igitur hanc hæresim confutatam ex doctrina Christi, & ex doctrina item Pauli Apostoli, tum ad Rom. 13. tum ad Titum. 3. quemadmodum & latius patebit ex sequentibus.

Iam de libertate Christiana videamus, quid nam sit, & quæ nam sint proprietates eius, à quibus item vinculis ac seruitutibus, libertas hæc faciat homines liberos, & ut facilius hac in re veritas videatur, recolere oportet, qualis seruitus, qualis captiuitas, quæ nam vincula irruerunt in vniuersum genus humanum per Adæ peccatum, quia iuxta Dialecticorum regulam, Opposita iuxta se posita magis sunt manifesta, libertas autem Christiana, cum sit libertas per Christum impensa humano generi, est opposita captiuitati & seruituti, quæ intrauerunt in humanum genus per Adæ peccatum. Hæc est Apostolica doctrina, Sicut per Adam peccatum intrauit in mundum, ita per Christum iustitia, & sicut per Adam æterna mors, ita per Christum vita æterna, & quemadmodum per Adam seruitus & captiuitas in vinculis diaboli, in tenebris & miserijs, ita per Christum libertas est ab huiusmodi vinculis. De his igitur in hac parte communes quasdam afferemus sententias.

*Libertas Chri-
stiana opponi-
tur captiuitati
quæ facta est
per Adæ pecca-
tum.*

Rom. 5.

*Prima sen-
tentia.*

Libertas Christiana est conditio quædam hominis liberati per gratiam Domini nostri Iesu Christi à captiuitate & seruitute peccati, à reatu æternæ mortis, ut iam liberatus seruiat Deo in sanctitate & iustitia coram ipso. De qua Paulus Apostolus, Lex spiritus vitæ quæ est in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ, ut sicut olim captiui exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem, ad Rom. 6.

Rom. 8. 4

*Secunda
sententia.*

Quamuis secundum libertatem euangelicam, quisque verè Christianus sit liberatus à dominio peccati, à reatu seu vinculo mortis æternæ, sempiternique exilij, ex seruo iræ, factus filius adoptionis æternæ vitæ, factus iam socius inter ciues sanctorum & domesticos Dei, restitutus in gratiam cœlestis paradisi, de vana conuersatione huius seculi translatus in voluntarium obsequium Christi, non sic tamen est à peccato & à morte liberatus, ut non amplius habitet in eo peccatum, neque sic etiam, ut non amplius peccatum contra ipsum pugnet, neque item sic, ut prorsus sit liber à morte, à corruptione corporis huius, sed sic, ut neque peccatum amplius in eo regnet, neque amplius obediat desiderijs peccati, & sic ut per mortem hanc transitoriam ad resurrectionis gloriam veniat tandem in corporis immortalitatem, in quam Adam cum tota sua posteritate fuisset absque morte transla-

translatus, si nemo peccasset. Hæc omnia sunt certissima fidei Christianæ documenta, quæ longe lateque ex scripturis sacris demonstrauimus in lib. de captiuitate & redemptione humani generis.

Tertia sententia ex superioribus manifesta. Plenior libertatem habuit Adam ante peccatum in paradiso, quam sit libertas ea quam nunc vocamus Christianam, seu euangelicam, quia iam homo per Christum Iesum liberatus, in hac vita subiectus est multis miserijs & seruitutibus, ignorantijs, difficultatibus, ac impedimentis bene operandi: pronitatibus, ac stimulis ad malum, à quibus liber erat Adam in paradiso. Hoc adeo in Christiana philosophia est manifestum, totiesque ex scripturis sacris supra demonstratum, ut videatur superfluum esse id ipsum hic repetere. Et ideo homo, qui nunc secundum spiritualem hanc libertatem verè liber est, indiget ad bene viuendum auxilijs multis, quibus non indiguisset, si mansisset sub innocentia statu, iam propter Adæ peccatum subiectus multis ignorantijs & imbecillitatibus, indiget aliorum consilijs, instructionibus, directionibus, admonitionibus, correptionibus, coercionibus, imperijs legum, & superiorum potestatum, quibus non solum coerceatur insolentium hominum audacia, sed & præseruetur ac custodiatur etiam iustorum hominum innocentia.

Tertia sententia

Libertas Christiana, in quam per Christum vocati sumus in hac vita, non est ea qua vnicique permittitur facere quod libet, neque item ea qua quisque prout vult absque villo impedimento viuunt & operantur non impeditus vnâ aut alterâ partem eligere: neque item est facultas absque impedimento iuste viuendi, aut faciendi quod lex iubet: neque etiam est quam Iurisconsulti definiunt esse naturalem facultatem eius quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur, neque item est naturalis potestas liberi arbitrij potentis membra sua accommodare, ut seruiant, aut immunditiæ & iniquitati, aut iustitiæ in sanctificationem. Patent hæc vniuersa. Nam libertas qua quisque liber est, ut viuat prout libido fert animi, secundum desideria sua, est libertas carnis, ex diametro pugnat cum libertate Christiana, quemadmodum ait Paulus, Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, id est, secundum desideria carnis vestræ, sed per charitatem seruite inuicem. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis, ad Galat. 5. Vnde & hæc libertas carnis à grammaticis licentia dicitur, quæ est impunita quædam facultas agendi quod velis. Item libertas absque impedimento, & difficultate iuste viuendi, non est in hac vita homini possibilis, quia multa adsunt homini impedimenta, multaque difficultates, quibus hominis animus in bene viuendo fatigatur, quemadmodum ait Apostolus. Non quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, hoc facio. Inuenio legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Denique naturalis liberi arbitrij potestas, potentis membra sua exhibere ad seruendum iustitiæ & peccato, non est ea quam vocamus Christianam. Illa nempe potestas naturalis arbitrij, est in homine nondum per gratiam Christi liberato, qui & si ex solis liberi arbitrij viribus nequeat iuste viuere, eadem tamen vis est, qua iuste viuunt, præsentem gratia dei atque iustitia.

Quarta sententia

*Libertas multi-
plex.*

*Libertas car-
nis opponitur
libertati Chri-
stianæ.*

Libertas Christiana fundatur in gratia dei & charitate, & ideo quanto vniuscuiusque hominis Christiani animus magis est liber ab impedimentis & difficultatibus distrahentibus eum à charitate, quæ est in Christo Iesu, tanto magis est liber secundum libertatem hanc Christianam, magisque accedit ad diuinæ dilectionis libertatem, quæ erat sub innocentia statu, ubi nullum erat impedimentum, nulla difficultas ad perseuerandum in dilectione ista.

Quinta sententia

Ex sententiâ supra dicta sequitur sexta. Voluntariè permanere in castitate, in coelibatu, atque abicere à sese diuitiarum curas & sollicitudines, & non sese implicare

Sexta sententia

B militiæ

militiæ sub principib⁹ huius mūdi, aut negotijs seculi, rebusq; prophanis, adiuuat & auget libertatē hanc Christianā. Nam quanto quisq; magis fuerit auulsus à delitijs carnis, à curis huius sæculi, à sollicitudinibus filiorum, vxoris, atq; cæterorum, quæ sunt mundi huius, tãto magis est liber ea libertate, qua, vt inquit Apostolus, Christus nos liberauit, quia hoc ipso magis est aptus cogitare ea quæ Dei sunt, orare Deum, & sedere cum Magdalena secus pedes Domini, atq; audire verbū illius. Hæc sentētia patet ex doctrina Pau. Apost. i. ad Cor. 7. inuitantis Corinthios ad cœlibatum, tanquam ad id quod honestius est, & quod facultatem præbet sine impedimento Dominum obsecrandi, quanto autem vniciq; minus est impedimenti distrahentis cor ipsius à dilectione diuina, tanto magis est liber ad diligendum Deum. Proinde & libertas hæc Christiana magis suscipit & minus. Ex his facile est considerare, liberam professionem regulæ monachalis, spontaneamq; acceptationem cœlibatus, ordinisq; sacerdotalis, neq; tollere, neq; impedire, neque diminuere libertatem Christianam, sed augere potius atq; promouere, quamuis hæc minuant libertatem eam, secundū quam quisque fuerat indifferens ad plura, quæ sibi iam in hoc statu non licent, pridem licita. Atq; ita libertas, qua liceat alicui vxorem ducere, & militiæ, secularibusue negotijs implicare sese, neque est de ratione libertatis euangelicæ, neque etiam auget, sed diminuit potius.

Gal. 4. d

Libera professio regula monachalis, statusq; sacerdotalis, & cœlibatus auget libertatem Christianam.

Sententia separata.

nota hæc ista u. Petri.

Libertas Christiana non eximit seruum à seruitute corporali.

Christianus neq; à lege, neq; à tribuitis excusatur.

Libertas Christiana, neq; à seruitute corporali, iure civili aut gentiū introducta, eximit hominē, neq; à suorum superiorum imperio aut lege, neq; à debito soluendi tributa & vectigalia principibus tanquā Dei ministris cōstituta, neq; à votis & cōstitutionibus ad cœlibatū constringētibus, quibus se quispiam sua sponte subiecit. Libertatē Christianam nō eximere Christianum à seruitute corporali, plane docuerūt Petrus & Paulus Apost. Serui, inquit Petr⁹, subditi estote in omni timore dominis, nō tantum bonis & modestis, sed & discolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientia sustinet quis tristitias patiens iniustē. Quæ est enim gratia si propter peccatū colaphizati, suffertis: sed si benefaciētes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deū. Oportet ergo seruos Christianos subditos esse dominis etiā asperis, & impiè tractantib⁹. Nā & sub his potest iusta esse seruitus orta vel ex natiuitate, vel ex propria volūtate, vel ex peccato, vel ex bello iusto, sicuti & apud eosdē dominos discolos iusta potest esse temporalium bonorum possessio. Qui iure potest occidi, iustē potest in seruitutem perpetuam mancipari. Sic Paulus, Serui, inquit, obedite dominis carnalib⁹ cū timore & tremore, & in simplicitate cordis, sicut Christo nō ad oculū seruiētes quasi hominibus placētes, sed vt serui Christi, facientes voluntatē illius, ad Eph. 6. Item. i. ad Tim. 6. Quicumq; sub iugo serui sunt, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomē Domini & doctrina blasphemetur, hæc doce, hæc exhortare. Libertas igitur Christiana, quā quisque in baptismo assequitur, neq; manumittit, neq; liberat ipsum à debito seruitutis, quā debet domino etiā ethnico, sub quo etiā tenetur patienter ferre iniurias, & id quidē non ex debito seruitutis, sed ex lege charitatis, cedens improbitati ipsius. Item libertatem Christianā non eximere hominem neq; à superiorū imperio aut lege, neq; à debito soluendi tributa & vectigalia, patet ex doctrina Pauli ad Rom. 13. & ad Titum. 3. & ad illum sensum declarāt textus illos, Hieron. Aug. Ambro. Cypria. cæteri q; patres vniuersi. Vnde Hiero. tractās illud ad Titū. 3. Admonete illos principibus & potestatibus subditos esse, obedire ad omne opus bonū. Tale quid, inquit, & ad Rom. scribitur, Omnis anima potestatibus sublimiorib⁹ subdita sit, Non est enim potestas nisi à Deo. Quod quidem præceptum, & hic, & ibi propterea puto editum, quia Iudæ Galilæi per illud tempus adhuc dogma vigeabat, & habebat plurimos sectatores, cuius & in Actis Apostolorum. 5. fit mentio, scriptura referente. Ante hos enim dies surrexit Theudas, dicens, quendam se esse

se esse magnum, cui appositi sunt viri quasi tria milia, & post hunc surrexit in diebus cæsus, Iudas Galilæus, qui inter cætera hoc quoq; quasi probabile ex lege, proferebat, nullum debere dominū vocari, nisi solū Deum, & eos qui ad templum decimas deferret, Cæsari tributa non debere reddere. Quæ sanè hæresis in tantū creuerat, vt etiam Pharisæos, & multā partem populi cōturbaret. Hactenus Hieron. doctrina, de qua & in principio huius partis iam diximus. Cæterum libertatem Christianā non eximere fideles à promissionib⁹, à votis, ac iuramentis Deo factis, docuit scriptura, Si votum voueris Domino, ne morēris reddere, Eccles. 5. Item si votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requirēs quæret illud Deus tuus à te, & facies donum, quod loquutus es ore tuo. Si autē nolueris polliceri, absque peccato eris. Deuteron. 23. Ex his similibusq; scripturis ecclesiastici patres Cyprianus in libro ad Quirinum, Hieronymus contra Iouinianum, Augustinus, Ambrosius multis in locis docuerunt, vouere esse libertatis & consilij, vota autem soluere esse necessitatis & præcepti. Et ne quis putet hæc esse ceremonialia veteris legis præcepta, & ideo non ligare nos iam per Christum factos liberos, audiamus Esaiam, qui prophético spiritu præuidens tempus Christianæ libertatis post Christum passum de votis & solutionibus eorum sic loquitur capite. 19. Colent Deum in hostijs, in muneribus, & vota vouebunt domino, & soluent. Cæterum si seruare homini fidem promissionis, aut iuramenti non sit cæremoniale, sed moralis, & naturalis iuris, multo magis iuris naturæ est seruare Deo fidem voti seu promissionis ac iuramenti. Demum frangere votum esse damnabile, non solummodo ex lege veteri, sed etiam ex noua lege probauerunt Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Theophilactus, Augustinus, & cæteri posteriores vniuersi catholicæ fidei tractatores. Theophilactus tractans illud primæ ad Timotheum. 5. de viduis habentibus damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Fidem, inquit, conuenta dicit Apost. & pactiones, quas cum Christo pepigerant. Damnabile est igitur promissionem ac professionem semel Christo factam facere irritam. Vnde & pactionem hanc cum Christo initam beatus Ambrosius appellat professionē. Prohibet, inquit, adolescentulas viduas in hac professione suscipi. Dānationi fit obnoxius, qui ab hoc declinat, quod rectē fecerat, secundas scilicet nuptias respuens & Christo nubens. Sic & August. varijs in locis fidem hanc irritam facere appellat, frangere votum continentia in libro ad pollentium, in libro ad Iulianum de sancta viduitate, & in commentarijs Psal. 75. Pari quoq; forma interpretatur id ipsum Hieronymus in libro aduersus Iouinianum. Proinde Cyprianus in tractatu de habitu virginum, Hiero. contra Iouinianum, Theophylactus in cōmentarijs. i. ad Cor. 7. Amb. & Aug. tractantes verbum Apost. Si nupserit virgo, non peccat, vnanimiter interpretantur, dicentes, non illam virginem esse intelligendam, quæ semet Dei cultui dedicauit. Harū enim si qua nupserit, inquiunt, habebit damnationem, quia primam fidem irritā fecit. Si autem de viduis hoc dictum esse quis obiecerit, quanto magis de virginibus inquit Hieronymus, præualebit, cū etiā his non liceat, quibus aliquādo licuit. Virgines enim, quæ post consecrationē nupserint, non tam adulteræ sunt, q̄ incestæ. Vnde Eccles. 5. Noli festinare in ore tuo, & cor tuum non festinet ad profendum verbum in cōspectu Dei, quia Deus in cœlo, & tu super terram, propter hoc verba tua sint pauca. Cū votū voueris Deo, ne morēris reddere illud, quia non est voluntas Dei in insipientibus. Quæcūq; voueris, redde, melius est nō vouere, q̄ vouere & nō reddere. Hactenus ille, admonēs, ne corā Deo facile aliquid promittamus, & sine cōsideratione viriū voueamus ea, quæ implere nō possumus. Nam ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retractare. Prouer. 20. Sic & August. li. i. de adulterinis cōiugijs, cap. 24. ostēdens testimonijs scripturæ, q̄ imple-

Per Christianam libertatem non liberatur homo à votis & iuramentis.

Vouere, consilij est, votum persoluere necessitatis.

ex noua lege probat. Videm primam irritam facere.

Ambr. super. i. Tim. cap. 5.

Verbū Apostoli, Si nupserit uirgo non peccat, uniuersimiter interpretati sunt patres.

Ligatus voto continentia non potest uxorem ducere, etiā si uxor ducenda promittat se fore Christianam.

re votum sit diuini iuris. Quemadmodum nemo potest, inquit, vxorem dimittere, & aliam ducere, quantumlibet videatur recta esse intentio ipsius dimittentis, veluti si propterea velit aliam ducere, vt fiat Christiana. Ita etiam quisque non alligatus vxori continentiam Deo vouerit, nullo modo debet ista compensatione peccare, vt ideo credat post votum sibi vxorem esse ducendam, quia promissit, quæ nuptias eius appetit se fore Christianam. Quod enim cuique; anteque vouisset licebat, cum id se nunquam facturum vouerit non licebit, si tamen id vouerit, quod vouendum fuit, sicuti est perpetua virginitas, & continentia post experta connubia solutis à vinculo coniugali, vel ex consensu viuentibus, & carnalia debita sibi inuicem relaxantibus. Hæc ergo & si quæ alia sunt, quæ rectissimè vouentur, cum homines vouerint, nulla cõditione rumpenda sunt, quia & hoc Dominum præcepisse legimus, vbi dicitur: Vouete, & reddite domino Deo vestro. Vnde & Apost. de quibusdã, quæ continentiam vouent, & postea nubere volunt, quod eis utique; anteque vouissent licebat, & iam non licet, docet Tim. episcopum super cõtinentiæ voto faciendo per viduas sustentandas ecclesiæ sumptibus, Viduas, inquit, honora, quæ veræ viduæ sunt, vidua eligatur non minus sexaginta annorum, &c. Adolescentiores autem viduas deuota. Cum enim luxuriatæ fuerint, id est, in delitijs & luxu vitam egerint in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est hoc? viduas honora, quæ veræ viduæ sunt. Certè hoc. ô Timothee, eas viduas ad ministerium recipias sumptibus ecclesiæ sustentandas, quæ veræ sunt viduæ, destitutæ scilicet amore huius mundi. Adolescentiores autem viduas deuota, id est, ad huiuscemodi professionem non suscipias. In eandem sententiam conueniunt Basilius & Chrysof. Basilius quidem in libro de vita solitaria. Cauemus, inquit, ne cadamus in crimen Ananiæ, cui ab initio licebat possessionem non promittere cuiquam, semel autem concessa in proposito consistere debuit. Proinde & pœnas subito dedit, & talem contra se indignationem Dei mouit, vt pœnitentiæ locum non inueniret. Igitur ab initio cuique; licet siue cœlibem esse, siue in matrimonio vitam agere, quando verò se Deo semel autorauit per vitam continentiam perpetuamque castitatem, hoc detrectare non licet, nec aliter, quam aliquod munus aut hostiam Deo sacram sese illi custodiat, ne reos sacrilegij nos Dominus accuset, si dicatum ei corpus rursus prophanis rebus, & cõmunis vitæ ministerio sordidemus. Hæc Basilius, docens Ananiam iam Deo promississe possessionem suam, & sacrilegium esse corpus suum semel Deo dicatum per cœlibatum, rursus prophanis rebus, nuptijsque; sordidare. Simili etiam modo factum Ananiæ in Actis Apost. interpretatur Cyp. lib. 3. ad Quirinum. Item Chrysof. contra vituperatores vitæ monasticæ, docet monachos deuouere se Deo liberos matrimonij vinculis. En vides ecclesiæ columnas sanctissimos patres Cyp. Basilius. Hier. Chrysof. Amb. Aug. insuper & Theophylactum prorsus esse cõcordes in scripturarum interpretationibus, & in ecclesiasticis dogmatibus hætenus ab ecclesia receptis, de votis & votorum fractionibus, omnesque; vniformiter docuisse, damnabile esse fidem seu fidelitatem promissionis Deo factæ irritam facere, & incœstum esse atque; adulterium, virginem Deo sacram viro nubere, & idcirco scripturam, quæ dicit: Si nupserit virgo, &c. intelligendam esse de virgine soluta, quæ videlicet neque; viro nupta est, neque; Christo dicata. Vnde venerabilis Benedictus in regula: Sciat, inquit, scilicet violator professionis monachalis se illudendum ab eo quem illudit. Is qui secundum veram Christianam libertatem est liber supra ea, ad quæ iure diuino tenetur multis potest modis fieri obligatus alteri. Primum ducendo vxorem, nam maritus alligatus est legi coniugali quam diu viuunt vxor eius, & e contrario. Siquidem iuxta Pauli doctrinam, neuter habet potestatem sui corporis, cum vterque; ante matrimonium liber ab huiuscemodi vinculo fuerit. Deinde Christianus potest fieri obligatus alteri faciendo

contractus

contractus prophanos, quibus vltro citroque nascitur obligatio. Vnde Salomon Prouerb. 22. Qui accipit mutuum, seruus est scelerantis. Proinde secundum iuris peritos, Debitor est quasi seruus creditoris. Tertio potest Christianus fieri debitor alteri homini, locando operas suas. Quarto faciendo se sua sponte seruum & ministrum alij. Quinto potest fieri debitor præfecto Reip. tam spirituali, quam temporali. De temporali patet ad Rom. 13. & ad Titum. sicuti dictum est. De spirituali patet. 1. ad Cor. 9. vbi Paul. iuxta doctrinam Euangelicam, docet plebem seu gem obligari suo pastori ad alimoniam vitam. Vnde plebs & pastores sibi mutuo obligantur, hi quidem ad seminandum spiritualia, plebs verò ad corporis alimenta.

Libertas Christiana si restitueret hominem prorsus in eam libertatem, in qua fuit natura humana sub innocentiam statu, faceret omnes possessiones esse communes omnibus, constitueretque homines liberos ab omni dominorum seruitute, & ab omni legis molestia, siquidem in illa libertate omnia fuissent communia omnibus, mansissentque; omnia sic cõmunia, si neque; ipse Adam peccasset, neque; quispian posterorum eius. Nunc autem libertas hæc per Christum Dominum impensa, facit quidem homines in hac vita liberos à captiuitate & seruitute, quæ intrauerunt per Adæ peccatum, sed non plenam restituit hominibus in hac vita libertatem illam, & ideo non facit nunc omnia bona sic esse communia omnibus manentibus nobis etiam per Christum liberatis ab adolescentia ad malum pronis. Quod si dixeris ius naturæ esse immutabile, indelebile, atque; irreuocabile. Si ergo ius naturæ tum fuit, omnia omnibus esse communia, etiam hoc ipsum erit nunc naturalis iuris. Respondeo. Naturæ humanæ integræ, seu sanæ, ac non vitiatæ, semper quidem congruit omnia esse cõmunia. Naturæ autem iam infirmæ ac vitiatæ, non sic hoc ipsum congruit. Alia est lex, naturæ sanæ congruens, alia verò lex, congruens naturæ iam vitiatæ ac ægræ. Proinde lex illa naturæ, neque est reuocata, neque mutata, tametsi immutata sit natura humana, & ideo nunc post lapsum, natura humana vitiatæ rerum appropriationes iustis rationabilibusque hominum voluntatibus sunt factæ ad præcauendum mala, & incommoda, quæ alioqui futura erant in republica, si omnia mansissent communia. Quemadmodum regula medicinalis docens vinum esse potum humanæ naturæ congruentem, non fieret falsa aut reuocata, si omnes homines inciperet febricitare. Intelligitur nempe regula illa non nisi de hominibus sanis. Sic & lex disponens omnia esse cõmunia omnibus, non de alijs disponit hoc, præterquam de hominibus, qui sunt naturæ integræ, & non vitiatæ vllis prauis cupiditatibus plus habendi, quam conditioni naturæ sat est. Hominibus autem iam in præuaricatione primi hominis vitiatæ, auidis diuitiarum, gloriæ & honoris, ab adolescentia sua pronis ad malum, secundum corruptionem naturæ contra rationis ordinem ad coitum & gulam inclinatæ: si manerent omnia communia omnibus, terræ maneret incultæ, redigerenturque; in solitudinem. Aperta item esset via hominum fraudibus, ac cupiditatibus, boni haberent peius, quærentes panem in sudore vultus, nec plus sumentes quam naturæ sat est, mali autem haberent melius, volentes viuere in otio & saturitate, etiam occupantes ea quæ necessitatibus bonorum, aut aliorum essent necessaria, quibus malis atque; incommodis iam per rerum ac possessionum appropriationem est obuiatum, non quidem prorsus atque; omnino sic perfecte, vt mala hæc iam rebus appropriatis non contingant vnquam, siquidem robustiores atque tyranni plerunque per furtum & rapinam etiam nunc plura occupant, quam iustum est per avaritiam etiam diuites superflua retinet, non communicantes necessaria his, qui indigent, sed vt rarius, remediabilius ac cum damno, atque dispèdio longè minori eueniant, non potest nunc totius reipublicæ subsistentia obuerti, sicuti potuit si omnia manerent communia omnibus. Libertas Christiana cum sit fundata in

B 3 gratia

Perpetua virginitas & cœlibatus cadunt sub voto.

1. Tim. 5.

Basilius & Chrysofostomus ex scripturis demonstrant damnabile esse uelle nubere post votum cõtinentiæ.

Concordia patrum ante. 1200. annos. de votis

1. Cor. 7. e

Sententia octaua. Rom 7. a Liber secundum libertatem mulieris modis potest esse debitor hominis.

Sententia nona

Obiectio.

Responsio.

Lex naturæ olim faciens omnia cõmunia non est immutata.

Sententia decima.


gratia & charitate, constituens hominem amicum Dei & cohæredem Christi facit homines iam per Christum liberatos habere ius & dominium quoddam in omnibus creaturis Dei vnà cum Christo Domino, quemadmodum ait Apost. Tanquam nihil habentes, omnia autem possidentes, atque; ita etiam ipsa Christiana libertas secundum modum quendam facit omnia esse communia, siquidem amicorum omnia sunt communia secundum legem amicitiae fundatae in charitate, quae non querit quae sibi solum sunt propria. Ad hunc sensum loquitur Apost. ad Rom. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia donauit nobis? Si donatus est nobis Christus, omnium possessionum ac rerum dominus, magis data est nobis omnium rerum possessio, atque; ita Christum habentes sumus quodammodo domini totius mundi corporalis, ut eo utamur ad salutem. Quempiam habere ius seu dominium in rem aliquam, est eum posse aliquid in rem illam, vel circa rem illam non qualitercumque, sed licite, & secundum legem. Tantumque; quaeque; habet iuris & dominij in aliud, quantum actionis licet sibi exercere circa illud. Sic dicimus aliquem habere ius, seu dominium quoddam in agrum aut fundum alterius. Sic & dicimus ius paternum in filium, ius maritale in coniugem, ius herile in seruum. Sic per gratiam homines credentes libertatem assequuti, habent ius utendi omnibus creaturis pro assequendo sine suo beatifico, potentes assumere omnia tanquam arma seu adiutoria iustitiae, etiam mortem ipsam & omnem bonorum temporalium rapinam, omnem aduersariorum insultum, atque; tyrannidem, quibus fit ut etiam ipsi tyranni, & ipsa mors sint in iustorum hominum dominio. Omnibus dominatur iustus, dum etiam per ipsam mortem tanquam per militem officiosissimum adipiscitur sibi aeternae beatitudinis triumphum. Hinc forsitan dictum est Cant. 8. Fortis est, ut mors, dilectio. Quid enim validius eo, quo vincitur mundus. Haec est, inquit Ioannes, victoria quae vincit mundum, fides vestra. Proinde & dominatio haec, quae est ex titulo gratiae super omnia, foecundior est, diuinius, pulchrior, quam ea, quae ex titulo ciuili iustitiae oboritur. Illa nempe, utpote ex gratia proueniens, facit animum bene sibi conscium, laetum, iucundum, securum, & quietum, permittens secum quotlibet dominos. Haec autem, quae ex titulo ciuili iustitiae nascitur, facit animum anxium, sollicitum, multis curis turbatum. Illa facit omnia esse communia, secundum affectum communis & gratuitae charitatis, quae cum faciat multitudinis credentium esse cor vnum, & animam vnam, imò & corpus vnum atque; spiritum vnum in Domino, consequens profectò est, ut & eorum prorsus sit vna hereditas, vnus castus principatus, vna dominatio. Iustis ergo omnia sunt communia non ciuili dominio, quia iam neque; rapere alienum quicquam possent, neque; furtum facere, quippe utentes suis rebus, neque; item iustis iam posset auferri, aut tolli quicquam, maneret enim res tum in dominio ipsius iusti, vbi cunq; eas auferre contingerit, quippe cum omnibus omnia forent communia. Communio igitur, secundum quam iustis nunc omnia sunt communia, non est talis, qualis fuit sub innocentiae statu, sed secundum affectum gratuitae, & communis charitatis utentis omnibus, prout congruit ad assequutionem aeternae beatitudinis, vbi erit Deus omnia in omnibus.

Vnde & ex consideratione huius, vas electionis Paulus docuit Corinthios iam factos Christianos, debere gloriari, non in hominibus, sed in Domino. Nam omnia, inquit, sunt vestra, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue praesentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi. Christus autem Dei. 1. ad Corinth. 3. tanquam dicat: Nemo gloriatur in hominibus, quasi illi sint datores gratiarum, aut suum proprium quicquam vobis administrent, vestra enim sunt omnia, id est, vestrae utilitatis causa sunt vobis concessa, quibus utamini, quibus & iuuemini ac proficiatis in gratia & charitate Dei. Siquidem Paulus, Cephas, & Apollo, dati sunt vobis tanquam ministri, per quos Deus operatur

ratur salutem in vobis. Insuper & ministerium illud non ex ipsis est, sed vnusquisque habet sicut Deus illi dedit. Non enim nosmetipsos, inquit Paulus, predicamus, sed Iesum Christum, nos autem seruos vestros per Iesum. 2. ad Corinth. 4.

Sequitur quintum caput.

Quintum huius libri Caput, in quo soluuntur communes quidam superioris recitati cauilli haereticorum errantium in Christiana libertate.



Elíquum est iam soluere argumenta, quibus probari videtur, homines per Christianam libertatem factos esse iam liberos, & solutos ab omni seruitute dominorum, & ab omni necessitate, ab omni obligatione legis ac praecceptorum. Ad id probandum assumpta erant ex scripturis media multa, videlicet sacrosanctum Dei verbum, seu Euangelium propositum omni homini tanquam iustificans ad salutem. Fides in Iesum gratis iustificans homines. Libertas item facta per Iesum Christum. Item ducatus spiritus sancti, facientis hominem non esse sub lege. Caritas item seu dilectio quae est finis & plenitudo legis. Ex quibus videtur consequens esse, horum vnumquodque sufficere ad salutem, atque ita iusto iam habenti charitatem, non esse opus vllis aliorum legibus aut praecceptis, quibus ceu instructricibus frænibus aut calcaribus cohibeatur à malo & iustus fiat. Pro solutione autem horum generali, sufficiat scire, verum quidem esse, horum vnumquodque ad salutem sufficere. Sed aduertere oportet, nihil horum posse esse, nisi adsit charitas, charitatem autem non posse esse, nisi adsit bona voluntas, qua quisque; paratus est & legibus ac praecceptis iustis obtemperare. Neque; enim potest esse vera spiritus libertas, nisi adsit lex spiritus vitae, haec autem est charitas. Lex spiritus vite, inquit Paulus, liberauit me à lege peccati & mortis. Sufficit quidem charitas, sed haec non erit, si regnet in corde hominis cupiditas, si rebellio dominetur aut superbia, aut inobedientia. Vnde & de charitatis officijs agens Apostolus, Caritas, inquit, patiens, id est, longanimis est, & benigna, charitas non aemulatur, id est, non inuidet, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet veritati. Caritas item, iuxta Apostolica diuersis locis praescripta, reges honorificat, parentibus ac praepositis obtemperat, filijs, sibi que subditis consulit, eosque dirigit, dominis etiam carnalibus subdita est, omnibus debita soluit, fidem promissam non facit irritam, non fallit, non metitur. Ex quibus est manifestum, quod is qui charitatem seu fidem operatam per dilectionem, aut libertatem Christianam habet, simul & animum habeat promptum ad omnium virtutum opera. Non mirum ergo, si vnumquodque; illorum ad salutem sufficiat, cum vnumquodque; caetera omnia includat. Cum autem in argumento assumitur, Differentia inter legem veteris populi & euangelicam legem populi Christiani esse, quod illa foris fuerit scripta in tabulis, haec autem intus in cordibus.

Respondeo. Hoc vtique verum esse, quemadmodum probant adductae illic scripturae, sed non ideo oportet eos qui per libertatem Christianam facti sunt liberi esse sine lege, aut non esse obligatos ad vllius legis obseruantiam, sed contrarium potius est inferendum. Nam si diligimus Deum non possumus contemnere eum praecipientem, ut & diligamus proximum & custodiamus mandata eius, & subditi simus superioribus nostris. Si vis, inquit ad vitam ingredi, serua mandata. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et ex opposito antecedentis ad consequentis oppositum argumens subiicit. Si quis non diligit me sermones meos non seruat,

B 4 uat,

1. Cor. 6. b.

Libertas Christiana facit hominem iustum quodammodo omnium rerum dominum, omniaque esse quodammodo communia.

Quomodo iustus omnibus dominatur, etiam morti & tyrannis.

1. Ioan. 5. a

Iustis omnia communia quomodo sint.

Roma. 8. a
Charitatis officia.

1. Corin. 13. a

Quis iustus non sit lex posita, non sunt datam sine lege.

Matth. 23. c
Ioan. 14. c

Charitas Dei est, in mandata eius custodiamus.

Discrimen inter nouam & veterem legem

Ioann. 1. b

Lex noua legis est charitas ex gratia fidei in dominum Iesum.

Credere in Iesum quid sit.

uat, qui sanè argumentandi modus in solis conuertibilibus est validus. Hoc est ergo Christum diligere, sermones eius seruare. Filioli, inquit Ioannes, non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. 1. Ioan. 3. Nam hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. 1. Ioannis vltimo. Et in canonica. 2. Hæc est charitas, vt ambulemus, id est, viuamus secundum mandata eius. Si dixeris ex his scripturis esse consequens nos quidem esse obligatos ad seruandum legem diuinam, sed non ad legum ac præceptorum humanorum obseruantiam. Respondeo. Hoc falsum esse est manifestum ex superioribus, vbi declarauimus secundum euangelicam & Apostolicam doctrinam, Christianam libertatem non eximere hominē à seruitute, à subiectione, & ab obedientia suorum parētum, dominorum, ac superiorum potestatum. Rursus si obieceris inde sequi inter veterem & nouam legem non esse differentiā, quæ solet poni, quòd illa sit foris scripta, hæc autē intus in corde. Respondeo, id consequens non esse. Nam & vetus lex intelligitur ea, quæ per Moysen data est in monte Sinai foris in tabulis scripta, Noua autē lex intelligitur ea, quæ per Iesum Christum est facta in cordibus nostris per spiritum sanctum in die pentecostes visibiliter missum, & quotidie inuisibiliter datum omnibus quotquot receperint dominum Iesum. Sic dicit Ioan. euāg. Lex per Moysen data est, gratia autē & veritas per Iesum Christum facta est. Legislatores Moyses legem foris scriptam tradidit populo, legislator autē Christus intus dedit nobis benedictionē, qua ambulemus de virtute in virtute, donec videamus Deum Deorum in Syon. Quemadmodum autē tempore veteris legis erant iusti pertinētes ad legem noui testamenti, habentes spiritum gratiæ, & spiritum fidei, qui tamē propter hoc non erant soluti à præceptis legis per Moysen datis, sed legitime vtebantur illis. Ita & tempore noui testamenti homines iusti non sunt soluti à præceptis positivæ legis foris scriptis ad custodiā fidei & charitatis. Verū utrobique charitas hoc operatur vt præceptum non solum metu pœnæ, sed libera & spontanea voluntate impleatur, atq; ita charitas facit quidem animū à conditione seruitutis, & à legis formidine liberum, sed non facit animū ab obseruatiā legis exemptum & solutum. Quāuis autē in genere dicta hæc sufficerēt, vt tamē videamus, quā perperā & ad quod alienum sensum hæretici scripturas torquēt, eadē quoque figillatim interpretabimur. Ad testimoniū igitur primū quo dicitur: Omnis qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Patet responsio ex superiori libro multis in locis sepius repetita. Qui enim credit in Iesum credit & omnibus verbis, sermonibus, promissionibus, & cōminationibus eius, atq; ita credit, vt ex hac sua fide, quemadmodum ait Ioann. Vincat mundum, Deum diligat, & diligendo resurgat à peccatis suis, & odio habeat illa pro quibus tollendis Christus est mortuus, alioqui fides sine operibus mortua est. Nam si habuerit omnem fidem, adeo etiā fortē vt montes transferat, charitatē autē non habeat, nihil ei prodest ad salutē, atq; ita credere in Iesum includit voluntatē bonam seruandi omnia, quæ Christus præcepit iuxta præscripta euangelij præcipientis obediendum esse parētibus, tam carnalibus quā spiritalibus, quemadmodum & latius infra patebit. Ad aliud testimoniū scripturæ: Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis, Dicimus. Ex scripturis sacris in superioribus liquido demonstrauimus hoc esse intelligendum, non de omni genere libertatis, neque enim de illa, quæ est libertas à miseria, & à captiuitate in lege peccati, & à seruitute dominorum temporalium, qualis libertas scilicet ab omni malo erat sub innocentia statu, sed de libertate Christiana, qua liberi sumus à dominio peccati, à reatu mortis æternæ, à iugo legalium præceptorum veteris legis, facti iam filij Dei cohæredes Christi, tandem transferendi in libertatem consummatam, plenissima pace securam, atque perpetuam ab omni malo liberam. Vnde carnales Iudæi, Ioannis. 8. secundum carnem, vt inquit ibidem Christus iudicantes, neque spirituales libertatem

tem, neque spirituales seruitutem intelligentes, Christo dicente: Si manseritis in sermone meo cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos, vanè iactabant sese liberos esse, & dixerunt: Semen Abraham sumus, & nemini seruiuimus vnquam, quomodo tu dicis liberi eritis, respondit eis Iesus: Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis, apertè insinuans, libertatem quam præstare venerat in hac vita non esse libertatem à seruitute corporali, aut ab obligatione legis, sed esse libertatem à seruitute peccati, per quam libertatē sint transituri in libertatem gloriæ consummatam. Peccans autē, fit seruus peccati, vocabulo seruus appellato non à seruando, neque enim peccator in vita seruandus est à morte per peccatum, neque etiā seruus peccati efficitur quasi coactus aut metu pœnæ, peccato, seu tyrāno, vel desiderijs peccati in carne habitantis seruiat, sed quia sua sponte sese subiiciens vilitati peccati, non potest sese à peccato, neque à reatu mortis æternæ liberum facere, nisi Christus Dei filius illum liberauerit, & hæc est Christiana libertas. Nemo ergo, inquit Aug. dicat Christianus sum, liber sum, in libertatē vocatus sum, seruus erā, sed redemptus sum: & ipsa redemptione liber effectus sum, faciā quod volo, nemo me prohibeat à voluntate mea, si per Christum verè sim factus liber. Seruus eras cupiditatis, iam factus seruus charitatis, iuxta Apost. Pauli admonitionē ad Gala. 5. Vide ne abutaris libertate, secundum desideria carnis. Nam libertas qua quisque viuit pro ut libido fert animi secundum desideria sua non vera est libertas, sed seruitus pessima secundum quam rationalis animus à Deo vero bono abstractus blanditijs carnis illectus in suum vadit interitum, & præceptis fertur in mortem. Diabolus quamuis teneat hominem inuitum atque inuoluntarium in seruitute miseriæ, quam peccator quisque patitur inuitus, in peccato tamen, iuxta hanc pessimā libertatem, tenet hominem voluntarium, quamobrem hæc eo periculosior est libertas, eoque deterior, quo magis spontaneè quisque viuit secundum animi sui libidinem. Tale quid, inquit Bernar. faciunt homines dum peccando lætantur, quale faciunt phrenetici cum rident. Talis, inquit Aug. est voluptas cibus hominis peccatoris, qualis est esca piscis dum hamo inescatur, qui deuorās cibum in quo latet hamus, delectatur, nec sentit, donec hamo trahitur. Nulla verior est miseria, nulla vilior seruitus, quæ ea quæ est in peccatis falsa læticia. Ex libertate ergo per Christum nobis impensa, non sequitur hominē esse liberum ab obedientia, à seruitute, & subiectione humana. Ex eodem fundamento patet intellectus sententiæ Apost. dicētis: Vbi spiritus Dei, ibi libertas. Ex sententijs cohærentibus liquido patet verbum illud intelligi, non de libertate, quæ est licentia quodlibet impunè faciendi, sed de libertate Christiana, quæ facit spiritus fidei in Iesum Christum, quæ iam ablato velamine Mosaicæ legis, libera & spontanea voluntate ambulamus secundum legem Dei in die quam fecit nobis Deus, quæ dies est Christus dominus. Sed hæc libertas in peregrinatione ista, neque captiuitatem à miseria excludit, neque seruitutem corporalem, neque necessitatem obediendi superiorum præceptis. Vbi est spiritus Domini, ibi est charitas Dei & proximi, vbi autem charitas, ibi & pia & spontanea voluntas, vbi autem pia & spontanea voluntas, ibi nulla seruitus sub legibus, aut imperijs hominum coacta. Et hinc iam patet intellectus sententiæ Pauli, dicētis: Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Nam Paulus iuxta cohærentiam sententiarum, vel loquitur de lege veteri secundum cærimonialia & iudicialia præcepta, quæ iam desiderunt velut vmbra, apparente Christo vera luce, vel si de omni lege generaliter loquatur, intelligit eos, qui spiritu ducuntur, non esse subiectos legi, tanquam serui sint legis, coacti ad obseruantiam legis formidine pœnæ comminatæ, sicuti coacti serui sunt subiecti dominis suis carnalibus. Sic iam olim ecclesiæ patres, Aug. & Theophyla. interpretantur, sed non inde sequitur iustos esse absolutos seu exemptos

Peccans quomodo est seruus peccati.

Aug. super Ioan. tract. 42.

Libertas pessima qua tempore quis uiuit pro ut libet.

Vbi spiritus Dei, ibi libertas.

Galat. 5. c. Quòd spiritu sancto ductus non est sub lege.

exemptos à legis obligatione. Qui spiritu sancto ducitur, spiritu ambulat, spiritu viuit, spiritu odit desideria carnis, spiritu seruit præceptis Christi, spiritu obtemperat legibus superiorum, atque ita est non sub legibus tanquam seruus, sed supra leges tanquam dominus, voluntariè vtens illis tanquã adiutorijs ac instrumentis ad salutem, vt iam valeat dicere legi, seu potius legislatori comminanti pœnam transgressori. Iam non propter te seu tuas pœnarũ comminationes facio iustæ legis opera, sed quia intus diligo & iustitiam, & legislatorem, & leges illius. Qui verò non spiritu ducitur, sed secundum desideria carnis, sæculique huius vult viuere, si opus legis faciat, ad id, vel pudor, vel formidine pœnæ inuitus constringitur atque compellitur. Secundum similem quoque intellectum, accipiendum est verbum Apostoli 1. ad Timo. 1. Iusto non est lex posita, sed iniustus, & non subditis, & cæt. Ex cohærentia sententiarum patet Paulum loqui de lege Moyfi, quæ est lex promulgata à spiritu seruitutis in timore, continens non solummodo perpetua seu moralia præcepta, sed & legalia, quæ adueniente Christo, desierunt esse. Deinde ex eodem loco Apostoli patet, legem illam esse bonam, si quis ea legitimè vtatur, sciens legem non esse iusto positam. Sic enim mox ante præmiserat, Scimus quia lex bona est, si quis ea legitimè vtatur, sciens hoc, quòd lex non est posita iusto, sed iniustus, & non subditis, & impijs, & c. Vbi deprauati codices quidam habent pluraliter, scientes, quòd tamen iuxta originalem linguam, & Ambrosium, ac Theophylactum, ceterosque patres singulariter dicendum est.

Ex quibus sententijs liquidum est, iustum veteris legis non fuisse sine lege Moyfi, qua & legitimè vtebatur, quanquam neq; ipse iustus sub illa pressus, fuerit coactus abstinere à malis operibus, formidine pœnæ, neq; lex illa ab initio fuerit data ac iussa à Moyse vsque in Christum permanere propter iustum, quippe qui neq; calcaribus indiget, neque medicina morborum animæ, id est malorum operum impeditiua, sed data fuerit propter iniustos, & non subditos, seu rebelles ac inobedientes, qui indigent lege medicinali, non qua mercantur iustificari, sed qua, vt pædago ducantur in fidem Christi, & qua coerceantur, vt abstineant, membraque cohibeant ab idololatrijs, blasphemijs, homicidijs, & luxurijs. Itaq; lex, vt inquit Apost. pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificaremur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædago. Lex igitur quæ non sit iusto seu credenti in Christum posita, id est, imposita, seu supraposita iusto, tanquã calcar, frænnum, seu onus, cuius formidine à nepharijs operibus terreatur, cuiusue instructione ad iustificandam gratiam erudiatur, quippe qui iam gratiam hanc assequutus, vltro, suaq; sponte declinat à malis operibus, & facit bonum. Iniustus autem & sceleratis hominibus talis lex est posita, qua etiam ipsi iniusti veteris legis legitimè vtebantur, dum ex cæremonijs legis ceu vmbrijs & figuris transibant in Christum. Lege, inquit Ambros. legitimè vtitur, qui potest discernere ea, quæ ad tempus data sunt, ab his quæ perpetua sunt, & quæ ad Christi pertinent sacramentum seruari iam in futurum non oportere, quasi venturus credatur, qui iam venit. Habes itaque quonam modo lex posita est iusto, & quonam modo ipsa iusto non est posita.

Verbum autem Gregorij in primo dialogorũ cap. 1. Lege non cõstringitur spiritus sancti donum, utiq; verissimum est, Nulla enim lex potest spiritui sancto repugnare, sed hoc non probat nos non oportere subditos esse, aut obedire parètib; aut præpositis nostris. Loquitur enim Gregorius ibidè de sancto abbate Honorato, qui lege ductus spiritus sancti, monasteriũ construxit, & ducentorũ fermè monachorũ pater extitit, non habens tamen abbatem aut magistrum prædecessorem, à quo suam regulam illam aut didicisset, aut institutam accepisset: cum tamen rectæ conuersationis vsus sit, vt præesse & imperare non audeat, qui subesse & obedire non didicit. Verum hæc regula non ita est accipienda, vt qui vel

Quomodo iusto non est lex posita.

Iustus quæ non sit sub lege, non tamè sine lege est.

Gal. 3. d.

Ambr. supra 1. Timo. 1. trahens, Scimus quia lex bona est.

Gregorius

De sancto abbate Honorato

lit præesse & imperare, debeat didicisse ab homine, cum potuerit à spiritu sancto: hoc didicisse, sicuti Ioannes Baptista magistrum hominem habuisse non legitur, atque ita homo plerunque per spiritus sancti donum edoctus, eximitur à lege communi, sed tum libertas vitæ illius, vt inquit Gregorius ibidem, ab infirmis non est trahenda in exemplum, ne dum quisque sese similiter spiritu sancto impletum præsumit discipulus hominis esse despiciat, & magister erroris fiat. Mens autem quæ diuino spiritu ducitur, habet euidentissima signa sua, virtutes scilicet & humilitatem, quæ si vtraq; in vna mente perfectè conueniunt, liquet quòd de præsentia sancti spiritus testimonium ferat. Hactenus Gregorij sententiæ. Verbum Apostoli dicentis: Fructus spiritus esse charitatè, gaudium, & c. & aduersus huiuscemodi legem non esse, solum probat legem non posse militare contra fructus spiritus sancti, hoc est, contra charitatem, gaudium, pacem, patientiam, & c. quòd utiq; verissimum est, & ita verbum hoc nihil ad rem hanc pertinet. Quòd autem dicit Apostolus ad Gal. 3. Lex propter transgressores est posita. Respondeo Apostolum non sic dicere, sed lex, inquit, propter transgressionem est posita. Veruntamen siue isto, siue illo modo dicatur, sensus idem est. Ad eundem enim sensum hoc dicit, secundum quem dicit: Lex posita est iniustus & non subditis, quàmuis & Augustinus verbum illud Apost. ad alium quædam intellectum interpreteretur, sed nihil contra supradicta. Verbum Apostoli ad Romanos 13. Plenitudo legis est dilectio. Qui proximum diligit, legem impleuit. Respondeo hoc intelligendum esse de dilectione secundum charitatem, qua & Deus diligitur super omnia, quæ & vt ex superioribus patet, includit bonam voluntatem, qua iuxta Pauli Apost. admonitionem quis nemini quicquã debeat, nisi vt proximum diligat, omnibus reddat debita, cui obedientiã, obedientiã, cui honorem, honorem, atque ita ex verbo illo qui proximum diligit legem impleuit, non sequitur eum qui charitatem habet esse liberum ab omni humana lege aut obedientia. Ceterum verbum hoc, Qui diligit proximum, & c. non de omni genere dilectionis intelligendum esse docuit ipse Christus, docuerunt & Apost. Nam & Ethnici diligunt inuicem, mariti & vxores, parentes & filij, & alij quacunq; humana necessitudine inter se deuincti, inter se diligunt, de quibus Christus: Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis, quandoquidè & publicani hoc faciunt, & si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis, nam & Ethnici hoc faciunt. Quibus sententijs docuit Christus vniuersos proximos esse diligendos, non hos tantum aut illos, sed neminem neq; alienum quidem, aut inimicum à dilectione nostra esse excludendum. Deinde & eisdem sententijs docuit affinitatè sanguinis, aut beneficiũ acceptum à proximo, non esse rationè & causam dilectionis illius, qua proximum diligere debemus, atq; ita cõseques est dilectionè nobis præceptã, tanquã legis impletionem, esse aliam, quàm naturalem illam dilectionem, qua homines se mutuo diligunt, quia homines sunt.

Rursus diligunt se inuicem adulteri & adulteræ, scortatores & meretrices, & alij secundum desideria carnis, quos non humana necessitudo, sed humana vitæ noxia turpitudine coniunxit. De his ergo duobus dilectionum generibus, naturali videlicet & damnabili atq; carnali non est intelligendum dilectionis præceptum, multo minus est intelligendum de dilectione superstitiosa, qua se inuicem diligunt hæretici & infideles, se mutuo adiuuantes ad finem suæ infidelitatis.

Proinde dominus noster Iesus cum dixisset: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, vt ab his dilectionibus distingueret aliam quandam peculiarem dilectionem, secundum quam si inuicem diligamus, veri ipsius discipuli sumus, legemque eius impleuimus, adiecit, sicut dilexi vos, tanquam dicat: Mandatum nouum do vobis, vt secundum eam dilectionem diligatis inuicem, secundum quam

Galat. 5. d. Signa quibus demonstratur animum hominis duci spiritus sancto.

Plenitudo legis dilectio.

Multa dilectionum genera.

Matth. 5. & Luc. 6.

De dilectione qua infidelis se diligunt.

Ioan. 13. d.

Dilectio proximi dilectionem Dei comprehendit

Galat. 5. c.

Rom. 8. e
1. Cor. 8. a

In duobus mandatis tota lex pendet, et in uno præcepto tota lex impletur.

Obiectio prima

Ro. 13. c

Obiectio secunda

Matth. 23. d

Rom. 12. d

Responsio

Ethnici et pagani quomodo seruant præcepta decalogi.

quam dilexi vos, vt quemadmodum ego vobis salutem vitamq; æternam optaui, hoc est Deum ipsum quo solo fruamini, Ita & vos diligatis inuicem ad salutem & vitam æternam. Et hinc iam potest esse manifestum, Cum duo sint præcepta charitatis, videlicet dilectio Dei & dilectio proximi, cur scriptura sacra interdum commēdat dilectionem proximi, tanquam totius legis impletionem, nihil commemorans de dilectione Dei, velut cum dicitur. Qui proximum diligit, legem impleuit ad Romanos. 13. Item, Omnis lex in vno sermone impletur, in eo quod scriptum est. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Interdum verò solam dilectionem Dei commendat, tacita dilectione proximi, veluti cum dicit Apostolus: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Item, Si quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo. Quibus certè intimatur nobis, quòd nec Deus sine proximo, nec proximus sine Deo diligitur secundum eam dilectionem, qua Christiani iam & sese mutuò diligunt, & alijs nondum Christianis consulunt & auxiliantur, vt Christiani fiant. Dicimus igitur, quòd etsi duo sint præcepta charitatis, dilectio Dei & dilectio proximi, ipso Christo dicente: In his duobus mandatis tota lex pendet & prophete, Matthei. 22. tamè quia bene intelligentibus, horum præceptorum vtrunq; inuenitur in singulis, vbi vnum sine altero ponitur vtrunque positum intelligitur, Nam & qui Deum diligit, non potest eum contemnere præcipientem, vt proximum diligit, & qui proximum diligit nihil in eo diligit nisi Deum, quemadmodum & Christus nos diligens, nihil nisi vt Deum haberemus dilexit in nobis. Neq; nos rectè nosmetipsos diligimus nisi Deum in nobis diligamus. Proinde qui Deum non diligit, is neq; semetipsum verè diligit, quia neque sibi metipso potest homo sufficere neq; in vlla alia creatura potest animus hominis permanere contentus vereq; esse beatus. Et ideò qui aliquid aliud supra Deum quo fruatur diligit, is cum diligit iniquitatem, non solum non diligit se, sed & odit animam suam, quia summum malum est animæ rationali frui creatura procreatore. Sed expositioni supradictæ videbitur forsitan obuiare contextus & series scripturæ sacræ, quæ dilectionem proximi passim, & vbiq; docet consistere in adiuuandis corporalibus proximi necessitatibus, & in non irrogandis eidem temporalia damna aut nocumēta. Nam & Paulus declarans sententiam quam dicit, qui diligit proximum, legem impleuit, probat illam per decalogi præcepta in ordine ad proximū, quæ prohibent ne proximo temporalia damna inferamus, ne videlicet furtum faciamus, ne falsum testimoniū dicamus cōtra ipsum, ne homicidium perpetremus aut rem proximi concupiscamus, non vxorem, non ancillam, non ouem, quæ sanè omnia vetant temporalia damna proximo irrogari. Deinde Christus in die nouissimo causam damnationis reprobōrū assignabit, quòd corporalibus necessitatibus proximorum non subuenerint. Esuriui enim, inquiet, & non dedistis mihi manducare, & sitiui & non dedistis mihi potum, & reliqua. Item Paulus si sitit inimicus, potum da illi, si esurit ciba illum. Non videtur igitur coherentia scripturarum conuenire expositio, Si dicamus quòd diligere proximū sit optare Deum proximo, vt illum habeat propitiū, vt in illo iustus sit, illiq; viuat. Respondeo propositionem antecedentem esse falsam. Nam quemadmodum corpus nostrum diligimus propter animā, & animam propter Deum, vt totus homo ex anima, ex corpore pace perpetua adhæreat Deo, tanquā fini suo beatifico & deliciarum paradiso, Sic & verè Christiani corporalibus proximorū necessitatibus ad eundem finem consulere atq; prodesse student. Multi sunt ethnici homines subuenientes corporalibus proximorum necessitatibus, seruantes etiam ea quæ ex lege decalogi recitat Apostolus ad Romanos. 13. sed tamè hæc ipsorum dilectio non est plenitudo legis, quia hæc non faciunt per fidem in Iesum propter ipsum Deum. Vnde diligenter considerandum est, quòd Christus in die nouissimo

A nouissimo ad electos suos non legitur dicturus esse, Pauperes esurierunt, & dedistis eis manducare, & cæt. sed legitur dicturus. Ego esuriui & dedistis mihi manducare. Nudus eram & cooperuistis me, & cæt. aperte insinuās huiuscemodi opera non qualitercunque, sed propter ipsum impensa perducere ad regnum æternum. Quemadmodum ergo rectè temetipsum diligis, si hoc tecum agas, vt neq; in te, neq; in vlla creatura, sed intellectu & affectu in Deo resideas atq; quiescas. Ita & proximum diligis tanquam temetipsum, si hoc cum illo velis & agas, vt etiā ipse adhæreat Deo tanquam summo & in cōmutabili bono. Atq; ita manifestum est scripturam qua dicitur, In his duobus mandatis vniuersam legem pendere & prophetas. Matth. 22. non repugnare scripturæ, qua dicitur, Omnis lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum, ad Gal. 5. Nam qui semetipsum diligit, is si & Deum toto corde sibi diligit, consequēs est, vt quisquis rectè proximum diligit sicut semetipsum, hoc cum eo agat quatenus etiam ipse proximus toto corde & tota mente Deum diligit. Diligere proximum etiam inimicū est ea illi optare, ad eaq; adiuuare illum, quibus Deū habeat propitium. Cum ergo vtrumque & diligere videlicet Deum, & diligere proximum, ita sit præceptū, vt neutrum sine altero possit adimpleri etiā cum de operibus iustitiæ agitur, sufficit plerumq; vnum sine altero commemorare, sed opportunius, inquit August. illud commemoratur, de quo facilius quisque conuincitur, quemadmodum ait Ioannes, Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo diligere potest? Si quis dicit, diligo Deum, & odit fratrem suum, mendax est. Ex his igitur manifestum est, quòd qui Deum non diligit, quòd is neq; proximum, neque semetipsum vere diligit. Insuper manifestum est, quòd qui proximum vere diligit, quòd is & Deum & semetipsum vere diligit, atque ita verissimas patet esse scripturæ sententias. Qui proximum diligit, legem adimpleuit. In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionē, vt inquit Christus, habueritis ad inuicem. Scimus, quoniam trāslati sumus à morte ad vitam. Cur ita est, quoniam diligimus, vt Ioannes inquit, fratres. Demum patet mandatum, vt diligamus inuicem appellari mandatum nouum, Non tanquam illud ab initio apud patriarchas & prophetas non fuerit, nempe, vt inquit Ioannes, ipsum est mandatū vetus quod habuistis ab initio, sed mandatum nouum dicitur, quia innouat obediētes dum exuentes veterem hominem carnalia diligentē efficiuntur filij adoptionis noui testamenti, hæredes cœlestis regni, cantores cantici noui. Ad id quod consequenter in argumento assumitur, Finis præcepti est charitas, habito autem fine, nō oportet amplius sollicitum esse de medijs, quibus perueniamus in finem. Non oportet ergo hominem iam habentem charitatē seruare præcepta illa, quæ tāquam media sunt ad charitatem ordinata. Deinde & ad hoc videntur expressè tendere interpretationes sanctorum. Vnde Chrysol. Finis præcepti est charitas, perinde atq; finis legis est Christus, adueniente autem Christo, cessat legis Moyfi obligatio: ergo adueniente charitate, nō currit amplius vis præcepti. Nam & exemplo declarans, Medicinæ finis, inquit, est sanitas, itaq; cum ad est sanitas, nihil opus est præcepto, ac denuntiatione medici. Videtur ergo Chrysol. homi. sententia esse, quòd habita charitate, non amplius maneat legis obligatio. Pro solutione huius præmittendum est, quòd quemadmodum eius quod Apostolus dicit, Finis legis Christus est, nō est sentētia, quòd Christus sit finis seu præmium ex operibus legis, tanquam ex meritis, quibus perueniamus in ipsum Christū. Ita & eius quod dicit Apost. Finis præcepti est charitas de corde puro, & cæt. sententia nō est, quod charitas generetur ex operibus præceptorū, aut quòd quis Christum tanquam præmium mereatur ex operibus legis tanquam ex meritis. Vnde vana esset intentio operātis, si ex operibus vllius legis arbitraretur sese mereri gra-

Mat. 23. d

Diligere proximum sicut semetipsum.

August. in expositione epistolæ ad Gal. 5. c
1. Ioan. 4. d

Gala. 5. e
Ioan. 13. d

1. Ioan. 3. e

Mandatum cœlestis appellatur.
1. Ioan. 2. a

Argumentū est scripturæ, Finis præcepti charitas.
1. Tim. 1. a

Chrysol. homilia. 2. 1. Tim. 1.

Finis legis Christus.
Rom. 10. a
1. Tim. 1. a
Finis præcepti

rexi gratiam primam & charitatem, per meritum enim Christi hanc sine meritis nostris assequimur credentes in ipsum, sed utrobique significatur finis consummationis seu perfectionis. Tum enim vnumquodque opus est perfectum, cum attingit suum finem. Præterea charitas non solum est finis, sed & principium operum, omniumque præceptorum: producit enim omnium virtutum opera, quatenus omnibus imperat, hac enim ratione charitas dicitur patiens & benigna, quia facit animum esse patientem & benignum, Ita & charitas dicitur finis operum omnium virtutum, omniumque præceptorum, quatenus omnium virtutum ac præceptorum actus perficiuntur & recti, boni, ac iusti sunt, dum ordinantur in Christum, seu in charitatem, vel in Deum ipsum tanquam summum bonum charitate amatum, & ideo ipsa lex, cum non possit hominem facere iustum, transmittit iustificandum hominem ad Christum, sed de his latius in capite sequenti, cum declarabitur quonam pacto charitas sit finis præcepti.

Solutio.

Respondeo itaque, habito sine, cessat operatio ordinata ad acquirendum finem illum, secundum id quod habetur, sed non cessat operatio ordinata ad permanendum in fine iam adepto ad custodiam finis illius, ad lucrum, & ad augmentum illius, ut finis ille magis magisque habeatur, magisque abundet, donec habeatur charitas plena pace secunda, quæ non habetur in hac peregrinatione, quia inter medios hostium cuneos ambulamus. Et ideo eum qui habet charitatem, oportet hic sollicitè ambulare cum Domino Deo suo, & vigilare contra concupiscentiam carnis, contra concupiscentiam oculorum, & contra superbiam vitæ, quæ sunt ipsius charitatis hostes, qui si nulli essent charitatem hanc aut turbantes, aut impediens, necessarium non foret dare præcepta vigilandi, pugnandi, resistendi. Vnde beati spiritus iam in cælo non indigent vlla lege, neque ut instructrice, neque ut medicinali contra morbum, aut contra recidui periculum. Neque ipsi Adam, si permansisset in libertate, quam à Deo acceperat, fuissent huiusmodi præcepta necessaria. Cibus arboris, scientiæ boni & mali, erat quidem ei interdictus lege pure positiva, cælitus data. Neque enim arbor illa mala erat, neque edere de arbore illa in se peccatum erat magis, quam manducare quælibet alterius arboris fructum, sed propter commendandum puræ & simplicis obedientiæ bonum, quæ magna virtus est rationalis creaturæ sub creatore suo constituta, etiam id quod non erat malum, erat vetitum. Vnde & primi nostri patres ad inobedienciam peruenierunt, non ex gula, sed ex superbia, qua appetierunt esse sicut dii scientes bonum & malum. Neque enim cibi concupiscentia aut pulchritudo, sed suasio serpentis dicentis, Eritis sicut dii, primum fuit motiuum ad inobedienciam peccatum, hoc est ad sumendum cibum vetitum, atque ita in eis gula peccatum fuit ex peccato superbiæ deriuatum. Neque enim Adæ peccatum fuit causa intelligentiæ ipsius. Nempe valde absurdum est credere, quod peccatum dederit ei aut in corpore, aut in anima vllam perfectionem quam prius non habebat, quemadmodum non solum Christiani, sed & ipse Moyses Ægyptius, ceterique multi Hebræorum sapientes planè confitentur dicentes, Adæ, post peccatum inflatum esse pœnam & recessisse ab illo intelligibilium apprehensionem, eundemque mutatum esse in alium statum deteriorem, in quo sensit malum quod prius non senserat. Vnde patet scientiam boni & mali, quæ intrauit per Adæ peccatum, non fuisse beati hominis sapientiam, sed in hodiernum vsque diem esse miseri hominis experientiam sentientis peccatum in carne sua quod Christus ipse in se non nouerat, docente Paulo Apost. eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.

Gula non fuit
primum Adæ
peccatum.

2. Cor. 5. d

Ex his intelligimus qua ratione dicat Augustinus, Dilige & fac quod uis, loquitur enim de dilectione secundum charitatem Christianam, quæ est bona voluntas, ex bona autem voluntate licet quod uis facere, cum nihil mali quis possit facere ex bona voluntate, hoc est ex bono motu voluntatis. Insuper & cuique facile poterit

A poterit esse manifesta veritas sententiæ illius, si consideret ex superioribus, hominis animum per charitatem omnibus huius mundi rebus dominari, omnibus præfidere, super omnia regnare, dum in suum lucrum, atque salutem omnibus utitur, neque detrimentum ab vlllo patitur, neque læditur nisi volens, quemadmodum & rectè quidam philosophorum dixerunt. Nemo læditur nisi à semetipso, Neque inuitus subijcitur vili vllius rei seruituti, quam etiam si necessitate aliqua patiat, non tamen ab illa vincitur, sed illam vincit sua patientia, quod est eorum qui vincunt mundum, genus optimum, de quibus canit ecclesia, non murmur resonat, non querimonia, sed corde tacito mens bene conscia, conseruat patientiam. Ille alium vincit qui nec blandimentis, nec tormentis vllius improbitati cedit, qui vniuersa siue blanda siue tristitia sint, facit cedere in animæ suæ lucrum, quemadmodum ait Paulus. Magnificabitur Christus in corpore meo siue per vitam, siue per mortem. Vincit mortem cui mori lucrum est, vincit vitam cui viuere Christus est, quemadmodum ait Paulus, Mihi viuere Christus est, mori autem lucrum. Omnia detrimentum feci & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Neque est differentia inter licitum & verum lucrum: siquidem verum lucrum est, quicquid nos ad Christum ducit, etiam si fuerit extremum & terribilissimum omnium malorum huius vitæ. Damnum verò est quicquid inutile & contrarium est, ut perueniamus ad Christum, etiam si fuerit possessio atque fruitio totius mundi. Quid prodest homini, inquit Christus, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum faciat. Ex his igitur est manifestum insulsiſsimam esse hæreticorum sententiam dicentium ex scripturis in principio huius capitis, hominem iustum per Christianam libertatem fundatam in charitate esse exemptum ab omni lege, ab omni superiorum obedientia, ab omni tributo, & à seruitute debita temporalibus potestatibus, quæ sanè omnia & latius infra sumus demonstraturi.

Nemo verè læditur nisi à semetipso.

Philip. 3. e


Eodem. Philip. 3. b

Inter licitum seu honestum & verum, non est vllum discrimen.

Matth. 16. d

C

Sextum primi libri caput, tractans de legibus & præceptis humanis, an lugent in foro conscientiæ.



Atenus communia quædam tradidimus, iam ad specialia descendamus, in sequentibus tribus capitulis tractaturi de legibus & præceptis humanis, de lege cælibatus & continentia sacerdotum, de votis monasticis, & de consilijs euangelicis. Hæc autem ut facilius intelligantur, Primum adferemus intolerabiles hæreticorum huius temporis errores, confictas contra orthodoxorum patrum sententias particulares hæreses, ante mille annos: iam olim ante secula, vel sub seculis Hieronymi & August. damnatas singulas, ut Vigilantij, Iouiniani, ac aliorum suis in locis latius explicaturi. Audiamus igitur primum Lutheri paradoxa. Papa, inquit, non plus potest imperans, præcipiens, aut prohibens, quam magister docens Dei leges atque mandata. Pontifices & primarij ecclesiæ pastores, nullum habent ius condendi leges, neque auctoritatem habent constituendi sanctiones ecclesiasticas obseruandas à populo, oportetque iam constitutos canones prorsus abijcere tanquam leges tyrannicas humeris subditorum impositas, neque aliquid momenti ad iustitiam habent externa opera, aut cultus externus, aut sacrarum vestium ornatus, aut oratio externa, aut ieiunia, & à cibis abstinentia. Quodcunque opus, inquit, non fit vel ad castigandum corpus, vel ad proximi obsequium, neque bonum est, neque Christianum. Proinde orationes & ieiunia, fundationes, ceteraque opera quæuis externa fieri, inquit, non debent, ut quis sibi aliquid commodi externi reportet, nec ea intentione, ut coram Deo iustificetur, sed vel ad proximorum obsequium, vel ad corporis castigationem. In libro insuper demissa abrogata subuertens pulcherrimum totius ecclesiastici status ordinem,

Errores Lutheri hic ex ordine recitantur.

omnemque ecclesiasticorum graduum distinctionem, & omnis prælationis ac subiectionis distinctionem asserit hanc nostram ecclesiam Christo & euangelio contrariam, similemque esse gentilitiæ constitutioni de sacerdotibus Iouis & Veneris. Nam populus Christianus, inquit, debet esse simplex, in quo prorsus nulla sit secta, nulla personarum differentia, nullus laicus, nullus clericus, nullus rufus, nullus vnctus, nullus monachus, sed sine vlllo discrimine omnes vel coniugati, vel cælibes arbitrio quisque suo. Omnes nos Christiani eodem quo Christus sumus sacerdotio sacerdotes, neque ex vlla, inquit, noui testamenti scriptura habetur sacerdotes vnctos, à laicis esse distinctos. Insuper & canonem missæ dicit aduersari euangelio, propterea quòd in eo eucharistia appellatur sacrificium, & ideo peccauerunt, inquit, omnes prædecessores, qui ipso canone missæ sunt vsi, missam habentes pro sacrificio. Ridiculum & superstitiosum censet, quòd non liceat tangere eucharistiã nisi vnctis digitis, & nõ alia parte corporis. Damnat ritũ, quo sacerdos sacra faciens, eucharistiam sumit & manducat eam, cũ Christus eã in euangelio alijstradere. Damnat insuper, quòd quisque eucharistiam ieiunus sumat, cũ Christus eam post cœnam tradiderit. Damnat præterea ritum ecclesiæ, secundum quem aqua in missæ sacrificio miscetur vino, propter verbum Isaïæ coarguentis Iudæos, quòd vinum eorum mixtum erat aqua. Demum contemnit prorsus commemorationem sanctorum martyrum, vt pro nobis sint intercessores, & commemorationem animarum defunctorum, vt à purgatorio igne liberentur. Cæterum tria vota, obedientiæ, paupertatis, & castitatis asserit repugnare orthodoxæ fidei, & Christianæ libertati detestaturque id viuendi genus tanquam contrarium diuinis legibus, addens propter hanc solam abominationem, quòd patres antiqui, Hierony. August. Basilius, cæteri que antecessores aliter quam debuerunt locos aliquot scripturæ intellexerunt. Eradicata, extincta, & abolita cupio esse vniuersa monasteria, quæ & vtinam ereptis Loth & filiabus eius Dominus igne & sulphure ad exemplum Sodomæ & Gomorræ demergeret in profundum, vt ne memoria quidem eorum superesset. Neque Christus, inquit, virginitatem consuluit, sed deterruit ab ea, & auocauit dicens, Non capiunt verbum hoc. & Paulus dicens, Consilium do, non inuitat quempiam ad virginitatem, sed in medio relinquit, & ideo omnino contra euangelium faciunt vouentes, quia quod in euangelio relictum est in medio, ipsi per suum votum volunt præceptum facere, neque potest quispiam vouere vltra ea quæ promissit in baptismo. Proinde Hieronymus indignis, inquit, contumelijs tractauit Iouinianum ex scripturis perperam intellectis. Et sicuti quis non potest vouere, vt non feruet Dei mandata, ita vouere non potest talem viuendi modum, in quo neque obediat parentibus, neque proximorum saluti seruiat, neque Christiana obsequia impendat infirmis, esurientibus, & egenis. Videtis Christianissimi viri absurdissima arrogantis hominis dogmata contra comunem omnium orthodoxorum patrũ consensum asserita, tam friuola, atque futilia, vt his ipsis nemo nisi cui maleuolus & pertinax est animus, valeat consentire. In hac igitur parte ad demonstrandum earum falsitatem, & ad considerandum de legibus & præceptis humanis, quonam pacto sint in foro conscientiæ obligantes, sunt quædam præmittenda. Primum. Ex scripturis sacris est manifestissimum in corpore Christi, quòd est ecclesia, esse graduum & potestatum tam secularium quàm spiritualium distinctionem factam ex ordinatione, & prouidentia Dei, qui dedit quosdam Apostolos, alios euangelistas, pastores alios, gubernatores alios, sublimiores potestates, gradum item cleri esse distinctum à populo seculari seu laico, & ordinum ecclesiasticorum distinctionem in episcopalem, sacerdotalem, ac diaconalem. Vnde & consequens

Matth. 19. b

1. Cor. 7. e

Graduum & ordinum in ecclesia distinctio est ex iure diuino.

Rom. 13.

Eph. 4.

Ioan. 20.

1. Tim. 3.

Act. 6.

A sequens est secundũ scripturas diuinas nõ omnes diaconos & sacerdotes ex æquo esse pontifices, neque omnes Christianos ex æquo esse sacerdotes, & vnumquemque laicum non debere sese ad officia vllius ordinis ingerere, sed iuxta Pauli doctrinã oportere ordinari autoritate episcopi, & accipere ecclesiasticam potestatem per impositionem manuum. Istas sententias liquidò demonstrauius ex scripturis sacris in quarto libro de ecclesiasticis scripturis & dogmatibus tertia parte quinti capituli. In eodem quoque libro longè lateq; deduximus distinctionem ecclesiasticorum ordinum & potestatum tribunaliũ iurisdictionũ, episcopatuũ non esse nouam aut recentem, neque esse ab aduentione humana, sed ex sacris literis manifesta & ecclesiasticos patres iam inde à temporibus Apostolorum in hæc vsque tempora semper intellexisse in ecclesia esse istam graduum & ordinum distinctionem, quam solus Lutherus cõtra receptam omnium orthodoxorum patrũ doctrinam destruere atque refutare conatur, contrarius diuinæ gratiæ & pietati. Magnũ enim est diuinæ pietatis indicium, dare populo duces, episcopos, atque præpositos, qui homines ad Dei timorem atque amorem & ad societatem inter sese ac dilectionem dirigant atque exercent. Secundo præmittendum est quòd lex est regula quædam seu mensura legislatoris, hoc est à legislatore præscripta, secundũ quam vult hominẽ viuere, atque dirigere actus suos. Quemadmodũ autem Deus omnium rerũ conditor & gubernator rebus inanimatis atque etiam ipsis animantibus ratione carentibus impressit vires & inclinationes, secundum quas aguntur & diriguntur in suos fines, debitisque suis funguntur officijs, à quibus, quia non seipsas agunt, sed ab autore naturæ infallibiliter agente aguntur, secundum suarum inclinationum necessitates deuiare non possunt. Ita & ipse idem Deus qui rationalem creaturam condidit ad imaginem & similitudinem suam impressit eidem rationali creature quædam suorum actuum principia ceu leges communes, secundum quas nõ sic inclinationis necessitate moueretur, sed secundum quas ex libera ratione seipsam dirigeret, habens in potestate etiam aliter facere propter vim liberi ex ratione arbitrij, per quam potest & legis conditorem, vt sibi præfectum ac superiorem apprehendere & rationem seu finem operũ legis cognoscere, & conferendo vnum ad alterum, examinare atque discernere. Vnde secundum Christi & Pauli Apostoli doctrinam, voluntas hominis est tanquam vis media inter legem mentis & legem carnis, inter consilium Dei, & consilium diaboli constituta, potens vel cohibere, vel mouere membra sua in opus secundum huius vel illius consilium. Nemo, vt inquit Christus, potest duobus dominis seruire, & cæt. Non potestis Deo seruire & mammonæ, quibus apertè insinuat hominem nunc huius, nunc illius consilio posse acquiescere. Cæterum quemadmodum Deus imprimendo toti humanæ naturæ huiusmodi principia cõmunia suorum actuum dicitur præcepta quædam illi dedisse, siquidem inclinationes & pondera à Deo conditore naturæ impressa, quibus dicitur ratio aliquid debere fieri aut non fieri, sunt quædam Dei leges, quæ etsi per Adæ peccatum aliq; crimina voluntariè superaddita sint obtenebrata, non tamẽ prorsus sunt extincta, sicuti in superioribus libris patuit, quòd & latius in libro de natura & gratia ostenditur. Ita & homo quisque præfectus, habens alios sibi subiectos, eatenus dicitur illis legem nouam seu præceptum nouũ imponere, quatenus intimatione seu denunciatione quauis imprimit mentibus eorum regulam seu normam, secundum quam viuere & seipsos dirigere, actusque suos componere debeant. Quemadmodum autem legis conditor in condendo legem habet rationem, propter quam imponat legem, neque enim sapiens, neque pius & bonus esset legislator, qui sine ratione legem subditis imponeret. Ita & intendit, vt hi quibus legem imponit ex ratione seu voluntariè seipsos moueant in opus quod præcepit, legi obediendo. Ratio autem seu voluntas qua seipsam

Quid lex.

Ratiõ carẽtia cur à lege Dei nõ possunt deuiare.

Rationales creature cur possunt à lege deuiare.

Matth. 6. e

Legislator condendo legem ex ratione legem imponit.

quisque mouet, propter finem agit. Vnde consequens est legem illis solummodo dari, qui sui operis rationem seu finem cognoscere possunt, & conferre vnum ad alterum, alioqui ad ipsum finem non seipso agerent, sed agerentur solum naturali necessitate, quemadmodum ignis & terra non seipso agunt, sed aguntur solum, ignis fursum, terra deorsum agitur inclinationis necessitate, atq; ita frustra lex eis imponeretur, quippe qui aliter agere non possunt. Ex his sequitur secundum quod nunc præmittendum duximus, videlicet in sacris literis triplicem reperiri legem, vtpote Naturalem, Diuinam & Humanam. De naturali lege seu inclinatione, secundum quam aguntur ea quæ sunt ratione carentia nihil ad præsens negotium pertinet dicere. Loquimur enim de lege naturali hominis, quatenus ratione viget. Lex igitur naturalis humanæ rationis est, quam Deus naturæ conditor vnâ cum natura inseruit mentibus hominum ad aliquid faciendum, vel non faciendum, de qua Paulus, Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt. De qua & August. Lex tua Domine in cordibus hominum scripta est, quam nec vlla vnquam delet iniquitas. Homo quidem à sua concupiscentia abstractus & illectus, agit multa contra naturalem legem, sed non inde sequitur, legem naturæ vel à mente illius prorsus esse abolitam, vel non fuisse illic scriptam. Nam homo sicuti iam dictum est per vim liberi arbitrij victus, aut metu, aut carnis concupiscentia, aut suasionem diaboli agere potest contra dictamen & iudicium legis naturæ. Deinde potest & homo superstitione, persuasionem fallâ, aut consuetudine & doctrina praua corruptus, credere vera esse multa particularia legi naturæ opposita atque contraria, sed non inde sequitur in eo extinctas esse leges naturæ illis particularibus oppositas. Potest nêpe homo praua suasionem corruptus, credere verum esse id quod cõtrariatur alicui naturali legi particulari etiam actu intus suggerenti. Quemadmodum enim in speculatiuis non omnia principia sunt omnibus euidètia, & per se nota, sed solum communissima qualia sūt illa, de quolibet affirmatio, vel negatio vera, de nullo verò simul, quodlibet est vel non est. Ita neque omnia principia naturalis legis in moralibus sunt omnibus euidètia, & per se nota, sed ea solum, quæ sunt communissima, qualia sunt bonum & iustum est faciendum, malum autem & iniustum est fugiendū, atq; ita ratio potest contrarijs particularium principiorum assentire, & dictare adulterium aut homicidium esse licitum & faciendum, non obstante, quòd intus naturalis legis stimulus in contrarium suggerat. Cæterum donemus in homine villo aliquid dictamè naturalis legis prorsus in sua specie esse extinctum atq; sopitum, non tamen inde sequitur, in eo esse prorsus extinctam legem naturæ communem, ex qua tanquam ex principio communi illud particulare tanquam conclusio, natum est consequi. Verbi gratia. Olim apud Germanos latrocinium non reputabatur iniquum, vt refert Iulius Cæsar. Secundum sententiam quoq; Pauli Apostoli, gentes Romanorum, vel Ægyptiorum, adeò erant mentibus obtenebratæ, vt pro Deo vero & immortalis, colerēt imaginem corruptibilis hominis, & quòd deterius est, reptantia animalia, imaginesque volucrum, quadrupedum, & serpentum, quamobrem & Deus tradidit illos in reprobum sensum, quo facerent cõtra naturæ leges, & secundum concupiscentias cordium suorum, contumelijs afficerent corpora sua, mutantem naturalem vsum in eum qui est contra naturam, masculi in masculos, & feminae in feminas scditatem operantes: consuetudineq; praua adeò fuerunt corrupti, vt reputarent abominanda contra naturam vitia non esse peccata, in quibus tamen lex naturalis secundum principia communissima non prorsus erat extincta, cum & Apostolus in eodem capite dicat de eisdem, quòd iustitiam Dei, sempiternam quoque virtutem ac diuinitatem nouerint, ita vt sint inexcusabiles. Item immolare filios suos, & filias suas demonijs, à multis gentibus pu-

In scripturis sacris lex triplex reperitur.

Lex naturalis.

Rom. 2. c.

Aug. 2. confes. cap. 4.

Lex natura in anima est ab illa inseparabilis

In gentilibus quomodo fuerit lex naturæ sopita & extincta.

Cæsar de bello Gal. lib. 6. Rom. 11.

Abominanda vitia contra naturam non reputabuntur peccata apud gentes.

bus putabatur licitum & honestum, ac faciendum esse, quòd tamen ab eisdem in suo vniuersali sciebatur esse licitum. Vniuersale principium legis naturæ est, bonum esse prosequendum, malum autem esse vitandum, & super hoc principio fundantur omnia alia legis naturæ præcepta. Vnde & huius consideratione lex naturalis est vna, ipsius autem præcepta sunt multa, vna quidem lex, propter vnū illud communissimum præceptum quòd est in moralibus, tanquam indemonstrabile principium. Multa autem propter principij illius communissimi præcepta, quæ deriuantur ex illo, in quo ratio errare nõ potest. Neq; enim gens vlla est, quæ nesciat declinandum esse à malo, & bonum esse faciendum, nihilq; iniuste esse perpetrandum, sed error accidit in particularibus, an hoc sit bonum, iustum, & æquū, an potius istud, an Christo, quem Christiani colunt sit sacrificandum, cultusq; laetitia exhibendus, an potius ei quem gentes falsò credunt Deum esse. Nemq; dubitat an oporteat Deum honorare, colere, & diligere, sed super hoc, an hunc oporteat vt Deum colere, errant multi. Nemo dubitat an licitum, aut honestum sit cõtra iustitiæ regulam agere, sed dubitatur, an hoc vel illud sit agere contra iustitiæ regulam, an non. Nemo est qui nesciat, non esse fas cuiquam, vt interimat aut semetipsum, aut filium contra iustitiam, aut contra naturalem legem, sed an ex tali, vel tali causa semetipsum occidere, sit agere contra iustitiam aut naturalem legem, ignoratur à multis. Vnde & Plato in libro Minois, Nemo ambigit, nemo vel in iudicijs, vel alibi disceptat, an iustitia Deo placeat, an iniustitia displiceat, an is qui iniuste viuit, sit pœna dignus, verum de hoc potius inter sese homines disceptant, quis iuste fecerit, & quid agendo, & quando agendo agit iniuste. Hactenus de naturali lege, & de illius legis præceptis, quæ & moralia præcepta appellantur, ordinanturq; ad bonum naturalis esse humani generis. Lex diuina est, quæ naturali legi à Deo est superaddita, ad assequendum supernaturale bonum, ad quòd naturalis lex non potest perducere, vt lex vetus & lex noua, quæ est lex euangelij. Hæc autem lex non est contraria legi naturæ, quadoquidem & lex ipsa naturalis sit itidem vera lex Dei, sed est naturalis legis perfectio, per quam natura ordinatur & dirigitur ad altiore & sublimiorem finem, quàm sit finis secundum facultatem legis naturalis, & hæc diuina lex cum sit data ad assequendum vitam æternam, & à Deo infallibili veritate, est de actibus non solummodo externis, sed & internis, prohibens & puniens non solum ea quæ foris fiunt peccata, sed & ea quæ intus fiunt corde, consensu, & cogitatione. Hinc apud prophetam huiusmodi lex dicitur immaculata, tanquam non admittens vllam peccati turpitudinem, conuertens animas, quia nõ solum externos, sed & internos motus prohibet, testimonium fidele, propter certitudinem veritatis & reatitudinis, præstans paruulis seu verè humilibus sapientiam, qua perueniant ad æternam beatitudinem. Lex humana est, quæ legi naturali atque diuinæ superaddita est, vt ipsius metu humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & ab ipsis improbis formidata supplicio refrenetur nocendi facultas, propter hos enim fines, secundum doctrinam Apostoli Pauli, sunt à Deo ordinatæ sublimiores potestates, qui & apud Salomonem in prouerbij vocantur legum conditores. De hac lege quonam modo obliget in foro conscientie, & quando sit iusta, & quo fine statuenda sit in hoc capitulo dicturi sumus. Quarto præmittendum est, in lege diuina tam veteri, quàm noua, reperiri duplex genus præceptorum. Nam quædam sunt, quæ nullâ in sui natura rationem habent, cur præcipiantur, veluti caeremonie, & sacramentalia veteris & nouæ legis, veluti in aquam baptizandos immergere, agnum paschalem edere. Alia verò sunt præcepta, quæ in sui natura rationabiles causas continent, cuiusmodi sunt moralia præcepta, quæ præcipue in decalogo continentur, Non occides, nõ furtum facies, decreta quoq; euangelica, quæ præci-

Error nõ in vniuersali, sed in particulari accidit.

De lege diuina

Psal. 68.

Lex humana.

Rom. 13.

Prouerb. 8.

In scripturis sacris duplex genus præceptorum

pue consistunt in fide & dilectione, habent in sui natura, siue secundum suam natura rationabiles causas, seu fines notissimos humanæ rationi. Cuilibet enim iam rationi utenti manifestum est per actus qui huiusmodi præceptis iubentur homines bene ordinari ad Deum & ad proximum suum. Et ideo ratio humana non laborat quærere, cur sit in lege præceptum, Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias: aut cur præceptum est, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: aut cur dicitur, Quid Dominus Deus tuus requirit à te, nisi ut timeas illum & colas. Neque item ratio humana laborat quærere, cur lex prohibuerit homicidium, adulterium, furtum, falsum testimonium, odium, vltionem inimicorum: talium enim præceptorum ratio, causa & vtilitas est manifesta in ordine ad proximum. Caremonialia verò præcepta veteris legis, & sacramentalia nouæ legis, vt de lotione baptismi, de benedictione panis & vini in corpus Domini, non sic in ratione sui, & secundum suam naturam in se continent rationabiles causas. Ipsa enim facta quæ præcipiuntur huiusmodi præceptis, non sic in sui natura vtilitates habent, & ideo in illis ratio seu vtilitas est occulta, cur illa magis, quam eorum opposita, vel alia quælibet indifferentia sint præcepta. Ideoque de caremonialibus præceptis veteris legis dixerunt Hebræi quidam, illa nullam habere rationem, nisi vt sint præcepta ad probandum hominis sub Deo suo creatore obedientiam, sicuti sub innocentia statu prohibitio ligni scientiæ boni & mali, in se nullam videtur continere rationem seu vtilitatem. Talia, inquit, fuerunt in lege Moyfi multa caremoniarum præcepta, veluti sunt, quod vestis non conficiatur ex lana & lino, quod non fiat commixtio diuersorum seminum, & carnis cum lacte, & id genus alia multa in lege Moyfi. Verum sapientiores Hebræi, inter quos fuit Rabbi Moyfes Ægyptius inelytus Hebræorum doctor tradit, verum quidem esse in multis caremoniarum præceptis rationem seu vtilitatem non esse, sic vt in alijs manifestam, sciens tamen omnis legis seu præcepti finem esse vtilitatem, quam intendit legislator erga populum, cui lex data est, docet quod omnis præcepti ac legislatoris intentio seu finis est vel bona dispositio animæ ad Deum, vel bona dispositio hominum inter se viuentium, vt ciuitas seu societas sit ordinata, bene disposita in pace & tranquillitate. Propter hanc vtilitatem, inquit esse leges quibus coercetur contumacium hominum superbia, quibus sit iudicium inter virum & virum, quoniam nisi fures, raptores, adulteri, contumaces puniatur, multiplicabuntur in ciuitatibus mala, & ideo pietas creatoris subueniens populo, præcepit nobis dicens, Iudices & præpositos habebis in singulis ciuitatibus tuis. Bona dispositio animæ ad Deum, est timere & diligere Dominum Deum. Et quia illum timere, ac quemadmodum oportet, diligere non possumus, nisi rectas credulitates habeamus de essentia, vnitatem, & maiestate eius, de sapientia, potentia, voluntate, æternitate, iustitia, & misericordia illius. Ideo in lege traduntur fidei regulæ, quibus docetur Dominus Deus Israel esse vnus creator omnipotens, omnium rerum conscius, iustus iudex, misericors & bonus. Horum omnium ratio manifesta est, vt videlicet Dominus Deus timeatur ac diligatur. In hunc quoque finem reduxit rationem caremonialium præceptorum ad cultum Dei pertinentium. Horum enim vtilitas est, vt his obseruatis à Deo creatore sibi præscriptis populus Israel, longe fieret ab idololatria, & disceret, atque assuesceret timere & diligere Dominum Deum suum, sicuti in lege scriptum est, Præcepit Dominus facere omnes caremonias istas vt timeremus Dominum Deum nostrum, & bene esset nobis omnibus diebus nostris, & vt viuificaret nos sicut in die ista. Intentio verò legis secundum eam, inquit, partem, quæ est de cibo & potu est exterminare, seu diminuere concupiscentias, & corruptionem ex multitudine ciborum. Et quia maior pars concupiscentiarum gentium est in cibo & potu, & in amplexu mulierum.

Dent. 10.
Matth. 22. d
Dent. 10.

In quibusdam diuinis præceptis ratio præcipiendi non est manifesta.

Sententia rabbi Moyfi Ægyptij Hebræi de rationibus præceptorum veteris legis.

Bona dispositio hominis ad deum

Vtilitas caremonialium præceptorum quæ sit.

Dent. 30.

Hæc

A Hæc enim sunt, inquit, quæ auferunt vltimam animæ perfectionem, qua Deo suo creatori dilectione pura adhæret anima. Insuper & hæc sunt, quæ corrumpunt, inquit, genera hominum in ciuitatibus & regimine familiarum, prosecutio nempe concupiscentiæ destruit leges contemplationis, & sanctitatis, corrumpit corpus, inducit mortem, multiplicat angustias, zelum & inimicitias, & idcirco prouidit pietas creatoris, vt daret nobis præcepta quæ tollerent finem istum, vt omnibus modis remouerentur cogitationes circa talia, & vt sic prohiberentur omnia, quæ possent inducere, vel suscitare concupiscentiam, & ista est intentio magna sicuti vna de intentionibus legis. Vnde lex iubet interfici eum de quo scitur, quod multipliciter quærit delectationes in cibo & potu, veluti est filius rebellis, de quo dictum est, Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehendent eum & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos, Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, commestrationibus vacat, & luxuriæ, atque cõuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur, vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat, iustus est lapidari vt tolleretur de medio antequam crescat malicia, & contamineet multos in multitudine concupiscentiæ suæ. Sic de intentionibus legis sanctæ, perfectè est elongare se ab amplexibus mulierum pro posse, sicut præcepit Dominus in sanctificatione populi ad recipiendum legem dicens, Non acceditis ad mulieres. Propter hoc dixit Salomon parabolicè, Trahe me post te, & curremus post te. Sanctificatio ergo quedam cordis est elongatio ab actu illo carnalis cõmercij, sicuti etiam lex ostendit quod elongatio à potu vini sanctitas est. Qui autem foris sunt puri ac mundi in vestibus & corporibus, intus verò polluti in concupiscentijs & voluptatibus suis, non assequuntur intentionem seu finem legis, quem intendit Deus legislator in præceptis de varijs lotionibus, & purgationibus, quæ foris sunt in corpore aut in vestibus. Studere autem in munditia corporis exterioris, & manere in concupiscentia voluptatum, & in effrenatione in cibis & fornicationibus, est esse in fine turpitudinis morum, & de talibus dixit Isaias. Qui mundificant, & sanctificant se in hortis & in locis patentibus ac manifestis. In thalamis autem & in cubiculis absconderunt se, vt faciant quæ prohibita sunt comedendo & bibendo. Ex his verbis, inquit, colligitur eos, qui sunt foris mundi, intus autem polluti in concupiscentijs & corporalibus voluptatibus non assequi intentionem legis. Nempe intentio legis prima est diminuere concupiscentiam, & mundare corpus foris, postquam intus fuerit homo mundus. Deinde & eiusdem præcepti in lege multæ possunt esse rationes, vt potè vitare idololatriam, habere commemorationem alicuius beneficii populo exhibiti, designare dispositionem intus requisitam in ministerio cultus diuini, exterminare & diminuere concupiscentias. Iudæi non intelligentes hæc in præceptis legis, deseruerunt primam intentionem Dei, manentes & studentes in eo quod fuit propter aliud, scilicet propter timorem, & amorem creatoris confirmandum, applicantes mentes suas ad palatium seu ad templum Domini, & ad externa opera holocaustorum ac sacrificiorum, quæ data erant tanquam instrumenta ad assequendum intentionem legis primam, quæ est cognoscere sublimitatem creatoris, timere & colere illum solum, & non Deum vllum aliud, & pax atque tranquillitas ciuium in regimine ciuitatis, donec habeatur seculum sempiternum totum bonum. Et proinde in primis præceptis quæ sunt decalogi, non fuerunt holocausta vel sacrificia. Atque ita propheta arguerunt populum insipientem, qui non discernentes inter intentionem Dei primam & intentionem secundam, ea quæ secundario præcepta erant habebant tanquam finem legis primarium, quæ tamè sunt habenda tanquam media & corroboramenta ad assequendum ea, quæ prima intentione Dei præcepta

Cibus, potus, & luxuria multa inducunt mala.

Dent. 21.

Exod. 19.

Cant. 8.

Intentio legis caremonialis.

Eiusdem præcepti multa rationes & vtilitates esse possunt.

Caremonie & sacrificia erant media & instrumenta ad implenda decalogi præcepta.

Jerem. xi. 4

Psal. 49.

1. Reg. 13. d

Isaia. 1.

præcepta erant. Et hoc est quod dixit Ieremias, Non fui loquutus patribus vestris, neque præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti super holocaustis & sacrificijs, non nisi hoc mandavi, Audite vocem meam, & ero vobis in Deum, & vos eritis mihi in populum, propter quod & idem populus arguitur, Audi populus & loquar tibi, & contestabor te. Dominus Deus tuus ego sum, non in sacrificijs tuis arguam te, nec holocausta tua coram me sunt, non accipiam de domo tua taurum, neque de gregibus arietes. Pro eadem sententia dixit Samuel. Si voluntas Domini est in holocaustis & in sacrificijs: nunc audite vocem Domini, Ecce obedientia melior est, quam victima. Isaia autem dixit, vt quid mihi victimarum vestrarum multitudinem? hæc mihi molesta sunt. Manus vestre plenæ sunt sanguine, lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, defendite viduam, & cæt. vbi arguit populum nõ discernentem inter ea, quæ prima intentione erant præcepta, & ea quæ secundaria: negligentem præcepta legis decalogi, & confidentem in externis sacrificijs ac holocaustis, quæ solum erant velut instrumenta adiutoria data, quibus populus adhuc rudis, & in eis quæ Dei sunt inconsuetus, in Dei timorem & amorem prouehetur. Hactenus Rabbi Moyfi doctrina in supra dictis certe sententijs, non solummodo non repugnans, sed & utilis doctrinæ nostræ Christianæ humanisque legibus & cæremonijs Christianæ societatis. Nam bene assignauit literales præceptorum cæremonialium causas, sed figurales causas seu rationes Christi tum futuri, & ecclesiæ Christi præteritæ, nimirum quia ex carnali Iudaismo ad Christum non transiens, nondum reuelatos habebat oculos, vt consideraret mirabilia humanæ redemptionis opera designata in lege Domini. Et ideo nos Christiani ex ipsa lege & prophetis, & ab ipso denique Christo & Apostolis edocti, præter causas & rationes literales, propter quas Iudæi illa præcepta esse data intelligunt, quas & scripturæ legis & prophetarum multis in locis explicant etiam intelligimus illa præcepta habere causas figurales, scientes Christum in illis præceptis esse præfiguratum omniumque illorum præceptorum esse finem. Et ideo huiuscemodi præcepta cessauerunt, adueniente Christo: non obstante, quod ipsa præter causam hanc figuralem habuerint alias quasdam rationabiles causas adhuc manentes, vtpote commemorationem exhibiti beneficij, videlicet liberationem temporalem ex Ægypto, & similia, quæ cum & ipsum Christum figurauerint, non sic congruunt nunc ecclesiæ Christianæ. Conueniunt quidem lex noua & vetus, in hoc, quod in neutra apparuit gloria diuinitatis, quæ in patria est futura. Differunt autem, quod in noua lege iam via perueniendi ad gloriam illam, data est & reuelata, vtpote Christus, & mirabilia opera redemptionis illius figurata in lege illa sunt adimpleta. In veteri autem lege, Christus non sic erat datus & reuelatus, dicente Ioanne Apostolo, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ioan. 1. Secundum hunc sensum accipiendum est, quod Paulus dicit, ad Hebræ. 10. Vmbra habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, insinuans imaginem rerum pertinere ad legem nouam, vmbra autem ad veterem legem. Neque enim illic posuit Apostolus discrimen inter tempus legis, & tempus gloriæ in patria, quia vtrumque tam vmbra, quam imago figura est non res ipsa. Sed sicut vmbra minus est quàm imago, sic lex vetus minus habuit, quam noua. Neutra tamen in hac vita habet veritatem ipsam, luce conspicua manifestatam, sed illa, vmbra: hæc, imaginem. Vtriusque autem tam vmbra, quam imaginis veritatem in futuro videbimus facie ad faciem.

Sequitur caput septimum.

Cæremonialia præcepta præter rationales literales habent rationes figurales.

Conuenientia & differentia inter veterem & nouam legem, eorumque sacramenta.

Caput septimū in quo supra dicta de ratione seu intentione finis, & distinctione legum naturalium, diuinarum, & humanarum magis elucidantur.



Primū igitur ad cognoscendum rationem legis, & quid nam sit, quod cadat in obligatione legis, propter quod transgressor legis efficiatur in foro conscientiæ reus. Sciendum est triplicia esse legis naturalis officia. Primū, ad semetipsum decenter viuere secundum inclinationem naturæ insitam ad conseruationem sui esse in cibo & potu. Secundum, decenter viuere in communicando naturam suam alteri, ad conseruationem speciei, secundum insitam inclinationem generandi sibi simile, & ad educandum illud. Tertium, ad Deum, & ad omnem hominem iustè viuere, ad parentes, ad filios, ad superiores, ad æquales, ad inferiores, secundum inclinationem qua quisque appetit bonum honestum, & secundum rationem iustè ac rectè agere. Et hæc omnia erant in natura humana sub innocentia statu. In tribus istis pendunt principia naturalis legis, quæ tam serena, tam valida erat sub innocentia statu, vt secundum triplicia huiuscemodi officia, nihil huic legi esset impedimento, nihilque vel præter rationem vel contra rationem possit homini surrepere, sed dum homo ex liberi sui arbitrij ratione à Deo sese auertit ad inferiora, ad carnalia, ad semetipsum sese deflectens, iam iusto Dei iudicio destitutus est gratia originalis iustitiæ, qua perdita, caro secundum vires sensuales, suos cœpit habere impetus, stimulos, ac inclinationes, etiam contra, aut præter legem naturalem, atque ita iuxta Pauli doctrinam. Per vnum hominem Adam peccantem in vniuersa natura humana, secuta est lex in membris repugnans legi mentis, quæ sanè lex in membris non est aliud, quam propensa quædam inclinatio, procliuitas, seu promptitudo viuendi, secundum sensuum apprehensionem ac æstimationem, non expectato neque audito internæ rationis iudicio, secundum legem naturalem cœlitus impressam ad bona seu meliora suggerentem. Huiuscemodi autem viuendi procliuitas ab Apostolo Paulo vocatur quidè lex, ad Ro. 7. Video legem aliam in membris meis repugnantem legi mentis meæ, sed nõ ideo vocatur lex, quod secundum eam viuere oporteat. Siquidem secundum illam viuere, & secundum carnem viuere, quod est à lege naturali & diuina deuiare, & ab æterna vita in mortem ire, eodem Paulo dicente, Si secundum carnem vixeritis moriemini. Et alibi, Prudentia carnis, inimica Deo, legi enim Dei non est subiecta. Sed propterea lex appellatur, quia instar legis naturalis, inclinatio quædam est ad opus, iusto Dei iudicio consequens hominem dono iustitiæ seu innocentia originalis destitutum, naturaliter consequens sensuum carnalium apprehensionem ac æstimationem, sicuti in alijs bestijs natura est secundum carnales sensus viuere, nimirum non habetibus vim aliam superiorem, qua supra carnis commodum altiorem finem valeant cognoscere. Vnde lex hæc in membris non dicitur lex hominis, aut lex mentis seu rationis humanæ: sed dicitur lex carnis, lex in membris, lex sensualitatis, tanquam inclinatio quædam ad ea quæ carni & sensibus carnis conueniunt, quanquam in homine bonum rationis impediunt. Atque ita homo, cum in honore esset, constitutus est in deliciarum paradiso, vt solo Deo frueretur. Per peccatum autem comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, ab adolescentia sua pronus secundum carnales sensus viuere magis, quam secundum rationem. Hinc factum est, vt natura humana iam vitiata, secundum vim generatiuam, plus appetat coire, quam lex naturæ ad conseruationem speciei decernit. Secundum gustum quoque gustato fructu vetito, plus appetat comedere & bibere, quam lex naturæ dicat ad decentem conseruationem naturalis esse. Vnde venter dicitur exactor, Iob. 39.

Tria legis naturalis officia.

Lex natura sub innocentia statu pura, serena & fortis.

Rom. 5. b.

Quid lex in membris repugnans legi mentis, & quare vocatur lex.

Rom. 8. c. Rom. 8. b.

Psal. 48.

Homo cur iam plus appetat coire, comedere, quam exigit lex natura.

Clamorem

Clamorem exactoris tui non audias, atq; ita iam in coitu, in cibo item & in potu ad opus voluptatis trahit hominem frequentius, quàm naturæ conferuandæ necessitas, aut generandi voluntas. Secundum inclinationem insuper prauam animæ derelictam ex Adæ superbia, qua cupiuit sicut Deus esse, iam factus homo cordis elati, magis pronus est diligere creaturas carnalibus sensibus perceptibiles, quàm creatorem, magisq; seipsum, quàm proximum, & hinc natæ sunt iam rixæ, dissensiones, omneq; genus vitiorum. De quibus Paulus. Vnde bella & lites, inquit Iacobus, in vobis? nonne ex concupiscentijs, quæ militant in membris vestris?

Rom. 7.
Iaco. 4. a

An præter decem præcepta decalogi sint vlla alia naturalis legis præcepta.

Matt. 23.

Rom. 13. c

Amplius autem ad sciendum officia atq; præcepta naturalis legis, & ad plenè cognoscendum differentiam eius à lege humana, operæ pretium est considerare, vtrum præter decem præcepta legis decalogi, sint vlla alia præcepta moralia seu naturalis legis. Et videbitur forsitan, quòd non. Nam iuxta sententiam Christi, In duobus præceptis charitatis, hoc est, in dilectione Dei & proximi, vniuersa lex pendet & propheta: sed hæc duo præcepta secundum doctrinam Pauli Aposto. iunctis his, quæ multis in locis de dilectione Dei & proximi docet, explicantur per decem præcepta decalogi. Videntur igitur præter decem illa præcepta non esse alia vlla legis naturalis præcepta. Sed pro contraria sententia est scriptura, quæ præter decalogum explicat præcepta, de non mutuado sub, v'furis, Deute. 23. De honorandis senibus, Leuit. 19. De vitandis meretricibus, Deut. 23. De vitijs cõtra naturam, Leuit. 18. De actibus multis virtutum, vt liberalitatis, misericordiæ, sobrietatis, castitatis, fortitudinis, aliarumq; virtutum, & de vitandis vitijs cõtrarijs virtutibus, vtpote de auaritia, ebrietate, crapula, gula, superbia, & inuidia, vt patet ex diuersis scripturæ locis, sed hæc omnia sunt, aut de vitandis, aut fugiendis actibus quibusdam naturalis legis præcepta, quæ non explicantur in decalogo. Videtur igitur decalogus non explicare omnia naturalis legis præcepta.

Pro dissolutione huius ex superioribus considerare oportet, omnia præcepta diuina, iudicialia, ceremonialia, ex sola institutione vim habere: quemadmodum & humana præcepta. Nam antequam instituerentur, non decernebat naturalis ratio, sic & non aliter debere fieri. Præcepta verò naturalis legis, sunt indita rationali creaturæ, efficaciamq; habent ex naturali lumine rationis internæ, etiam si non statuantur vlla legis positione ac promulgatione. Hoc præmissis, sciendum est, quòd moralium præceptorum triplex est gradus. Nam inter ista quædã sunt communissima, adeoq; in lege naturæ, in lumine rationis internæ manifesta, vt nõ indigeant vnquam vllò magistro foris docente, aut erudiente, sicuti præceptũ, quo iubetur nulli homini esse male aut iniquè faciendum, veluti sunt mandata de dilectione Dei, & de dilectione proximi, quæ dilectiones sunt quasi omnium præceptorum fines, relucetes in illo communissimo principio, quod est æquum, rectum, ac iustum, prosequendum est: quod autem iniquum est & iniustum, fugiendum est. Quædam verò sunt specialia, quorum rationes, & si sint manifestæ omnibus, consideratione mentis ad illa vtcunque applicantibus: eas tamen rationes non mox quilibet popularis sic apprehendit ex internæ suæ mētis lumine, & ideo ista, quia editione quadã pro simplicioribus & rudioribus indigent, expressa sunt in decalogo, ne in rudioribus errent mentes circa huiusmodi, aut peruertatur iudicium rationis humanæ, habentis iam post Adæ peccatum legem carnis, assidue repugnantem legi mentis suæ. Alia verò naturalis legis præcepta sunt specialissima, quorum rationes non sic vt in pluribus sunt omnibus manifestæ, sed sapientibus diligenter attendentibus, & actuum circumstantias vehementer considerantibus. Hæc autē sunt præcepta decalogi superaddita populo Israel per Moysen & Aaron, per prophetas, per Christum, per Apostolos Dei populo expressa, & declarata tanquam conclusiones seu declarationes quædam ex decalogo communibusq;

Moralium præceptorum triplex est gradus.

munibusq; præceptis legis naturæ consequentes. In omnibus disciplinis tam speculatiuis, quàm practicis ac moralibus ea, quæ sunt manifestiora, sunt principia quædam ad cognoscendum ea quæ sunt minus manifesta. Sic ergo multa sunt moralia legisve naturalis præcepta in scripturis sacris expressa & decalogo superaddita, sufficienter tamen insinuata atq; intellecta seu intelligenda in ipsius decalogi præceptis. Vnde in primo præcepto vbi prohibetur alienorũ Deorum cultus, satis insinuatur prohiberi omnia, quæ in cultum idolorũ ordinantur. Atq; ita in illo præcepto satis intelliguntur prohibita, maleficia, superstitiones magiæ, colere sculptile, & ita naturalis legis præceptum est, quod ponitur Deuter. 18. Non inueniatur apud te qui lustret filium tuum aut filiam, ducens per ignem, nec sit maleficus atq; incantator, neq; phytones cõsulat, neq; diuinos. Sic & in secũdo præcepto, ne vanè iuremus, satis intelligitur prohibita esse blasphemia & falsa doctrina. In tertio præcepto, quod præcepit Sabbatũ sanctificare & ab operibus seruilibus quiescere, satis insinuatur præcepta, quibus præcipitur ne simus accidiosi, ne obliuiscamur Domini Dei nostri. Ad quod præceptum etiam reducuntur ea quibus iubemur delectari in Deo, & non frui ulla creatura. Et quia crapulis, & ebrietatibus maximè obliuiscimur Domini Dei nostri, Ideo in eodem præcepto præceptum intelligitur abstinere à crapulis & cõmestationibus. Vnde & hoc præceptum, etsi quantum ad temporis determinationem sit caremoniale, dicente scriptura: Vt sabbatum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos, est tamen morale quantum ad actum qui præcipitur scilicet interdum vacare his, quæ Dei sunt. Et secundum hanc rationem moralem manet iuris natura semper.

Declaratio quæ nullo modo omnia præcepta naturalis legis reducuntur ad præcepta decalogi.

Exod. 31.

In quarto præcepto, de honore parentum sufficienter insinuatur, quod dicitur Leuit. 19. Coram cano capite consurge & honora personam senis, & generaliter omnia præcepta quibus iubetur homo exhibere honorem, aut beneficentiam, seu elemosynam proximis. In quinto præcepto decalogi prohibente homicidiũ, intelliguntur prohibita violentiæ & læsiones corporis, ira, ipsumq; odium, secundum illud, Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Vnde Ioannes in canonica, cap. 3. Qui odit fratrem suum homicida est. In hoc præcepto etiam intelliguntur prohibita, scandalizare proximum, non pascere fame morientem, non defendere proximum ab iniuria occisoris, aut occisorem instigare. In sexto præcepto, quo prohibetur adulterium, intelliguntur prohibita vitia cõtra naturam, & omnis illorum membrorum abusus, fornicationes & meretricia, Deut. 23. Non erit meretrix de filiabus Israel, neq; fornicator de filiis Israel, & Leuit. 18. Cum masculo ne cõmisceris. Cum omni pecore nõ coibis. Qui coierit cum iumeto, morte moriatur. Prohibentur hic etiam oscula & tactus libidinosi. In septimo præcepto, Non furtum facies, intelliguntur prohibita vsuræ, rapinæ, fraudes, adiuuare furem in faciendo furtum, alienæ rei detentiones. In octauo præcepto quo prohibetur falsum testimonium, insinuatur prohibitum esse periurium contra proximum, & omne mendacium, & sic de alijs. Ex his potest esse manifestum omnia septem mortalia peccata, eorumq; species ac filias in decalogo prohiberi, quod in alijs declarabitur latius. Iam si dixeris non omnia præcepta, præcepta esse moralia, legisq; naturæ præcepta. Nam credere & colere vnum creatorem cœli & terræ est primum decalogi præceptum, quod tamen non secundum lumen rationis internæ, sed per lumen fidei cognoscitur. Neq; enim per se notum neq; scitum est Deum esse, nam opposito illius quod est ei per se notum, nullus potest assentire, multum autem credunt oppositum secundum illud Psalmi: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Respondeo, præceptum hoc cognoscitur intellectis terminis, & vltima siue per lumē rationis internæ, siue per lumē fidei existentia subiecti. Quisquis enim crediderit Deum esse creatorem cœli & terræ, omnium conferuatore & redemptorem

Leuit. 19.

Obiectio.

Psal. 113.
Solutio.

D

redemptorem

redemptorem, beatificumq; humanæ naturæ finem, is continuo per lumen rationis internæ iudicat Deum esse amandum atq; colendum. Neq; est putandum esse absurdum præcepta quædam legis naturæ, quæ habentur tanq; principia, præsupponere fidem, aut humanam, aut diuinâ de existentia rei quæ per subiectum significatur. Principiū naturalis legis est, homicidia aut falsa testimonia esse mala, non tamen inde sequitur, q; mihi sit notum vllum nunc homicidiū aut adulteriū existere in natura. Deinde & interdum in sciētijis demōstratiuis, & speculatiuis oportet addiscentē credere principia, quæ in superiori scientia sunt nota. Et ideo quāuis per se non sit notum in lumine rationis internæ in rerum natura aliquā talem esse causam quæ sit omniū rerum creator & beatificator. Non tamē inde sequitur non esse naturalis legis præceptū, Deum esse diligendum & colendum, & non esse Dei cultū ad alienos Deos transferendum. Ceterū & multa cōmunia sunt cognita per lumen rationis internæ, quibus relucentibus in cōmunibus animorū conceptionibus potest probari Deum esse, id est aliquid esse quod soli Deo competere potest. Videlicet, Omne quod mouetur ab alio mouetur, & non potest esse processus in infinitū, ex quibus alijs quibusdam naturaliter cognitis assumptis, naturales philosophi demōstrauerunt aliquid esse mouens immobile. Item in causis efficientibus secundū ordinē dependentibus ac operantibus non potest esse processus in infinitū. Necesse est igitur in vniuersitate entium aliquā causam efficientem esse primā, à qua ceteræ causæ efficientes depēdeant. Alia insuper multa sunt, quæ Deus intus loquitur, intusq; docet, nō per solum lumē fidei, sed & per lumen rationis internæ, ex quibus probari, & ostendi potest vnum esse Deum omnium gubernatorē, & conseruatorē, à quo pendeant omnia. Neq; refert ad præsens, siue tales probationes sint demōstrationes siue rationes solum verisimiles, sed sufficiat nunc scire humanū genus ignorātia & cæcitate esse vitiatū per Adæ peccatum, & ideo nunc homines per lumē rationis internæ tales rationes capere non posse sine labore & studio, & præsertim rudiores aut cōsuetudine praua corruptos, de quibus propheta. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus, & Apostolus Paulus, qui & propterea facti sunt inexcusabiles. Vnde priusq; præceptū vlli creaturæ rationali dandum est, oportet eidem rationali creaturæ aliquid esse præcognitū de legis conditore, vt intelligat aliquē talem esse, qui præcipiat, à quo & sibi illa præcepta imposta esse credat, quem & tanq; sublimiorē quandā potestatem habeat, alioqui & frustra quispiā præcepta illi intimaret, & quia per fidem vnius Dei omnipotentis innotescit nobis diuinæ potestatis sublimitas, ex qua cōpetit illi præcipiendi autoritas. Ideo fides quædam de Deo omniū Max. Opt. habēte potestatem super vniuersas creaturas, præsupponitur tanq; præambula in his, quibus præcepta sunt danda, qui sanè præcepta nulla acciperent, nisi illa ab aliqua sublimiori potestate profecta esse cognoscerēt. Nemo accipit aliquid tanq; legē aut præceptū nisi credat illud à superiore esse profectum, & ideo si lex aliqua præcipiat aliquid credere, oportet eum, qui hoc velut præceptū accipit, credere esse præceptorem hoc præcipientem. Proinde & in veteri lege Deus legem dedit populo habentiam cœlitus inspiratam vnius Dei fidem, ad quam prodigijs quoq; & miraculis populum electum excitauit priusquam præcepta daret, vnde & rectē, inquit diuus Thomas Aquinas, in veteri lege non fuisse præceptum datum de fide vnius Dei. Populo autem vnius Dei fidem iam habenti, consequenter dantur præcepta, quæ populus tenetur facere siue credendo particularia credibilia, quæ reuelat, siue operando quæ iubet, vnde primum præceptum non est vt credamus Deum esse, sed vt vnum Deum, & non alienos Deos colamus. Amplius ad intelligendum vires legum, ac rationes in fines ipsarum, sciendum quod de duobus est legislatoris intentio. De vno quidem tanquam de actu, qui præcipitur, vel

Deum esse an
sit notū per se.

Psal. 11.
Rom. 11.

Præcepta non
dantur nisi à
superiori, & ut
eiusq; cognitio
à suo subditū.

Tho. 22. quæst.
16.

Legislatori in-
tento circa duo
est intentio.

A prohibetur, qui sub præcepto vel prohibitione ponitur tanquam id quod faciendum est aut vitandum. De altero quidem est eiusdem legislatoris intentio, tanquam de eo ad quod intendit per actus illos quos præcepit homines inducere, & hoc est finis legis seu præcepti, neque enim rationabilis esset legislatoris intentio, velle quenquam ad aliquid faciendum esse obligatum, si non rationabilis esset finis sic præcipiendi, atq; ita non idem est finis præcepti, & id de quo præceptum datur. Quemadmodum in medicina. Aliud est præceptum, quo medico præcipitur, vt tale vel tale poculum præparet sic vel sic ægrotanti. Aliud sanitas, quæ est finis illorum præceptorum medicinæ. Neq; enim medico præceptum est, vt sanet, sed vt præcepta regulasque artis medicinæ, quæ sunt ad sanandum necessaria seu ordinata non omittat. Id tamen quod est finis vnius præcepti, si sit actus aliquis voluntatis, potest in obligationem sub præcepto altero cadere, quemadmodum de charitate mox dicemus. Sic in moralibus. Alia sunt opera, quæ præcipiuntur, Alius est finis propter quem præcipiuntur. Finis legis seu præceptorum legis, quem legislator intendit, est vt hi, quibus lex imponitur, boni fiant, iuste & rectē viuant. Bonitas autem, quemadmodum ex supradictis patet, gemina est, Vna bonitas naturalis esse, veluti vtilitas proximorum, pax item & tranquillitas ciuium in hac vita inter sese conuiuentium, secundum ciuilem quandam iustitiam diuinæ legi non contrariam, quin potius ordinabilem ad ipsam. Alia vero est bonitas supernaturalis esse, vt potē supernaturalis beatitudinis in regno Dei. Pax insuper & tranquillitas Reipublicæ, quæ fide & Euangelicis legibus sociata est ad perueniendum in finem illum, & hæc est intentio legis diuinæ. Hinc præceptorum opera in scripturis sacris, & apud ecclesiasticos patres bifariam dicuntur bona: Vno modo per exclusionem culpæ. Alio modo per positionem dignitatis seu meriti æternæ vitæ. Gentilis aut Christianus, qui extra charitatem ex naturali pietate honorat parentes, aut pascit esurientem fame morientem, implet præceptum legis naturæ, facitque opus bonum bonitate accepta, non secundo, sed primo modo. Ad hæc planius intelligenda, conuenit considerare, quoniam pacto charitas est finis præcepti. Sciendum est charitatem hanc esse, qua sumus filij Dei, confortes diuinæ naturæ, de qua Ioannes loquitur: Videte qualem charitatem Deus ostendit nobis, vt filij Dei nominemur, & simus, loquens de charitate, qua ipse nos diligit, diffundens in nobis adhuc inimicis charitatem per spiritum sanctum, qua ex inimicis, amici ipsius efficiamur. Hæc autem charitas in nobis est de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Non potest esse cordis puritas, vbi dominatur concupiscentia, aut vana huius mundi cupiditas. Non potest esse conscientia bona, vbi deest fiducia spei orientis ex conscientia boni animi bene sibi conscij. Charitas enim bene operantis, spem dat bonæ conscientie. Non potest esse fides non ficta, quæ non est à Deo inspirata, sed quam sibi cōtingit humana præsumptio, veluti dum animus credens aliquid futurum, quod non videt, fingit sibi aliquid futurum, quod non est, aut credat, vel speret, diligatque quod falsum est. Vnde quod in vno loco dicit Apostolus: Charitas est finis præcepti, hoc in alio loco dicit: Finis legis Christus est, finis, inquam, non corruptionis aut consumptionis, qua scilicet Christus abeat, euacuetur, aut esse desinat, sed consummationis seu perfectionis, qua Christus ipse in nobis maneat, corda nostra possideat. Apostolus cum dicit: Charitas est finis præcepti, accipit præceptum pro tota lege Moyfi, de hac enim loquitur, vt patet ex coherentia sententiarum. Sciendum est igitur, quod lex Moyfi triplicia continet præcepta, quædam perpetua, quæ continet legis decalogus. Alia iudicialia, de iustitia populo administranda in iudicijs, de criminibus, & transgressoribus legis diuinæ puniendis. Postremum cęremonialia sacramenta, & secundum singulas

Finis legis quæ
sit.

Opera bona de
pluribus dicuntur

Charitas finis
præcepti.

1. Ioan. 3

1. Tim. 1. 6

Quid sit de cor-
de puro, consci-
entia bona, &
fide non ficta.

1. Tim. 1. 6

Rom. 10. 4
Finis legis Chri-
stus & chari-
tas.

partes, finis legis est charitas seu Christus. Nam & lex secundum ea præcepta quæ decalogus continet non impletur, si non ipse operans legis opus in charitatē ordinet. Siquidem decalogi opera, neque perfectā, recta aut iusta sunt, si non charitatem habeant, finem in quem referantur. Deinde lex secundum eam partem, quæ circa scelerum vindictas versatur, medicinalis est, ut sanatis morbis contumaciæ atque superbiæ homines peccare desistant. Postremum lex secundum cæremonialia sacramenta Christum nobis insinuat, ad Christum nos mittit. Verum ne ex scriptura qua dicitur charitas esse finis præcepti, quispiam fallatur, & credat charitatem fieri & generari ex obseruantia præceptorum, tanquam ex merito, quò perueniamus ad charitatem. Sciendum est, quòd is qui non diligit, mandata Dei non seruat. Si quis, inquit Christus, non diligit me, sermones meos non seruat. Proinde non custodia mandatorum dilectionem facit, sed econtrario, dilectio facit custodire mandata. Vnde August. tractans verbum Christi dicentis: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Querit an dilectio faciat seruare præcepta, an potius econtrario, præcepta seruata faciant dilectionem. Respondet: Nemo ambigit quòd dilectio præcedit in vnoquoque obseruationem mandatorum. Nam vnde præcepta seruet, non habet is, qui non diligit. Quod ergo ait: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, ostendit non vnde dilectio generetur, sed vnde monstratur. Neque enim ait: Si præcepta mea seruaueritis, dilectionem meam dabo vobis, sed manebitis, inquit, in dilectione mea, tanquam dicat: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, id est, in gratia mea, qua ego dilexi vos, eligens vos de mundo, ut fructum afferatis, sed nolite putare vos manere in hac dilectione mea, si non seruaueritis præcepta mea. Non ergo, ut Christus nos diligat prius seruamus præcepta ipsius, sed nisi prior ipse nos diligat, largiens gratiam, præcepta illius seruare non possumus. Seruare, inquam, sic ut ingrediamur vitam æternam, sic ut Pelagiani putabant nos per vim liberi arbitrii posse esse sine peccato, sicque seruare illa, ut bene viuamus. Hoc enim falsum est, quia nec bene viuere dicendi sunt, quia vitam bene viuendi Christum, & finem bene viuendi vel cæcitate nesciunt, vel in flatatione quadam contemnunt. Multi sunt extra ecclesiam, etiam pagani, qui secundum quandam huius vitæ consuetudinem dicuntur boni homines, boni viri, bonæ scemina, inuocantes, & quasi obseruantes ea, quæ in lege præcepta sunt, deferentes honorem parentibus suis, non mœchantes, non homicidium, non furtum, non falsum testimonium perpetrantes, qui & pascunt esurientem, vestiunt nudum, suscipiunt hospitem, visitant ægroto, consolantur inclusum. Hæc omnia facientes in cæcitate, & in tenebris manent, putantes sese non indigere Christo medico, qui solus est via, veritas, & vita. Hic iam si dixeris, Charitas si sit principium, causaque efficiens, ex qua prodit mandatorum custodia, non poterit igitur charitas esse finis custodiæ mandatorum, siquidem causa finali tempore prior est efficiens causa, quæ propter causam finalem acquirendam, prodit in opus, ut patet in eo, qui ambulat propter sanitatem, & in ægroto, qui propter sanitatem medicinam accipit. Præterea charitas est id, quod præceptum est, seu id quod sub præcepto cadit. Non potest igitur ipsa charitas esse finis, propter quem præceptum est datum seu impositum. Præterea si charitas sit id, quod præcipitur, quis ergo erit finis præcepti illius, quo præcipitur ipsa charitas? Respondeo argumentum nihil concludere. Nam causa finalis & efficiens coincidunt. Manifestum est Deum esse principium & finem omnium bonorum operum nostrorum, neque vllum esse meritum bonum, quod non sit Dei donum, & in Deum, ut in finem ordinatum. Ad probationem autem argumenti dicitur quod duplex est finis, Nam quidam est, quæ efficiens causa operando intendit producere, veluti sanitas, propter quam

Ioan. 14. c
Non mandatorum
custodia chari-
tatem generat,
sed econtrario
potius.

Aug. 11. super
Ioan. cap. 15.
tract. 82.

Quomodo ex-
tra charitatē
quis implet præ-
ceptum.

Obiectiones tres

Solutiones.

Duplex finis.

A producendam medicus medicinam præparat, & talis finis est secundum tempus posterior causa efficiente. Alius est finis, non quem causa efficiens operando intendit producere, sed quem intendit alteri communicare, hoc modo idem est causa finalis & efficiens eiusdem actus, & sic Deus operatur nobiscum opera bona propter semetipsum, ut videlicet comunicet nobis semetipsum, & largiatur nobis suam immutabilem ac sempiternam bonitatem. Atque ita Deus simul est autor bonorum operum, & eorum bonorum operum finis. Ad secundum dicimus, aliud esse præceptum quo præcipitur charitas, aliud præceptum cuius charitas finis est. Præcipitur charitatis actus, cum dicitur: Diliges dominum Deum tuum. Hæc autem ipsa charitas est finis cæterorum præceptorum legis, cuiuscumque sunt, vnum Deum colere, neque iurare vanè per ipsum, neque adorare idola, &c. Item ratio prohibitionis concupiscentiæ, non solummodo est, ne perueniatur ad opus adulterij, aut ebrietatis, aut rei concupitæ, sed est, quia concupiscentia ipsa contraria est charitati anime eius cui inest, & aufert vltimam perfectionem eius. Cupiditas enim est venenum charitatis, atque ita præceptorum secundæ tabule, quæ sunt ad proximum, finis non sola temporalis proximorum utilitas, sed & nostra utilitas, ut vel charitatē non extinguamus, neque longè ab ea discedat noster animus. Itæ finem primi præcepti quo prohibetur idololatria, & præcipitur cultus vnius Dei, esse charitatē, de se manifestum est, & similiter finem 2. præcepti, quo præcipitur ne assumamus nomē Dei in vanum. Item finem 3. præcepti esse charitatē patet, dum in omnibus operibus laboramus spe future quietis, ut habeamus sabbatum in Deo sempiternum. Sic & in præceptis cæteris, quibus dicitur: Non mœchaberis, &c. finis est charitas seu dilectio Dei, ut moderatis & suppressis concupiscentijs, quibus rationalis animus ab his quæ Dei sunt auersus, carnalibus voluptatibus est immerfus Deus diligatur. Item finem fidei esse charitatem patet, quia monstrat finem, quem diligimus, finem item spei esse charitatem patet, quia erigit animum, ut contra impedimenta tendamus in illum. Ad vltimum argumentum dicimus, quòd finis præcepti quo præcipitur charitatis actus, est ipse Deus, in quo per charitatem mens quiescit, ut in summo suo beatifico bono. Vnde duplex est finis. Vnus, quo quiescimus in Deo, Alter, in quo quiescimus, qui est ipse Deus. Deus autem cum non sit nostræ voluntatis opus, non præcipitur nobis, neque enim datur præceptum vllum nisi ad opus aliquod voluntariè faciendum, aut omittendum. Præceptum quidem est nobis manere in charitate, quæ Deus est. Nam sic manere opus est hominis, non solius autem, sed cœlitus adiuti. Vnde non multum refert, siue in verbo Apostoli dixeris charitatē accipi pro charitate creata, siue pro charitate increata, quia vtraque finis est, nec tamen duo fines, sed vnus vltimus videlicet charitas ipsa increata. Neque hæc confingimus ex cerebro nostro. Nam de increata charitate loquitur Ioannes: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo. De charitate autem creata, quæ virtus est, iuxta Paulum Apostolum, diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, idem Paulus alibi dicit: Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc, vbi Apostolus agit de creatis charismatum donis, quæ admodum autem illic neque fides est Deus, neque spes, ita neque charitas illic accepta Deus est. Supradictis forsitan videbitur obstare. Charitas est Dei donum non omnibus datum, non est igitur actus in potestate humanæ voluntatis. Atque ita consequi videtur charitatem, seu motum charitatis non posse vlla lege præcipi. Respondeo negans consequentiam, Nam actus charitatis, est actus bonus & optimus, & ideo sub præcepto positus est, & in potestate voluntatis humanæ, quia ipsa voluntas quamuis non possit sibi charitatem infundere, utique tamen ipsa nondum charitatem habens potest per initia quædam fidei aut alias cœlitus suasa seu vocata, & inuitata sese disponere ad accipiendam charitatem. Quemadmodum Sa-

Matth. 22. d

Ratio prohibet
omni concupiscentiæ,
quæ sit.

Duplex chari-
tas, creata &
increata.

1. Ioan. 4. d

Rom. 5. a

1. Cor. 13. d

Obiectio, quæ
infertur, actus
charitatis non
esse in præcepto

Sapient. 8.

piens, vt sciuit quòd nemo posset continens esse, nisi Deus daret, adiit Domi- A num, & deprecatus est illum, vt acciperet donum continentie, quod nondum haberet. Rursus ipsa voluntas iam charitatem habens, potest vti & nõ vti illa accepta, atque perdere illam. Quamobrem hortatur Apostolus: Qui stat videat ne cadat. Deinde & hoc sciendum, quòd aliud est donum Dei, quod est virtus, aliud verò donum Dei, quod est virtutis opus, vt habet Augustinus super illo psalmo, Fecit iudicium & iustitiam, Virtutem Deus, inquit, operatur in nobis sine nobis, opus autem virtutis nobis cooperantibus operatur. Ideo nõ vt ipsas virtutes operemur præcepit nobis Deus, sed vt operemur, vel opera ex virtutibus acceptis, vel opera ad virtutem aliquam assequendam ordinata. Hic ergo si obieceris: Charitas ipsa non præcipitur in singulis decalogi præceptis, alioqui Paganus ex naturali lege parentes honorans esset transgressor præcepti de honorandis parentibus, Non potest igitur charitas esse singulorum præceptorum finis. Respondeo, ex supra- B dictis non valere consequentiam. Nam charitas quàmuis non præcipiatur in singulis decalogi præceptis, est tamen singulorum præceptorum finis, cuius actus est etiam sub præcepto speciali, quo dicitur: Diliges Dominum Deum tuum, &c. verùm hoc est præceptum affirmatiuum obligans ad dilectionis actum, quem nõ oportet semper permanere in anima, sicuti neque semper actu oportet nos honorare parentes aut pascere esurientes, & ideo si occurrat tempus quo voluntas tenetur subuenire parentibus & esurientibus, & non simul occurrat tempus quo tenetur actu diligere Deum, non peccat parentes honorans ex indita naturalis legis inclinatione etiam etsi non operetur ex charitate quam non habet. Si verò tempus occurrit in quo tenetur parentibus subuenire, & simul Deum diligere, tum tenetur ex charitate parètes diligere, non vi præcepti de honorandis parentibus, sed ex vi illius mandati maximi: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. ad quod mandatum adimplendum, vt inquit Augustinus, requiritur vt omnia sua in Deum conferat, à quo habet ea quæ confert. Neque istud est contra sententiam Augustini in libris contra Iulianum & Pelagianum, dicentis: Abs- C que fide nullum esse opus bonum. Nam Augustinus, vt iam paruit, loquitur de operibus bonis secundum talem bonitatem qua iuste & sine peccato viuunt contra Pelagianos, qui docebant homines absque fide per solum lumen rationis posse ita viuere, vt nullum habeant peccatum, & vitam quandam æternam habeant extra regnum cœlorum, etiam non baptizati, quod est hæresis damnata. Nam à peccato siue originali, siue actuali nemo liberatur absque fide, aut fidei sacramento. Et hoc in doctrina Augustini diligenter considerandum est, quia fallit multos, doctrinam illius non intelligentes, sed de hoc latius in libro de natura & gratia, vbi declarabitur quomodo accipiendum sit: Omne quod non est ex fide peccatum esse. Hactenus satis declarauimus dilectionem Dei esse totius legis, omniumque externorum operum ac sacrificiorum, & orationum, ac iuniorum finem, quod non solum Christianis ex scripturis euangelicis est notum, verùm & Hebræis sapientioribus id ex scripturis veteris legis planè demonstrantibus, quemadmodum patet ex sententijs Rabbi Moyfi Egyptij superioris allegati. Vnde in volumine quod interpretatur, Dux dubiorum, libro tertio, capite. 52. planè docet, quòd externa seruitiorum opera, vt oratio, lectio legis, sacrificia & oblationes, & ea quæ fiebant circa domum Dei, ritusque solennitatum ac festorum, aliorumque præceptorum executiones, habent finem suum, vt populus exercent se in præceptis creatoris, & elongetur à secularibus negotijs, & sit occupatio, cogitatioque mentis eius circa ipsum Deum, & non circa aliud. Si quispiam verò labiorum motu orauerit, & tamen cogitet de meretricibus suis, vel si legis verba legerit, cogitatio autem cordis sui est in aedificati- D one

1. Corin. 10. c. Aliud virtus, aliud virtutis opus.

Verum charitas que est finis omnium præceptis percipitur in singulis decalogi præceptis.

Aug. 1. lib. de doctr. Christ. cap. 29.

Dilectione Dei esse finem omnium præceptorum, cognoscunt etiam Hebræi sapientiores.

A^Tone domus suæ, non intelligens quid legat, vel si aliud quoduis præceptum impleat membris suis, sicut qui fodit aut scindit ligna in mœrore, non intelligens operis rationem quare fiat, non est affectus finem legis, sed similis est illis, de quibus dictum est: Prope est Dominus in ore, cor autem eorum longè est à me, addens, Scito, inquit, quòd in tempore orationis exercere te debes, vt mens tua sit vacua ab omni re alia. Multa sunt horarum spatia, in quibus cogites de alijs omnibus, quæ necessaria sunt tibi in cibo & potu, & in familia, & in negotijs externis. In hora verò seruitij creatoris, & executionis præceptorum eius, cogitationes non declinent ad alia, nisi ad illa quæ facis. Vnde & iustus apud Deum perfectus est toto intellectu inspector & contemplator creatoris sui, licet etiam loquatur cum hominibus, & laboret in his quæ necessaria sunt corpori, quemadmodum ait David: Prouidebam Dominum in conspectu tuo semper, & ille perfectionis gradus fuit Moyfi magistri nostri, sed non oportet, quòd omnium B fuerit prophetarum. Finis ergo omnium præceptorum est, vt mens tua sit munda, vt diligas dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, & totis viribus tuis. Hactenus Rabbi Moyfi sententiæ, longè dissidentes à sententijs & nanijs Iudæorum neotericorum, & à vita carnalium Iudæorum, quos passim in euangelio coarguit Christus, tanquam non affectos intentionem legis, quin potius contra legis intentionem, confidentes in orationibus & munditijs, & sacrificijs externis, longè à Deo semotis cordibus. Contra quos & passim ait Apostolus Paulus. Hæc in libris Rabbi Moyfi fidei nostræ consona. Quamobrem Iudæi in Gallia, Hispania, Germania, & Italia, feruntur in vnum conspirasse, vt traderent libros illos tres incendio, quòd viderentur nimium fauere Christianorum fidei, sed quod commenti erant, perficere non potuerunt. Habebatur namque liber per totum fermè orbem in multa exemplaria propagatus.


Sed hic ne fallaris ex huius Iudæi sententijs scire oportet, quòd purgatio mentis, dilectioque illa, quam ipsi, ceterique Iudæorum sapientes putant esse finem legis, nolentes credere in Dominum nostrum Iesum, totius legis finem & con- C summationem, nequaquam potest perducere illos ad illam dilectionem quæ est charitas, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, de qua loquutus est Apostolus, sicuti & in superiori libro, De captiuitate & redemptione generis humani, satis est demonstratum.

Attentio & intentio in Deum inter orandum requisita.

Psalm. 123.

Dilectio Dei quam Iudæi putant esse finem præceptorum absque fide in Christum non potest perducere Iudæum in vitam æternam. 1. Timoth. 2.

Caput octauum tractat de legibus humanis, quonam pacto deriuentur ex ratione seu æquitate quadam naturali, & qua ratione sunt iustæ aut iniustæ.



D Peræpretium est iam considerare quonam modo lex humana ad hoc vt sit iusta seruire debet rationi seu æquitati naturali. Hoc autem vt planius intelligamus, aliquot subiiciemus sententias. Quàmuis lex humana non habeat vim in foro con- D scientiæ quempiam obligandi, nisi ex ratione quadam æquitatis, naturalis tamen illa ratio sola non sufficit præceptum seu legem obligantem facere, sed oportet accedere humanam voluntatem superioris ex ratione illa legem seu præceptum dantis. Vnde ratio illa æquitatis naturalis extitit priusquam lex instituta fuit, & plerumque etiã manet lege abolita atque abrogata. Aliud est igitur lex humana, aliud legis ratio faciens vt legislator in illam spectans possit legem condere. Vnde si ratio æquitatis naturalis tanta esset vt absque imperio hominis obligationem ad opus aliquod faciendum adduceret, iam non ex sola humana lege, sed ex naturali iure opus illud præceptum esset. Et ex hoc iam considerato facile est intelligere inter legem purè humanam & legem naturalem discrimen esse.

Prima sententia.

Secunda sententia.

Prouerb. 8.

August. lib. 1. de lib. arb. cap. 6.

Secularis legis officium.

Legis canonice officium.

Exod. 18.

Lex iusta humana ab æterna lege deriuatur. Probatur per illud Salomonis, **A** Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me principes imperant & potestates decernunt iustitiam, per me, hoc est me docente sapientiam & prudentiam, & dante cor docile ad discernendum inter bonum & malum, & faciendum iudicium supra populum. Nullum est dictamen internæ rationis solidum, nisi in prima veritate, lege, ac luce utcunque stabiliatur, atque ita origo positui iuris est à naturali vel diuino iure accedente auctoritate humana præsidis legem positiuam secundum æquitatem quandam naturalem statuentis. Vnde Augustinus, In istis temporalibus, inquit, legibus nihil est iustum, nisi quod ab æterna lege homines sibi deriuauerint. Ex superiori sententia considerata liquidum est legem humanam eatenus ex lege diuina aut naturali deriuari, quatenus habet rationem seu causam aliquam rationabilem aut moralem aut diuinam non simpliciter singulas personas obligantem, sed vt in pluribus congruentem atq; necessariam toti reipublicæ sic vel sic disposita, & id quidem vel ad lucrum, **B** & ad augmentum bonæ dispositionis reipublicæ vel ad obuiandum pluribus aut grauioribus malis, quæ alioqui, semota lege, reipub. verisimiliter contingerent.

Discrimen autem est inter legem positiuam sæcularis potestatis & legem potestatis ecclesiasticæ. Nempe lex sæcularis potestatis dirigit populum in his quæ ad pacem & tranquillitatem huius vitæ pertinent, ad pacificam ciuium inter se viuentium societatem. Et ideo sæcularis potestatis est ordinare iudices in ciuitatibus, ciuilibus & criminaliter punire delinquentes ac reipublicæ turbatores, legibus & consuetudinibus iam statutis atque receptis vt, constituere, item & seruare mensuras statutas, nummismata, & pondera, quibus & fraudibus obuietur, & iusticia seruetur in contractibus, in commutationibus, in successione bonorum defuncti, hæc & id genus alia ciuilibus legibus expressa & determinata sunt sæcularis potestatis officia. Lex autem canonica, quæ est potestatis ecclesiasticæ, dirigit populum in his quæ ad Dei cultum pertinent in his quæ **C** sunt ad iustè ac ritè dispensandum officia & beneficia ecclesiastica, & sacramenta, ad verbum Dei populo seminandum, ad retinendum & remittendum peccata, ad ligandum & soluendum per clauas ecclesiæ datas, & ad id genus alia multa, quæ sunt ad cultum & custodiam fidei Christianæ aut charitatis. Vnde & hoc geminum officium iam olim in Exodo habemus expressum, vbi Moyses arguitur à Ietro suo cognato, quod solus sine ministris coassumptis conatus sit populum secundum vtrumque gubernandi modum dirigere. Stulto, inquit ad eum Ietro, labore confumeris. Ultra vires tuas est negotium. Provide ergo viros timentes Deum, & qui oderint auaritiam, & illos constitue super populum tribunos, centuriones, quinquagenarios, & decanos, qui populum iudicent, quicquid verò magis fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantum iudicent. Tu verò esto populo in his quæ ad Deum sunt, ostendasque eis cæremonias & ritum colendi Deum, & viam per quam ingredi debeant. Cæterum & hic sciendum, quod etsi apud diuersas nationes gentium diuersæ sunt sæcularium potestatum leges, cõsuetudines, ac constitutiones, omnes tamen in eundem tendunt finem proximum, videlicet ad pacem quandam ciuilem reipublicæ huius vitæ, ad promouendos hominum mores in bonum, & ad coercendos malos. Proinde omnis huiuscemodi legum diuersitas potest esse rationalis secundum regulas quasdam naturalis æquitatis, si veram Christi religionem non impediunt, neque promoueant idololatriæ cultum, aut alias superstitiosas sectas, neque mores foueant prauos, contrarios Christianæ iusticiæ. Proinde & homines verè Christiani, in quamcunque ciuitatem terreni imperij sese transferre contigerit, legibus ciuitatis illius, & regni, pro concordia & pace ciuium, secundum morales quasdam

A dam prudentiæ regulas æditis, obtemperare non dubitant, quemadmodum & ipse Paulus docuit Christianos ecclesiæ primitiæ inter ethnicos dispersos, oportere obedire principibus & regibus etiam ethnicis ac dyfcolis. Sine pace & concordia, nulla potest subsistere respublica, videlicet, neque familia domus, neque ciuitas hominum, neque regnum, neque imperium. Vnde & pax quædam est domestica, est & pax ciuitatis, & pax totius regni. Verum omnis domus, quia debet esse pars ciuitatis, & omnis pars ad custodiam sui totius est referenda, consequens est pacem domesticam ad concordiam totius ciuitatis esse ordinandam, atque ita fit, vt ex legibus ciuitatis oporteat patremfamilias sumere præcepta, quibus domum suam sic regat, vt sit accommodata paci ciuitatis, sic & pax ciuitatis ordinanda est, vt sit accommodata paci totius regni. Sed ciuitates hominum, qui non ex fide viuunt, pacem terrenam huius temporalis vitæ sectantur, vt sit eis cohabitans de rebus ad mortalem hanc vitam pertinentibus quædam voluntatis concordia. **B** Domus verò & ciuitates hominum ex fide viuuntium, etiam pace ista temporali vtuntur, donec ista mortalitas vitæ, cui talis pax est necessaria, transeat in pacem æternam. Atque ita Christiani patresfamilias, Christiani item magistratus & reges, etiam omnibus in familia aut in ditione sua, tanquam filijs ad colendum & promerendum Deum consulunt, desiderantes venire ad cœlestem domum, seu ciuitatem, in qua amplius necessaria non erunt huiuscemodi leges hominum, officiaque imperandi. Vide de his August. 19. de ciuitate Dei, capite. 21. & sequentibus. Omnis ergo lex humana debet esse rationalis, ac reipublicæ utilis. Quod si præceptum fuerit sine ratione neque attulerit aliquam vtilitatem, neque remouerit damnum, plus mali afferens quàm boni, iniquum est. Sed hic ne quis ad sola querundam hominum singulæ quædam damna spectas, putet legem aliquam hinc esse damnosam, quod multis sit peccandi occasio, consideranda est hæc sententia tertia. Rationalis legislatoris legem dantis est considerare commune reipub. bonum & non spectare **C** ad illud, quod raro aut in paucioribus, aut per accidens fit, Neque ad damnum quod eueniet alicui aut paucioribus ex tali lege aut regimine tali. Et ideo si legis intentio non perficiatur in quolibet singulorum, non idcirco mutanda est lex, Nam iura constituuntur in his quæ frequenter accidunt, non in his quæ raro aut in vno aut altero casu forte accidere possunt. Neque leges item sic scribi possunt, vt omnes casus qui quandoque acciderint comprehendantur, sed sufficit ea quæ plerunque accidunt contineri, & ideo cum in aliquo casu sententia legis manifestata est, is qui iurisdictioni præest ad similia debet procedere, considerata legis ratione & vtilitate secundum ipsius legislatoris voluntatem. Suntque in casibus plerisque leges benignius interpretandæ quàm sonant earum verba, quemadmodum docet Imperator. Nulla, inquit, iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra commodum eorundem hominum producamus ad seueritatem. In fraudem legis facit, qui saluis verbis legis sententiam legis circumuenit. Vnde opera sola lege humana, aut præcepta, aut prohibita, non sunt secundum se bona aut mala, sed in medio constituta, sic bona & vtilia, vt interdum etiam propter locum, tempus, & personam sunt mala, & ideo lex humana nõ sic potest vniuersaliter accipi, quin interdum liceat contra tenorem verborum legis facere ad conseruandum fortiorem quandam æquitatē naturalem emergentem. Opera verò lege naturali iusta, aut prohibita secundum se sunt bona, aut mala, vt diligere Deum, odisse Deum, mētiri, falsum testimonium dicere, adulterari, blasphemare Deum, & ideo lex naturalis & diuina vniuersaliter super hæc opera fertur, nõ sic lex purè humana super vllum genus operū vniuersaliter lata est, & ideo lex humana

Ro. 13. a
Christiani inter ethnicos cõmorantes seruari debent positas leges regum ethnicorum.

Christiani reges pace ista temporali utuntur ad perueniendum in pacem æternam.

Lex iniqua est, quæ plus mali quàm boni affert.

Tertia sententia

Lex humana non ad partem ariam quorundam hominū damna sed ad cõmune bonum spectat.

ff. de legibus & senatuscõ.

humana non potest esse omnino immutabilis. Neq; tamē legislator debet legem A suam positivam mutare secundum diversitatem variationis singulorū hominum & temporū sicuti peritus medicus, qui medicinā preparat ac variat provt opus est vnicuiq; singulari secundum dispositionem complexionis ipsius in statu quem habet. Sed necessarium est vt regimen legis cōmunis sit definitum commune bonum totius gentis licet sit quibusdam conueniens, quibusdam verò nequaquam. Proinde oportet rectores & legislatores esse sapientes atq; prudentes, & tales esse qui tantum illuminationis sint affecuti quantum sufficit non solum ad regendum seipso solos, sed quantum sufficit ad dirigendum & regendum alios, vt confiderent, quid in condenda lege, aut in dando præcepto liceat, deceat, & expediat vtilitati aut directioni eorum, quibus lex, aut præceptum imponitur, ne incidant in damnationem quam comminatur Esaias, Væ qui cōdunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longè venientes, ad cuius fugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam vestram.

Aliud est legem aliquam humanam esse iniustam aut iniquam, aliud est eam esse inutilem. Lex iniusta seu iniqua, sicut iam mox dicemus, contrariatur bono humano, aut diuino. Inutilis verò est quæ non sic contrariatur bono humano, sed tamen nullam adfert vtilitatem communis boni. Verum hic ne mox pro arbitrio nostro rejiciamus omnem legem quæ nobis videtur non continere vtilitatem aliquam. Sciendum est multa esse præcepta statutaque humana purè positiua, quorum vtilitates & rationes non mox omnibus sunt manifestæ, sed non ideò mox putandum est constitutiones illas non diriuari à lege æterna, aut non fundari in naturali quadam æquitate. Quemadmodum in veteri lege multa erant præcepta purè positiua, habentia præter rationem figuralem in Christum, etiam rationem quandam moralem naturalis cuiusdam occultæ æquitatis. Verbi gratia, præcepta de occisione, & immolatione ouium, vaccarum seu vitulorum, & hircorum, de non induenda veste contexta ex lana & lino, de non arando in boue & asino, de non miscēda carne cum lacte, & de nō edendo sanguine, & id genus alia multa nullam videntur habere vtilitatem, neq; ad mores bonos, vt populus bene se habeat inter sese, neq; ad Deum creatorem suum. Verum si consideres conditionem loci, temporis, & reipublicæ Iudæorum, patebunt in huiuscemodi præceptis etiam rationes quædam & causæ æquitatis moralis. Nam rationi, & æquitati naturali congruebat, quòd Deus pius legislator, volens populum Hebræum auertere à ritibus & superstitionibus gentium colentium idola, daret populo illi præcepta multa contraria præceptis gentium idololatrarum, inter quas erant educati, ne, vt scriptura inquit, ambularent in ritibus gentium, & ne putarent in naturis ipsorum animalium aut in contextu vestium aliquid esse numinis boni aut mali. Ideò dedit eis Deus præcepta contraria præceptis gentium ordinatis ad culturam idolorum. Vnde seruitores idolorum solent incedere veste contexta ex lana, & lino, solent item mulieres vti veste virili armisq; virilibus quemadmodum inuenitur, vt inquit rabbi Moyse, scriptum in libris eorum. Et ideò ne populus Dei videretur imitari ritus gentium, datum, inquit, est hoc præceptum. Est etiam præcepti secūdi alia ratio, quoniam mulierem induere vestem virilem suscitatur concupiscentiam, & inducit genera fornicationum. Vnde propter rationes similes potest talis vsus vestium prohiberi mulieribus etiam per Christianorum leges. Multa seruat in hodiernum diem ecclesia quæ olim in veteri lege erant cæremonialia aut iudicialia præcepta, veluti ritus thurificationum, præceptū de non celebrando pascha ante lunam decimā quartā, præceptū item de soluenda

Rectores reip.
co- legislatores
quales esse debeant.

Esa. 10. c

Quarta sententia.

Multa præcepta cæremonialia præter figuralem sensum etiā morale cōtinebant.

A soluenda quota decimarum ministris ecclesiæ, quod erat cæremoniale, hodie ligat non ex diuino, sed ex humano iure, nonnulla quoq; iudicialia veteris legis præcepta sunt per ecclesiæ Christianæ rectores ac principes denuò instituta, veluti præcepta de interficiendis maleficis, & sodomitis, & de homicidio, quæ nunc sunt non diuina præcepta, sed positiua, adeò, vt principi plerumque liceat talem criminofum etiam non occidere, sed punire alia pœna citra mortem, quod non liceret, si esset diuini iuris omnem talem criminofum occidere. Item gentes comedebant sanguinem tanquam cibum dæmonum, dicentes, quòd quicumque comederent sanguinem, venire possent ad artes diuinandi. Ideo populus illius temporis ne deciperetur lege illa gentium, æstimans in sanguine esse talem vim dæmonum, prohibitum est edere sanguinem, posuitq; lex prohibitionem eius sanguinis æqualem prohibitioni idololatriæ, dicens: Effundam iram meam in populum qui sanguinem comederit, & dabo iram meam in populum, qui filios immolauerit.

B Item Egyptij honorabant speciem ouium, tanquam in natura ouium esset quid diuinitatis, & ideo apud Egyptios prohibita erat occisio ouium, & omnis pastor eorum comedens oues abominatio erat apud illos, sicuti scriptum est: Si sacrificarem abominationem Egyptiorum in oculis eorum præualerent. Ad tollendum illum errorem à populo Dei iussus est Israel, vt inquit Rabbi Moyse, occidere agnum. Aliæ gentes inter quas versabatur populus Israel honorabant hædos & vaccas, seu vitulos, putabantque Deos suos habitare in illis, & apparere hominibus, & ideo lex horum idololatrarum prohibebat occidere animalia hæc.

Ad tollendum atque impediendum errores illos à populo Israel, dedit Deus populo suo contrarias leges, quibus iubebantur occidere animalia illa & immolare Deo Israel, vt intelligeretur Deus Israel esse Dominus excelsus & rex magnus super omnes Deos, & vt illud quod gentes putabant in populo Israel esse causam iræ & mortis crederetur esse causa vitæ à Domino Deo Israel saluante populum suum obedientem ipsi in occisione talium animalium, sicuti scriptura dicit de domibus Israel sanguine agni aspersis, propitiabatur Dominus super portas illas, & non sinet percussorem ingredi domos vestras, ad interficiendum. Præter has vtilitates erant in esu agni paschalis alia quædam appropriata videlicet ad commemorandum liberationem, & egressum ex Egypto, miraculososque illius modos, veluti quòd agnus singulis annis quarta decima die mensis primi comederetur assus in vna domo, & id quidem festinanter, & quòd non frangatur os vllum. Sicut ergo hæc & alia veteris legis præcepta multa, quæ nullam videntur habere rationabilem causam continent rationes quasdam, & fines. Ita & multæ ecclesiasticæ institutiones, & cōsuetudines in diuino cultu & sacramentorum mysterijs à sanctis patribus obseruatæ causas habent rationabiles, tametsi interdum eas ignoremus de quibus latius infra. Legem humanam contingit bifariā esse iniustam. Vno quidem modo, propterea quòd cōtraria est cōmuni bono humano, vtpote, vel à non superiori, vel ex cupiditate aut avaritia præfidis lata, vt illis scilicet ad solum illius cōmodum, aut propterea quod onera inæqualiter sint imposita ob aliāve causam incongruā tranquillitati reipub. Et talis lex non ligat hominem in foro conscientie, quamuis ex lege charitatis ob scandalum vitādum, vel turbationem in republica maiusq; incommodum fugiēdum homo interdum teneatur libertati & iuri suo cedere, quemadmodum iuxta domini nostri legem, ei qui vult nobiscum in iudicio contendere, & tunicam nostram tollere iubemur & pallium dimittere. Secūdo cōtingit legem humanā esse iniustam, quia cōtraria est bono, seu præcepto diuino, sicuti sunt hominū leges, & mandata contra Christi euangeliū, aut præceptū, aut contra vnus Dei cultum, quibus legibus resistere oportet vsq; ad mortē, de quibus Act. 5. Oportet Deo magis obedire quā hominibus

Exod. 8. f

In animalibus sacrificandis Deus dedit populo Israel leges cōtrarias legibus idololatrarum.

Sententia quinta. Lex dicitur iniusta.

Matth. 5. f

atque

atque ita patet duplex genus legis iniustæ. Vnum cui nos non possumus obedire, alterum verò cui possumus interdum, imò & debemus obedire non propter legis obligantis vim, & æquitatem, quæ nulla est, sed propter præceptum charitatis preferentis spirituales utilitates temporali cōmodo. Humanæ leges & prohibitiones ciuilitate sunt interpretandæ secundum rationes & causas finales, propter quas sunt institutæ, quibus cessantibus cessant & ipsæ leges & prohibitiones. Neq; solùm humana præcepta sic sunt interpretanda, sed & multa præcepta Apostolica & euangelica data de actibus non secundum se malis, quæ interdum licite, interdum illicitè sunt. Cuiusmodi sunt præcepta de vitandis fornicarijs alijsve criminosis, & de illis puniendis ac foras eijciendis. In sacra scriptura discimus aliud esse præceptum de criminosis foras eijciendis, aliud præceptum de vitandis criminosis nõdum foras eiectis, sicut aliud est prohibere criminofum à communionem, aliud verò abstrahere sese à communionem societateq; illius. Nam prohibere à communionem solùm potest ecclesiæ prælatus, non quidem pro suo arbitrio quemlibet peccatorem, sed criminofum, & eum talem, qui aut crimen sponte cõfessus est, aut in aliquo siue sæculari siue ecclesiastico iudicio nominatus est, atq; conuictus, quemadmodum docet Augustinus in libro de pœnitentia. Neque enim potest vnusquispiam esse alicuius accusator, & iudex. Ex scripturis sacris est manifestissimum, non quomodolibet, sed per iuris ordinem auferendos esse malos ab ecclesiæ communionem, qui si per iudicium auferri vtiliter non possunt, tolerentur potius, quàm cum dispendio reipublicæ per iudicium auferantur, quemadmodum & ipse Christus verbo & exemplo docuit manducans cum publicanis & peccatoribus. Deinde & prohibitio hæc, quia non mortifera, sed medicinalis est, & id quidem vel ad fratris peccantis correptionem, vel ad cæterorum membrorum ecclesiæ cautelam. Hinc est quod ecclesiæ prælatus interdum docente consilio charitatis non potest licite à communionem prohibere etiam publicè criminofum, sed iuxta Saluatoris sententiam debet finire zizania crescere in medio tritici, ne conculcetur & triticum. Hactenus de lege iubente, vt criminofos eijciamus foras separemusq; eos à communionem ecclesiæ. Iam de prohibitionem nobis abstrahere sese à communionem peccatoris tenetur quisq; pro loco & tempore, secundum rationes & causas congruentes ad lucrum fidei, aut charitatis, aut pacis aut salutis aliorum. Vnde publicè criminofum sic ex causa in societate ecclesiæ toleratum, & nondum per censuram ecclesiasticam eiectum foras, quamuis non teneamur vitare, vigore humani præcepti seu excommunicationis mandati, vti que tamen tenemur vitare vigore naturalis & diuini iuris iuxta metas rationis seu causæ finalis, quatenus videlicet vitatio illa visa fuerit esse necessaria vel ad ipsius criminofis reductionem, vel ad nostram cautelam, vel totius ecclesiæ vtilitatem, vt cæteri huius disciplinæ exemplo timorem habeant & coerceantur. Et harum rationum intuitu Apostolus non solùm monet sed iubet à talibus vt recedatur. Si quis, inquit, non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & nõ commisceamini cum illo vt confundatur, & nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite vt fratrem. Denunciamus vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè & non secundum traditionem acceptam à nobis. Item. 1. ad Corinth. 10. non prohibuit sed concessit cum homine infideli cibum sumere. Si quis, inquit, infidelium vos vocat ad cœnam, & vultis ire, omne quod appositum fuerit manducate, cum fratre autem, id est cum homine Christianæ fidei per baptismum ascripto, docet non solùm sacramenta non solùm esse edenda, sed nec comunem escam, vt frater ipse erubescat, & cum vitatur sese corrigat. Si is qui frater nominatur, inter vos,

Sententia sexta.
Quomodo interpretanda sint humana leges.

Vnus est idem non potest esse accusator et iudex.

Matth. 13. d

Lex iubet nos communicemus peccatoribus quomodo sit accipienda.

1. Thess. 3

Apostolus cum homine infideli concessit, ut cibum sumamus cum fratre aut criminofis nequaquam.

A vos, inquit, est fornicator, aut auar⁹, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax, cū huiuscemodi nec cibum sumere. Ex quibus patet cõmunionem fratris criminofis in cõmuni esca & cõuersationem corporali esse prohibitam, sed hoc vt ex doctrina Apostolorum, inquit Amb. patet propter causam & ex ratione, vt scilicet frater dum vitatur erubescat & corrigat sese. Ergo si frater quispiam criminofus a deo perfricauerit frontem, tantamq; multitudinem sibi habeat sociam, vt ex subtractionem cõmunionis nostræ verisimiliter credatur nõ futurum, vt erubescat, & sese corrigat, neq; futurum, vt ecclesia inde edificetur, sed futurum potius, vt respub. turbetur, iam satius est cõmunionem nostram illi non subtrahere, neq; eum per censuram ecclesiasticam separare, sed finire illum. Atq; ita interdum vtile est fratrem criminofum vitare, interdum verò inutile. Ex quibus liquidum est huiuscemodi leges diuinas de fratribus criminofis foras eijciendis aut de ipsis nondum eiectis vitandis, & non vitandis, interpretandas esse secundum regulas charitatis. Vnde sacerdotes etiam pastores notorij fornicatores aut alias criminofis interdum cū venia sunt suo ingenio relinquendi, & neq; foras eijciendi, neq; in cõmunionem sacramentorum vitandi, quemadmodum ex scripturis sacris intellexerunt sancti patres, Ipse Cyprianus cum collegis suis, seu coepiscopis sceneratoribus, insidiosis, raptoribus nõ priuatam mescam, sed Dei altare habebat cõmune. Sic August. lib. 2. contra Petilianum. Cū peccandi, inquit, contagio multitudinem inuaserit consilia separationis, id est, excommunicationis inania sunt & perniciofa atq; sacrilega & plus perturbant infirmos bonos, quàm corrigant animofos malos. Et hac ratione lex iusta quauis nõ possit fouere peccata, vtiq; tamè plerumq; mala seu peccata potest permittere, imò & præcipere vt finantur, & non coerceantur criminofis, quemadmodum Christus præcepit discipulis suis, dicens, Sinite vtraq; crescere, nolite eradicare zizania. Vnde August. declarans iustam legem etiam permittere peccata. Aufer, inquit, meretricia, & omnia confundes libidine. Vnde sciendum est, quod inter peccatores criminofos multiplex est discrimen. Nam quidam sunt occulti, alij publici, alij verò notorij, & inter notorios, alij nondum sunt per censuram ecclesiasticam foras eiecti, sed adhuc in ecclesia tolerati: alij verò sunt foras eiecti, seu separati ab ecclesia, & inter hos alij sunt nominatim & specialiter denunciati: alij verò non nominatim, sed generaliter à iure sunt ipso facto separati. Scimus doctores canonistas secundum leges canonicas ponere discrimen inter fornicarium notorium, & eum qui non est notorius, & nos oportere vitare notoriè fornicarium, sed non eum, qui notorius nõ est, vt patet in decretali, Vestra, & in decretali, Quæsitum, de cohabitationem clericorum & mulierum. Et iuxta cap. Tua nos, ibidem, Notorius fornicator potest absq; alio iuris ordine protinus per iudicem nominatim condemnari. Fornicator autem non notorius, non potest condemnari nisi testibus, iuris ordine conuictus. Sic & venerabilis August. sententiam Apostoli, pri. ad Corinth. 5. de vitandis fornicarijs & ebriofis, cæterisque criminofis: interpretatur de criminofis iuris ordine conuictis nominatim, atque ita decretalis illa, Quæsitum: per locum à contrario sensu insinuans fornicarium notorium, qui scilicet nulla tergiuersationem potest talis negari, vitandum esse etiam non expectata superioris sententia, ciuilitate est intelligenda secundum metas & rationes causæ finalis. Quemadmodum enim leges de vitandis excommunicatis iuxta decretum concilij Constantiensis sunt accipiendæ de excommunicatis nominatim denunciatis. Ita leges humanæ de vitandis criminofis, interpretandæ sunt de criminofis iudicialiter conuictis. Diuinæ autem si de aliis nondum conuictis intelligantur, interpretandæ sunt secundum causas & rationes finales ipsarum legum. Vnde sciendum est scripturam prim. ad Corinth. 5. de vitandis fornicarijs, idololatrias, rapacibus, aliter esse interpretatam ab August. aliter ab Ambro. Nempe August. exponit eam de

1. Corin. 5. d

Recitat Aug. lib. 4. contra Cresconium grammaticum Donatistam. cap. 26.

Matth. 13. d

Aug. in lib. de ord. cap. 4.

Discrimen inter criminofos.

ad hęc aspice

Aug. in lib. de pœnitentia medicinali. cap. 3.

E vitandis

vitandis fratribus fornicarijs, alijsue criminosis, qui tales per sententiam ordine A iudiciario, atque integritate proferuntur, & ita ex illa doctrina Apосто. non esset consequens, præceptum nobis esse, vitare illos nondum iuris ordine nominatim conuictos. Cui interpretationi videtur fauere processus & series sententiarum Apostolicarum: nam Aposto. scribit toti ecclesie Corinthiorum, vt ipsa, fornicarios aliosq; criminosos extra communionem ecclesie eijceret. Vnde cum dixisset, vt non commiserentur illis, nec cibum cum illis sumerent, si fratres nominentur, continuo adiecit. Quid mihi de his, qui foris sunt iudicare. id est, de paganis & infidelibus subiectis huiuscemodi criminibus, de his quæ intus sunt criminosi, iudicium ferendum est, tandem adiiciens. Auferte malum à vobismetipsis, id est, fratrem seu Christianum taliter criminisum. Auferte à vobis ipsis, & id quidem non ex arbitrio suspicionis, neque etiam ex usurpato, aut extraordinario iudicio, sed potius ex lege euangelica secundum ordinem ecclesie siue vltro confessum, siue accusatum, atque conuictum. Hactenus August. interpretatio. Ambr. vero in comment. B ibidē, exponit de vitatione fornicariorum, etiam eorum, qui nondum sic conuicti sunt, aut foras eiectioni. Vtriusque expositionis sententia vera est & catholica. Verū & hic sciendum est, quod an sententiam superioris propter contumaciam separantis criminisum, nullum crimen actu transiens, debet ita notorium à subdito reputari, quin aliqua possit tergiuersatione negari hunc hominem esse fornicarium, aut esse seu fuisse vnquam in fornicatione contumacem. Potest enim qui ante horam fuit fornicarius, iam intus subito esse conuersus: facile est enim in oculis Dei subito iustificare peccatorem, & ita certo atque euidenter scire non possumus sacerdotem ab ecclesia toleratum esse intus in corde concubinarium, nisi aut in ipso fornicationis actu iam perspecto, aut voluntate fornicandi verbis aut signis, nutibus, alijsque argumentis certis foris demonstrata. Neque fornicarius ipse mox in ipsa conuersationis hora, aut die, tenetur concubinam cohabitatem pellere atque eijcere, sed ad vitandum maius malum, debet prudēter saluti illius C prout rationi congruit, consulere, interim apertis argumentis atque indicijs, lachrymis, seu suspirijs commōstrare eidem mulieri gravitatem criminis, & se iam intus resipiscere, velleque mutare vitam in melius, interim etiam sollicitus ne ex mora vllus scandalizetur pusillus, & ne rursus cadat ex illius colloquijs aut presentia: atq; ita fit vt plerumq; intus sit à concubina separatus affectu & voluntate, qui foris nondum est separatus corporali conuersatione, vnde ecclesie decretum nō iussit absolutē, vt nullus missam audiat presbyteri concubinarij, sed vt nullus, inquit, audiat missam presbyteri, quem scit indubitanter habere concubinā. Potest quidem ecclesia iustam legem constituere, ne quis missam audiat presbyteri de concubinato suspecti, neq; sacramenta recipiat à presbytero, qui suspectam mulierem tenet in domo, sed tum huiuscemodi lex ciuilitate interpretanda, ne ex obseruatione talis legis plus mali quam boni consequatur, dū quilibet pro sua suspicionem suamq; arbitrio temerē vitaret sacrificia & sacramenta sacerdotis atq; pastoris. Et ideo ecclesia ad subueniendum timoratis consciētis animarūq; periculis, D salubriter his malis atq; periculis prouidit, declarans quod nemo deinceps à communionem alicuius in sacramentorum administratione vel receptione, aut alijs quibuscunque diuinis intus & extra, prætextu cuiuscunque censura aut sententie ecclesiasticæ à iure vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictū ecclesiasticū obseruare, nisi sententia vel censura huiuscemodi fuerit lata contra personam, collegium, vniuersitatem, ecclesiam, vel communitatem, vel locum certum à iudice publicata vel denunciata specialiter & expressè constitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque: saluo si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum

1. Cor. 5. d

Ambrosius.

An fornicarius iam conuersus mox teneatur concubinam eijcere.

Utrum malum sit audire missam fornicarij sacerdotis.

Tenor decreti concilii Constantiensis de vitandis excommunicatis.

A clericum sententiam latam à canone, adeò notoriè confiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari. Nam à communionem illius licet denunciatus non fuerit, volumus abstinere iuxta canonicas sanctiones. Hactenus illius decreti tenor, ex quo considerato facile poterimus intelligere vires humanarum legum & canonum de vitandis hominibus notoriè criminosis. Ad habendum intellectum harum legum secundum congruentiam huius temporis, sit hæc sententia sexta. Non solummodo canones seu constitutiones humanæ de vitandis sacerdotibus fornicarijs, sed & canones de simoniacis & hæreticis, alijsue criminosis tam extra quam intra diuinum officium vitandis sunt per decretum concilii Constantien. partim retractati, partim modificati ac limitati, & ideo quantumlibet huiuscemodi crimina fuerint notoria siue per facti euidentiam, siue per generalem iuris sententiam, non tenemur vigore huiuscemodi canonum, aut humanarum legum taliter criminosis excōmunicatos vitare, neque in diuinis, neque extra diuina. Dixi signanter vigore huiuscemodi canonum aut humanarum legum. Nam iure naturali & diuino tenemur secundum rationes & causas finales vitare taliter criminosis etiam plerumq; nondum foras eiectionem dum videlicet vitatio illa visa fuerit vel nobis, vel alijs necessaria ad salutem. Neque enim potuit dispositio ecclesie, seu concilii Constantiensis hac in re immutare id quod erat diuini aut naturalis iuris super vitandis fornicarijs, aut alijs criminosis. Leges seu cōstitutiones humanæ, propter ipsum crimē excōmunicantes, aut à cōmunionem separantes hominē peccatorem, nō sunt per decretum Constantien. concilii casatæ, aut prorsus abolitæ, sed hactenus vim suā tenent super ipsos criminosis per canonē propter ipsum factū excommunicatos. Neque enim decretū concilii illius absoluit eos, neque suffragium vllum eis præstat, quominus ipsi maneant vinculo excommunicationis innodati, donec absoluantur ab eadē excōmunicationem per ecclesie præsulē, qui potestatem habet absoluendi. C Et ideo etiam nunc post decretum concilii illius homines simoniaci, schismatici, aut hæretici, caterique scelerati sic generaliter à iure, & non nominatim excommunicati grauiter peccant cōtra sanctiones canonicas in pœnasq; suspensionis, & irregularitatis incurrunt recipientes, vel administrantes sacramenta, aut diuinis sese ingerentes. Neque sufficit ipsis sola interior pœnitentia ad licitè recipiendū, aut dispensandū sacramenta. Nam constitutio seu sententia propter crimē excommunicans quempiam, etiam ligat ipsum iam intus pœnitentem & iustificatum, vt quemadmodum nos iubemur abstinere à communionem hominis excommunicati iam intus pœnitentis: Ita & ipse excommunicatus quantumuis incipiat intus resipiscere, & per gratiam Dei iustus esse, debet abstinere à cōmunionem, receptionem, & administrationem sacramentorum, donec reconcilietur secundum clauem ecclesie per antistitem seu ecclesie præsidem. Vnde consequens est nos oportere plerumq; abstinere à communionem hominis iusti & intus sanctificati. Quamquam autem naturali & diuino iure teneamur sic generaliter excommunicatis ac criminosis sacramenta non administrare, neq; in publico, si notorium sit crimen, neq; in priuato, si fuerit occultum, cum sit diuini iuris, nō dare sanctum canibus. Non tamē naturali aut diuino iure prohibemur à sic generaliter excommunicatis, aut notoriè criminosis sacramenta recipere, quæ & bona sunt, & nobis vtilia, etiam à ministris prauis dispensata, quemadmodum temporalis elemosina bona est & vtilis pauperi, etiam per malum seruum distributa. Proinde donemus quod subditus indubitanter sciat pastorem suū esse cōcubinarium, aut hæreticum, aut alijs criminisum, etiam communi sententia iuris excommunicatum, sed nō dum denunciatum, non propter hoc putandum est, quod ex iure diuino teneamur semper illū vitare, aut quod sacramenta ab illo dispēsata sint nulla, vel inutilia

Sententia sexta.

Sententia septima.

Canones late sententia cōtra peccatores propter crimē promulgata nō sunt per decretū concilii Constantiensis abolitæ.

Ab excommunicato nondum denunciato licet sacramenta recipere, sed non ab excommunicato nominatim denunciato.

aut quòd sacrificia, seu baptismata ab illo ministrata sint accipientibus inutilia. A

1. Ioan.

Obieceris forsitam verbum euangelistæ Iohan. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam nō affert, nolite recipere eum in domum, nec aue dixeritis illi: qui enim dixerit illi aue, communicat operibus eius malignis, videtur igitur non esse licitū sacramentum absolutionis ab heretico recipere. Respondeo verbum illud Ioannis intelligendum esse, non quòd secundum se mala sint, recipere hereticū in domum, & aue illi dicere: possunt enim hæc interdum proficere ad ipsius heretici reductionē in veritatis viam, sed quòd non possumus sic eum recipere, aut salutare ad fomentū prauæ doctrinæ illius, atq; ita oportet vitare eum dū hoc videmus necessariū esse ad heretici correptionē vel nostram præseruationē, & proximorū vtilitatem: hæc enim sunt legis naturæ rationes, quibus generale conciliū, seu humana autoritas derogare non potest, sed illis cessantibus possumus eis nondū præcisus nominatim licitè communicare etiam in diuinis. Ex his ergo liquidum est, quòd leges humanæ seu constitutiones canonicæ de vitandis, aut à communionem B separandis criminosis, recipiant limitationes & ciuiles intelligentias secundū dispositiones naturalis iuris & diuini, vt seruentur non semper & vniformiter in omnibus, sed prout congruit curandis spiritualibus morbis. Nam quòd in vno tempore & vni reipublicæ est medicina, hoc alio tempore, & reipublicæ aliter dispositæ, plerumque est toxicum, plus mali quàm boni adferens, atque ita iuxta sententiam ab Aristotele citatam. 2. Retho. Legibus ipsis opus est lege, quæ ipsas corrigat, vt pisces mari falso enutrici sale egent: Ita leges humanæ foris scriptæ indigent internæ rationis & equitatis discretione.

sempa

Sententia octaua.

Prælati nō potest annuū censum accipere à fornicariis.

Quemadmodum non est licitum concubinario publico annuum censum dare suo prælato, vt impunè sinatur in adulterij aut concubinatus crimine permanere. Neque item prælato licitum est à tali concubinario sub illo pacto annuum censum accipere: Ita & inutilis lex seu constitutio superioris statuentis annuum censum à publicis concubinarijs accipiendum esse, quo quotannis soluto sinatur ipsi C impunè de anno in annum permanere in crimine. Quamuis autem non sit secundum se malum ac illicitum tales concubinarios puniri pecuniaria multa, Illicitum tamen est ecclesiæ prælato talem puniendi modum facere aut statuere ex lucri cupiditate, & non pro illius, qui punitur correctione, vt cesset & coerceatur à crimine. Vnde in legibus pœnam pecuniariam inferentibus transgressori, legislator magis desiderare debet vtilitatem communem & correctionem peccati, quàm vtilitatem proprii lucri, aut priuati commodi. Quamuis item prælatus nō semper peccet in eo quòd finit concubinarium in crimine permanere, semper tamen peccat si pro priuato lucro & commo sinat peccata esse impunita, & non corrigat delinquentes.

Caput nonum, in quo demonstratur, quòd legem purè positiuam obligare populum in foro conscientie non aduersetur Christianæ libertati. D



Christiana libertas qualis sit non cognoscitur, nisi cognoscatur beneficium per Christum impensum humano generi.

Elíquum est iam considerare quonam pacto lex humana hominem Christiana charitate iam liberū obliget in foro conscientie. Ex his quæ in superioribus demonstrauius, recolere oportet quænam sit Christiana libertas per Christum nobis impensa. Hanc aut non perfectè intelligimus nisi sciamus beneficia ea, quæ per Christum donata sunt nobis, & mala, quæ per peccatū intrauerunt vniuersum genus humanū: à quibus per Christi gratiam liberati sumus. Atq; ex illis manifestum est Christianam libertatem esse conditionem quandam, secundū quā quisq; in hac vita accepto desuper spiritu sancto fidei & charitatis liberatus est à veteris legis iugo, à spiritu seruitutis in timore seruili, à captiuitate, & à vinculis dæmoniorum, à reatu æterni exilij ac damnationis æternæ, à voluntate carnaliter

Analiter viuendi secundum desideria huius seculi, hoc est à vana cōuersatione huius mundi, vt respiscat à laqueis diaboli translatus in gratiam cœlestis charitatis. Hæc nempe sunt Christianæ libertatis officia passim nobis in scripturis sacris tradita. Non enim carnaliter seu corporaliter accipienda est liberatio ista secundum tempus & conuersationem huius seculi, vt viuat quisq; prout libido fert animi, sed spiritualiter, docente Apostolo Paulo. Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carni: & iterum. Lex spiritus vitæ liberavit me à lege peccati & mortis. Hæc autem longè lateq; superius in hoc libro, & in libro de capt. & redempt. generis humani sunt demonstrata. Insuper ex superioribus in quarto huius libri capite, meminisse oportet quòd secundū doctrinam apostolicā & euangelicam, & secundū omnium orthodoxorum patrū sententiam huiusmodi Christiana libertas nō eximat hominē neq; ab obediētia, neq; à subiectione superioris potestatis, neq; seruos ab officio seruitutis corporalis iure B

Gal. 5. b
Rom. 8. a

gentiū aut ciuili, domino suo debito. Nam Apost. Pau. multis in locis iussit Christianis iam liberatis, obediētiam & subiectionē sub principibus & præpositis, Liberati à peccato, inquit, serui facti estis iustitiæ, vt amplius non secundum voluntatem carnis vestræ ambuletis, sed secundum spiritum charitatis, vnicuiq; quod suum est tribuentes, reddentes quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, cui honorem honorem, cui timorem timorem, cui tributū tributum, cui vectigal vectigal. Hæc sunt quæ passim inculcat doctrina apostoli Paul. qui tot & tantis reiterate locis exaggerat vt omnis anima potestatibus superioribus, regibus, ducibus, & principibus sit subdita, vt & vocem Christi audiamus in prælatis ac præpositis nostris, & faciamus ea quæ ipsi iusserunt. In singulis sermè epistolis Paulus erudiēs ecclesiam Christi cuique membro ecclesiæ sua tribuit officia, filijs, seruis, vxoribus, plebi & omni populo. Item parentibus, dominis, maritis, & principibus. Filij inquit, obedite parentibus vestris per omnia, hoc enim placitum est Domino.

Rom. 6. d

Iure naturalis ex diuino oportet subici & obedire superiori potestati. Matth. 22. Rom. 13.

Coloss. 3. d. & Eph. 6.

Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, vt non pusillo fiant animo, sed educate illos in disciplina Domini & correctione. Mulieres subditæ estote viris vestris sicuti oportet in Domino. Mulieres viris suis subditæ sint sicuti domino, quoniam vir est caput mulieris, sicuti Christus est caput ecclesiæ. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam. Quicumq; sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnunt illos, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, ac participes beneficij Christi. Hæc, inquit, doce, exhortare. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire ad omne opus bonum. Hactenus Apostolica præcepta saluberrima. Vbi & Hieronymus in commentarijs recitat super hac libertate Christiana hæresim iam olim damnatam sub Apostolorum temporibus, sicuti supra ostendimus.

Eph. 5. e

Tim. 6. a

Seruos Christianos oportet obedire non solum Christianis dominis, sed & ethnicis. Tit. 3.

Ex his ergo scripturis liquidum est, potestatem humanam dandi præcepta & statuendi leges in foro conscientie obligantes, non esse ex humana adinventionem, sed ex diuina ordinatione & constitutione, quemadmodum manifestè, inquit Apostolus, Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subdita: non enim est potestas nisi à Deo. Tandem concludens. Itaq; necessitate subditi estote nō solum propter iram, sed & propter conscientiam. Proinde & transgressor legis humanæ in illa transgressione simul est & transgressor legis diuinæ iubētis obedire superiori potestati, hac enim ratione dicit Paulus ibidem. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Secundo manifestum est, quàm sit impium atq; absurdū dicere humana præcepta legesq; purè positiuas esse de numero eorū malorū quæ solū patiēter ferēda sunt à subditis, ne superior potestas amplius in illos sequi-

Rom. 13.

at, sicuti Pharao imposuit filiis Israel graue onus in portando luto & latere. Insuper ex his manifestum: falsam esse doctrinam eorum, qui dicunt ecclesie praelatos superioresque; potestates non plus posse facere imperando, quam faciunt magistri aut doctores, Dei legem seu precepta docentes, & praelatos nihil aliud posse facere, quam faciunt medici, qui agrotis intiment, quis cibus mortiferus sit corpori, quis salutaris. Aliud est discere a magistro, quid bonum, quid malum. Aliud obedire imperanti superiori. Sunt scripturae sacrae, de quibus forsitan videri possit quod loquantur non de preceptis, quibus obediamus, sed de accipienda scientia, qua viam salutis & precepta Dei cognoscamus, cuiuscumodi sunt. Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Item supra cathedram Moysi sedebunt scribae & pharisaei. Quaecumque dixerint vobis seruate & facite. Item si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Sunt qui huiusmodi scripturas ad solam scientiam accipiendam referant, interpretantes hoc pacto, Qui audit vos, supple docentes legem Dei, me audit, quaecumque dixerint vobis, id est, quaecumque predicauerint vobis, & docuerint iuxta cathedram Moysi, si ecclesiam non audierit, id est, si ecclesiam corripientem & docentem, ut omnia quae legis Dei sunt faciant, & a peccato cessent, non audierint, & cat. Atque ita consequens esset ex scripturis hoc pacto interpretatis legem Dei a superiore esse descendam, sed non leges humanas a superioribus dandas esse, sicuti dicitur Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem Dei ex ore eius requiret. Verum donemus sic esse scripturas illas intelligendas, nihil obuiat supradictis. Nam sunt & alia innumera sacrae scripturae testimonia, ex quibus liquidum est prelatorum & superiorum potestatum officia esse non solum docere aut intimare quid Deus iubeat, sed & imperare, dirigere, & coercere populum. Deinde & scire oportet supradictas scripturas a sanctis patribus sic intellectas esse, ut ex illis sequatur etiam nos oportere obedire in his quae non sunt secundum se precepta lege diuina, quemadmodum latius declarabitur infra, & in solutionibus argumentorum. Vnde Bernardus ex hoc verbo Christi, Quaecumque dixerint vobis, &c. intellexit episcopis etiam iubentibus obedientem esse, Super cathedram Moysi, inquit, sederunt scribae & pharisaei, & qui non obedierint eis tanquam episcopis, inobedientiae rei fuerunt, etiam in ipsum Dominum praecipientem & dicentem, Quae dicunt facite. Vnde scribas illos & pharisaeos, de quibus loquitur illic Christus, habuisse potestatem non solum docendi, sed & praecipendi, eosdemque fuisse abusus hac potestate plane subindicat quae sequitur clausula, Alligant enim onera grauiora & importabilia, & imponunt humeris hominum. Locutus est igitur de scribis & pharisaeis habentibus potestatem imponendi humeris hominum leges atque precepta. Vnde in his quae sunt diuini aut naturalis iuris, non oportet expectare preceptorem, quamuis interdum sit opus instructore, & tum non modo filij parentibus, sed & parentes filiis docentibus habent obedire, utique docentibus Dei lege. Proinde si hoc modo scripturae essent intelligendae, Non esset ergo ratio, cur Apostolus magis diceret, Filij obedite parentibus vestris per omnia, quam si diceret, Parentes obedite filiis vestris, docentibus vos legem Dei. Item ex scripturis ad Romanos 13. & ex aliis supra recitatis ex epistola ad Ephesios ad Colossios ad Timotheum manifestissimum est spiritum sanctum ex ore Apostoli inuisisse subditis, non de scientia salutis a superioribus capienda, sed de obedientia ipsis praestanda. Sunt huius saeculi heretici, ex supra dictis scripturis docentes consequens esse, quod oporteat nos subiectos esse, & obedire saecularibus potestatibus, principibus, ducibus, ac regibus, & imperatorum legibus, non autem episcopis & pontificibus, neque canonicis eorum constitutionibus, cum id, inquit, in sacris literis non doceatur. Verum haec sententia adeo doctrinis orthodoxorum patrum aduersatur, ut nemo sanae mentis, qui vel mediocriter legerit sa-

Impium est dicere ecclesiae praelatos non posse praecipere, sed solum docere legem Dei.

Iacob 10. Matth. 23. a Matth. 18. d

Bernard. homilia. 65. super Cantica.

Coloss. 3.

A cras literas, venerandamque patrum antiquitatem ab exordio ecclesiae, ad haec usque tempora haereticorum illorum sententiis vlla ratione valeat consentire, omnibus consona voce praedicantibus plebem oportere episcopo & pontifici tanquam vicario Christi & successori Apostoli Petri, & in vnaquaque diocesi constitutos esse episcopos, quibus in his, quae ad directionem ecclesiae illius pertinent fraternitas obtemperet vniuersa. Apostolus cum dicit, Obedite praepositis vestris, & subiicete eis, aperte insinuat oportere nos non solum ab eis discere aut honorem reuerentiae exhibere, sed & subiectos ipsis & obediētes praepceptis eorum. & loquitur non de saecularibus potestatibus, sed episcopis, ut patet ex his quae subiiciuntur ibidem. Vnde & hoc tractans Chrysostomus in commentariis ibidem, Si malignus, inquit, est praepositus, numquid ei obediemus? Respondet, si in causa fidei malignus est, fuge illum, & deuita non solum si homo fuerit, sed etiam angelus de caelo descenderit, dicit nempe Apostolus. Si nos aut angelus de caelo vobis euangelizauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit. Item si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite suscipere eum &c. Si vero in vita & moribus malignus dicitur, noli scrutari, haec non a me ipso, inquit, dico, sed ex scriptura Christi dicitis. Supra cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei, quae dicunt facite, secundum opera autem illorum nolite facere, habent enim dignitatem, licet vite sint perditae, veruntamen non ad vitam eorum, sed ad sermones intendite. Dauid ipsum regem Saul propter sacram vocationem honorauit viuum, & vindicauit occisum. Esto subiectus pontifici tuo, & illum, inquit Hieronymus, quasi animae tuae parentem suscipe. Idem Hieron. Super petram fundatur ecclesia, licet id ipsum super omnes Apostolos in alio loco fiat, & cum illi clauis regni caelorum accipiat, & ex equo super eos ecclesiae fortitudo solideretur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio. Caterum plebem oportere obedire episcopis ex scripturis sacris intellexit omnium sanctorum patrum chorus, Ignatius, Irenaeus, Tertullianus, Cyprianus, & ceteri vniuersi. Vnde Ignatius in epistola ad Smyrneses ex Troia, cuius & meminit Hieronymus. Nemo, inquit, praeter episcopum aliquid agat eorum, quae ad ecclesiam pertinent, firma euaristia reputetur quae ab episcopo concessa fuerit. Vbi episcopus praesens fuerit, illic & plebs congregetur, sicuti vbi Christus est, omnis caelestis militia adest. Sine episcopo non licet neque offerre neque sacrificium immolare neque missas celebrare. Episcopum honorare oportet tanquam principem sacerdotum, principatum quidem secundum deum: sacerdotium vero secundum Christum, post hunc honorare oportet etiam regem. Si quis enim contra regem insurgens damnatione est dignus quomodo vltionem diuinam poterit euadere, qui praeter episcopum aliquid egerit? Laici diaconis subditi sint, diaconi presbyteris, presbyteri episcopo, episcopus Christo. Haecenus ante mille & quadringentos annos gloriosissimi Ignatii sententiae, in quibus audis distinctionem ordinum & missae celebrandae officium, atque sacrificium & obedientiam episcopis magis, quam regi debitam in his quae pertinent ad ecclesiam. Erant quidem episcopi saeculi illius praediti sanctimonia vitae, agentes vitam statui episcoporum congruam, nunc autem non tales sunt huius saeculi episcopi. Esto sic fit, sed quid hoc ad te, qui iuxta doctrinam Christi nosti etiam in praelatis malis honoranda esse spiritus sancti dona, ut pote clauis regni caelorum, potestatem remittendi & retinendi peccata, quemadmodum docet Paulus Apostolus sanctimoniam vitae ministrorum, non impedire effectus diuinorum sacramentorum seu mysteriorum. Videant igitur huius saeculi insanientes haeretici, qua ratione doceant, haec apud antiquos non inueniri. Rursus idem Ignatius in epist. ad Philadelphenses, cuius etiam Hieron. meminit, Principes subditi, inquit, estote Caesari, milites principibus, diaconi praesbyteris,

Hebr. ult.

Praepositis etiam malignis oportet obedire in his quae ad ecclesiae decretum pertinent.

Gal. 1. b Mat. 23. a

Hieron. lib. 1 contra Iovinianum

De obedientia episcopis debita

Ignatius.

Ordo inter ecclesiae membra in ecclesia primitiua.

1. Cor. 12. 28.

Episcopo sub-
iectus Cesar.

Dicitur.

Geminū est do-
minium unius
personæ super
aliā.Prioris generis
dominium.Aug. 19. de ciui-
ta. dei cap. 16.Alterius gene-
ris dominium.Subiectio du-
plex.Rom. 13. a
Subiectio ser-
uorum & an-
cillarum sub do-
minio.

vt sacrorum administratoribus. Præsbyteri verò & diaconi, omnis clerus, simul & omnis populus, milites, principes, atque Cæsares obediant episcopo, episcopus verò Christo, sicuti Christus patri, atq; ita per omnes seruetur vnitas. Haëtenus ille. Non aliunde, inquit Cypri. hæreses in ecclesia subortæ sunt, & nata schismata, quàm inde, quòd sacerdotibus Dei non obtèperatur, nec vnus in ecclesia Dei ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui secundum magisteria diuina fraternitas obtemperet vniuersa. Qui autè superbierit, inquit scriptura, nolens sacerdotum obtemperare imperio, qui tempore illo ministrat Domino Deo suo ex decreto iudicis moriatur, & nullus deinceps intumescat superbia. Amplius autem vt magis intelligamus obediendi leges, viresq; humanorum præceptorum ex superioribus repetendum est ius seu dominium esse duplex.

Vnum reale siue in rem, quæ non est persona, quemadmodum ius seu dominium in possessionem, in agrum, in domum, in fundum, seu in puteum. Aliud verò esse ius personale, siue in personam: vt ius paternum in filium: ius hære in seruū: ius maritale in coniugem: ius regis aut principis in rempub. In vnum quodq; horum quisque tantum habet iuris, quantum actionis circa illud fas est sibi exercere. Deinde ex superioribus meminisse oportet, duplex esse dominium seu potestatem vnus personæ super aliā. Vnum est in fauorem seu temporale commodum illius, qui dominatur sicut potestas domini in seruos & ancillas. Aliud est in commodum seu fauorem eorum, quibus dominatur. Secundum prioris generis dominium seruus in bello captus, qui iure poterat occidi, debet domino suo carnali præstare temporale commodum & obsequium, qui quicquid lucratur & acquirit, eidem domino suo lucratur, qui & super corpus eius potestatem habet vtendi illo pro suo lucro & commodo, quamuis & ipse dominus si verè sit Christianus, hac potestate sicut & cæteris rebus suis vtatur secundum legem charitatis etiam in salutem seruorum suorum, quemadmodum & iusti patres nostri Ahraham, Isaac, & Iacob habebant seruos & ancillas, quos, vt inquit August. et si secundum hæc temporalia bona à filiorum forte distinguebant, sic tamen administrabant in tota domo sua domestica pacem, vt ad Deum colendum, & ad æterna bona speranda omnibus

membris domus suæ pari dilectione cõsulerent. Posterioris generis dominij obedientia ordinata videlicet in vtilitatem nõ priuati aut temporalis commodi, sed communis boni eorum, quibus dominatur, est, de qua impræsentiariū loquimur, differentes de obligationibus legum & præceptorum, quæ imponuntur ad reipublicæ moderationem & gubernationem. Vnde manifestum est, & geminam esse subiectionem naturalem videlicet & ciuilem seu positiuam: naturalem dico hominis ad Deum, filij ad patrem & matrem, quæ immutabilis est, nec omnino extinguitur vnquam. Neq; enim emancipatio filij à patria potestate delet totum ius naturæ, quòd pater habet supra filium. Ciuilem & positiuam dico, quæ nata est accedente humana voluntate, vt monachorum sub abbate, populi Christiani sub pontifice aut sub principe. Abbas enim, pontifex, & princeps eliguntur, constituuntur seu præficiuntur accedente hominum consensu. Nam quamuis potestas ecclesiastica, vt papalis, pastoralis, & pontificalis sit à constitutione diuina, ad eam tamen assumuntur homines ex electione humana. Vtraq; subiectio iusta est, & à Deo ordinata, & idcirco vtriq; sua debita est obediētia. Quemadmodum docet Apost. Pau. ex spiritu Dei iubens non solū seruis, vt subiecti sint dominis suis carnalibus, & vxoribus, ac filijs, vt subsint maritis & parētibus, sed & omnibus Christianis hominibus etiam ingenuis ac liberis, vt subiecti sint atque obediant huius mundi potestatibus ac principibus. Omnis anima subdita, inquit, sit sublimioribus potestatibus. Subiectio sub homine aliquo in rebus familiaribus & domesticis corporalibusq; obsequijs præstandis, secundum quam serui & mercenarij lo-

cantes

A cantes operas suas subiiciuntur, suos habet limites obedientiæ, secundum iustitiæ regulas, quas seruare tenetur sic subiectus erga dominum præcipiētem quicquā. Vt autem iustum sit in talibus domini ac patrisfamilias præceptum: non oportet præceptorem semper intendere ad salutem ac vtilitatem illius, qui subiectus est, sed potest spectare ad priuatum suum commodum. Talis enim dominus potestatem habens super aliorum corpora, potest illis vti ad priuata sua lucra, & commoda, & illa ordinare ad finem vltimum secundum legem Christianæ Charitatis.

Subiectio verò sub publica potestate, quæ præficitur solum ad gubernandam & tuendam communitatem seu rempub. vel ecclesiam. Vt autem in hac subiectione iustum sit superioris præceptum erga eum qui sic est subiectus, oportet præceptorem spectare nõ priuatum suum commodum, sed habere rationem boni reipublicæ, cui præficitur. Vnde inter præsidem & plebem sic subiectam mutua est hinc inde obligatio, non quemadmodum inter carnalem dominum & seruū seu

B mancipium, neq; enim populus fecit vnquā se seruum regis, sed quemadmodum inter pastorem ac protectorem, aut patrem & ingenuum filiū, & ita quemadmodum plebs debet præfidi obedientiam atq; reuerentiam: ita præses debet plebi fidelē curam, custodiam, & tutelam. Data est regibus à Deo potestas vt sint ministri regni illius, quemadmodum in libro Sapiētiae contra malignos reges dicitur. Cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicatis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis, horrendè & cito apparebit vobis. Nā iudicium durissimū his qui præsumunt fiet. Data est & pontificibus potestas in ecclesiæ ædificationem, & non in destructionem, & ideo vtraq; potestas tenetur magis esse sollicita, vt iustis legibus tam scripto aut cõsuetudine roboratis vtatur, cõprimatq; transgressores diuinæ legis, quàm vt nouarū legū onera imponat in humeros hominum. Vbi verò nulla ex humanis aut diuinis legibus potestas specialis sibi concessa videatur, nihil improbè aut imprudēter attentare debet, neq; vlla

C nouitate turbare rempubli. sed in omnibus seruare modum aptum humanæ societati, cõgruumq; cõmuni paci & trāquillitati. Vnde Aug. coarguit eos, qui multis superfluis, friuolis constitutionibus, præceptis, aut cõsuetudinibus onerant simplicem plebem, interim pro nihilo habentes saluberrima euangelicæ legis præcepta, nonnunquā sub prætextu falsæ pietatis consulentes suæ auaritiæ, super quibus Christus redarguit Iudæorum scribas & pharisæos calumniantes. Quare, inquit, discipuli tui transgrediuntur mandata seniorum: non enim lauant manus cum panem manducant. Quibus & ipse respondit, Quare & vos, inquit transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras. Nam dixit Deus, Honora patrem tuum, aut matrem: vos autem dicitis, munus quodcūq; ex me tibi proderit, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocrite bene prophetauit de vobis Isaias dicens, Populus hic me labijs honorat, cor autem

D eorum longè est à me. Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Ecce ideo ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentiū eius abscondetur. Ex hac doctrina Christi habes Isaiam propheticè fuisse locutum, & hanc prophetiā fuisse in populo illo Iudæorum completam. Bene, inquit, prophetauit de vobis Isaias, quā & iam cernimus completam oculis nostris. Perijt enim sapientia legis & prophetarum à plebe Iudæorum, velamine posito super corda eorum vsque in hodiernum diem. Vnde consequens est Isaiam prophetam illic, & Dominum nostrum Christum fuisse loquutos, nõ contra mandata & leges iustas superiorum potestatum, sed contra traditiones friuolas & superuacaneas, diuinę legi contrarias, aut prorsus inutiles, quales erant de lotionem manuum ante cibum, & de muneribus ad altare potius offerendis, quàm dispensandis pro necessita-

tibus

Subiectio homi-
nū liberorum.

Sapient. 6.

Aug. ad inquit.
Iannar. lib. 20
cap. 19.

Matth. 23.

Isai. 29. d

tibus patris aut matris. His præmissis ponendæ sunt considerationes aliquot ad A
intelligendum, an lex in foro conscientie liget, & an sit iusta an iniusta.

*Prima cõ-
sideratio.*

*Isidorus li. 5.
etymol.
Qualis debet
esse lex.*

*Tres conditio-
nes legis.*

Qualitatem legis humanæ in foro conscientie obligantis, describit Isidorus. Erit, inquit, lex honesta, iusta, possibilis secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ, loco tempore; conueniēs, necessaria, utilis, manifesta quoq; & nõ ca-
ptiosa obscuritate, nullo priuato cõmodo, sed pro communi vtilitate ciuium cõ-
scripta, quibus significantur tres conditiones requisite ad hoc, vt aliqua humana
cõstitutio sit vera lex. Prima vt sit honesta & iusta: honesta ad Deũ, iusta ad pro-
ximũ. Honestã, id est, veræ religioni cõgruens, & ideo iniquæ sunt oēs paganorũ
& infidelium leges cõtra religionẽ & fidẽ Christi institutæ. Deinde adijcitur, quod
lex sit possibilis secundum naturã, secundum consuetudinem patriæ, loco & tempora
congruens, quibus omnibus significatur humanam legem oportere esse congruã
æquitati naturali secundum conditionẽ patriæ & populi illius. Si enim lex pro-
mulganda esset congrua religioni, sed ad eò difficilis, vt verisimiliter non posset B
seruari à populo, vel populus sic dispositus esset, vt legem illam tanquam nimis
onerosam recipere nollet, tũc lex illa vim obligandi nõ haberet, & ideo principes
cum velint cõdere legẽ, si populus cõtradicat & causetur dicēs, Lex ista non con-
uenit cõsuetudini patriæ nostræ, suspẽditur legis obligatio. Hoc enim casu prin-
ceps si vellet legẽ suã imponere, & vim habere obligandi in foro conscientie, nõ
esset rationalis voluntas eius. Atq; ita vna ex conditionibus, sine quibus lex non
meretur nomen legis, neq; vim habet obligandi, est quod sit loco, tempore, & pa-
triæ cõueniens, neq; dissona consuetudini, quæ tolli nõ potest sine dispendio reipub.
maiori, q̄ sit vtilitas ex positione legis emergura. Tertia conditio est, quod
lex sit necessaria, utilis, manifesta, nullo priuato commodo, sed pro cõmuni ciuium
vtilitate cõscripta, quibus omnibus significatur legẽ in foro cõscientie obligantẽ
oportere esse necessariã maleuolis coercendis, bonis fouendis, aut protegendis.

*Secunda cõ-
sideratio.*

*Lex humana
non habet vim
obligandi, nisi
recepta sit à po-
pulo.*

Lex humana vim in foro cõscientie obligandi habet, est quadruplex, videlicet C
aut permittēs, iubens etiã non impediri, aut vetans, aut actũ aliquẽ præcipiēs, aut
puniens. De his latius patebit in sequentibus, & in singulis horum modorum ge-
neribus. Lex in foro conscientie non habet vim obligandi, quando non est mo-
ribus vtentium recepta, vel quando incipit esse inutilis, aut pernitiõsa commu-
nitati, aut dum per non vsum in disuetudinem abiit, aut quando ab ea recedit
legislator, vel reuocans, vel non curans vt seruetur: & idcirco lex etiam rationa-
biliter in fauorem communis boni primum à principe instituta non incipit ha-
bere vim obligandi in foro conscientie, si populus mox nolit illam acceptare &
approbare. Tum enim lex illa non expedit reipub. sic dispositæ, cum plus damni
& turbationis, quàm boni inde sequeretur. Neq; enim posset lex illa morib; vtẽ-
tium cõfirmari, dũ princeps non posset absq; turbatione reipub. punire illius le-
gis trãgressores, populo legem illam nõ acceptante, quam obrem rectẽ dicit Au- D
gust. In istis temporalibus legibus, quanquã de his homines iudicent cũ eas insti-
tuunt, tamen cum fuerint cõstitutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudica-
re, sed secundum ipsas. Leges instituuntur, cum promulgatur: firmantur autẽ cũ mo-
ribus vtentium approbantur. Potest quidem superior potestas, magna parte ple-
bis aut maleuolæ, aut non satis perite inuita aut reclamante legem ponere, pensa-
ta vtilitate grandiore emergura, quàm sit maleuolorũ aut imprudentium hominum
turbatio ex lege constituta. Hæc est sententia August. in lib. ad inquisitiones Ianua-
rij, de quo latius infra. Hic iam ad intelligendum, an personæ ecclesiasticæ in fo-
ro conscientie, etiam obligantur imperatorum constitutionibus, ciuilibusq; le-
gibus ordinatis secundum rectẽ rationis prudẽtiam ad commune bonum totius
reipub. ex clero & plebe laica constitutæ, sit consideratio tertia.

*Libro de vera
religione.*

*Aug. ad inquit.
Iammar. lib. 2.
cap. 19.*

*An personæ
ecclesiasticæ in
foro cõscientie
uel exteriori ob-
ligentur legibus
ciuilibus impe-
ratorum.*

Leges

A Leges iusta ratione & secundum equitatem naturalem communis boni disponẽ
tes, nõ ligat eos, qui potestati legislatoris nõ subsunt, quos ipse neq; iudicare, neq;
cõdemnare, aut punire potest. Cum ergo personæ ecclesiasticæ, bonæq; ecclesia-
rum non sint subiecta seculari potestati, consequens est ea non posse legibus, aut
statutis secularis potestatis obligari. De hoc primũ est textus Ambrosij. 23. quæst.
8. cap. Conuen. & capitulo præcedente. Imperator si à me, inquit Ambro. peteret
quod meum, id est, fundum meum, argentum meum, & huiuscemodi meum, nõ
refragarer (quanquã omnia quæ mea sunt, sint pauperum) Absit autem à me, vt
ad adam hæreditatẽ Christi. Ea nempe quæ diuina sunt, imperatorie potestati non
sunt subiecta. Templo Domini nihil possum decerpere nec tradere, cum illud cu-
stodiendum non tradendum acceperim. Deinde & consulere me etiam impera-
toris saluti oportet, quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Hęc Amb.
Vnde episcopi nihil habentes præter ecclesiastica, contenti sola portione Leuiti-
ca, his nihil est cõmune cũ principibus seculi ad soluendũ tributum aut vectigal.
Qui verò præter Leuiticã portionem, propria prædia, villas, castella, & ciuitates
possident, Cæsari tributa debent, nisi imperiali benignitate, ab ipso immunitatẽ
promeruerint. Vnde Christus, Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ
sunt Dei Deo. Et Paul. Reddite, inquit, omnibus debita, cui tributum tributũ, cui
vectigal vectigal. Verũ & hic sciendũ, quod super rebus prophanis, in quibus est
ciuilibus socialisq; cõmunicatio cleri cũ laico, & e contrario, veluti super contracti-
bus emptionis, redemptionis, locati, cõmodati. Itẽ super successione in bonis
hereditarijs ecclesiasticæ personæ habitantes in terris legislatori subiectis, eisdẽ
debet legibus ambulare, & hoc nisi lex canonica propter maiorẽ vtilitatem, spiri-
tualẽ aliter disponat, quàm lex ciuilibus. Nã imperator dicit, quod leges nõ dedignã-
tur sacros canones imitari, decreuitq; Iustinianus imperator, vt canones patrũ vim
legum habere oporteat, vt patet cap. 1. de iuramentis calum. Et ideo lex quæ ca-
nonicis obuiat institutis nullius est roboris. In alijs verò non ligantur imperatorũ
legibus, aut laicorũ statutis iuxta capitulũ, Ecclesia sanctæ Mariæ de constitutio-
nibus: & iuxta canonẽ, Bene quidem 96. dist. in quibus dicitur, quod laicis etiam
religiosis super ecclesijs & personis ecclesiasticis nulla sit attributa facultas impe-
randi, à quibus si quid motu proprio statutũ fuerit, quod ecclesiarum etiã respiciat
commodũ & fauorẽ nullius firmitatis existit, nisi ab ecclesia fuerit approba-
tum, textus illi, vt manifestẽ patet, loquuntur de laicorum aut secularis potestatis
statutis, factis, de bonis ecclesiæ alienadis, vt prædijs, vasis, ornamentis, & electio-
nibus, pontificũ & episcoporum. Neq; imperator, neq; secularis vlla potestas habet
potestatem super ecclesias, aut personas ecclesiasticas. Et ideo non potest specia-
liter aliquid de huiuscemodi rebus constituere.

*Tertia cõ-
sideratio.*

*Notabilis Am-
brojij sententia.*

*Matth. 22. d
Rom. 13.*

*Quarta cõ-
sideratio*

Potestas papalis quanquã præficitur potestati imperiali, tamẽ imperator po-
testatẽ seu gradũ suũ secularẽ nõ habet à papa seu ab ecclesiastica potestate. Vnde
pro maiore intellectu huius materiæ cõsideranda est decretalis, Solitæ benignita-
tis, de maiori, & obedientia, ex qua liquidũ est imperatorem quendã Constanti-
nopolitanũ voluisse sacerdotiũ subesse imperio, motus ad id ex autoritate Petri
Apost. dicentis, Subditi estote omni humane creaturæ propter Deũ, siue regi tan-
quã præcellenti, siue ducibus, tanquã ab eo missis ad vindictã malorũ, laudem ve-
rò bonorũ. Respondit autem illi Papa Innocentius, exponens præfatam Petri
scripturam dicens, Si personam Petri loquentis, & eorum ad quos loquebatur, ac
vim locutionis diligentius attendisses, non expressisses taliter intellectum. Scri-
bebat enim Apostolus subditis suis, & eos ad humilitatis meritum prouocabat.
Nam si per hoc quod dixit, Subditi estote: voluit imponere sacerdotibus iugum
subiectionis, eisq; prælationis autoritatem auferre, quibus eos subiectos esse
mone-

*1. Petri. 2. e
Imperator nõ
habet suã pote-
statem à papa,
quãuis sit sub-
iectus papæ.*

monebat, sequeretur ex hoc etiam, quod seruus quilibet in sacerdotes imperium accepisset, cum dicitur, Subditi estote omni humanæ creaturæ. Quod aut sequitur: siue regi, tanquam præcellenti, indicat quidē regem, ac imperatorem habere præcellentiam, sed hanc quidem sicuti reges habere cōsueuerunt in temporalibus, & super illos dumtaxat, qui ab eo suscipiunt tēporalia, qui & eius sunt iurisdictioni commissi: sed pontifex in spiritualibus præficatur & præcellit, quæ tanto sunt temporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori, quanta est inter solem & lunam differentia, tāta est inter pontifices & reges. Vnde beatus Clemens martyr papa tertius, Omnes, inquit, principes terræ, & ceteros homines episcopis obedire præcipiebat beatus Petrus, ut dicitur in capitulo, Omnes, eodē titulo. Et ex superioribus id ipsum liquidissimum est ex sententia Ignatij discipuli Ioannis Apostoli, etiam reges & principes oportere subditos esse episcopo. Corporalia item & temporalia bona, ut pax civilis, & boni mores congruētes paci & tranquillitati reipublicæ, quibus præficatur imperator, sunt ordinanda & dirigenda, atque mouenda in spiritualia, utpote in æterna, tanquam in finem videlicet ad lucrū fidei & charitatis, & ad augmentum Christianæ religionis in pacem salutis æternæ. Et in horum directione secularis potestas habet obedire spirituali potestati, tametsi spiritualis hæc potestas non debet se huiusmodi secularibus & temporalibus negotijs impedire, aut illis sese immiscere, nisi in ordine ad spiritualia disponendo, scilicet dirigendo secularem potestatem, ne ex regimine aut directione illius, vel spirituale bonum impediatur, vel detrimentum salutis spiritualis subsequatur. Verū non inde sequitur, quod potestas secularis prorsus & omnino subdati spirituali, siquidem & in civilibus actibus magis est obediendum rectori ciuitatis, & in militaribus actibus, duci exercitus quam episcopis, qui sese his non possunt immiscere, nisi quatenus eis potestas secularis debet esse subiecta in ordine ad spiritualia. Atque ita spiritualis potestas quamuis præficatur seculari potestati tanquam efficiens causa seu dirigens, & forma, & finis, nec pontifex tamen iura & officia regia imperatoris sibi debet usurpare, sicuti nec imperator iura, & officia spiritualia pōtificis debet præsumere. Potestati seculari humanis tantū rebus, non diuinis præesse cōcessum est, & ideo de ministris, per quos diuina ministrantur, iudicare, non potest, pōtifici aut Christus iussit pascere oues, opus facere euangelistæ non gladio & ferro, sed verbo aggredi, quamuis & ipse gladius secularis potestatis quodammodo pertineat ad potestatem pontificis, quemadmodum ait venerabilis Bernard. Quid tu, inquit ad Eugenium, denuo gladium usurpare tentas, quem semel iussus es ponere in vaginam, quem tamen, qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis. Conuerte gladium tuum in vaginam, tuus ergo & ipse tuo forsitan nutu, sed non tua manu euagināus. Alioqui si nullo modo pertineret ad te dicentibus Apostolis, Ecce gladij duo hic: non respondisset Dominus, satis est, sed nimis. Vterque ergo est ecclesiæ, gladius spiritualis scilicet & materialis, sed is quidem pro ecclesia. Ille vero & ab ecclesia exerendus est, ille sacerdotis, iste militis manu, sed ad nutum sane sacerdotis, iussum verò imperatoris. Habet quidem pontifex iurisdictionem secularem super plebem Romanorum, sed in hac successit non Petro, sed Constantino, qui hanc donauit ecclesiæ primati in beato Siluestro pontifice. Ex his itaque manifesta est prior pars considerationis quartæ, potestatem videlicet ecclesiasticam esse præfectā atque prælatā potestati seculari, regali, seu imperiali. Secunda pars quod videlicet rex aut imperator non habet gladiū suū seu secularem potestatem à papa, hinc patet, quod imperialis potestas erat priusquam esset potestas papalis, nepe & temporale dominiū ac iurisdictionem secularem super urbem & terram Romanorū habuit papa, sicuti iam patuit, ex donatione imperatoris, ut patet in gestis beati Siluestri, quæ com-

Clemens, tertius à Petro, papa.

Ignatij, epist. ad Smirnenfes.

Quomodo potestas secularis subiecta est potestati ecclesiæ.

Lib. 4. de consideratione ad Eugenium.

Duo sunt ecclesiæ gladij.

Pontifex potestatem & iurisdictionem secularem unde habeat.

Imperator non habet imperialem potestatem à papa.

A memorat beatus Gelasius papa sicuti recitat Gratianus. 96. distinctione, capite Constantinus. Amplius autem ad magis intelligendum vires imperialium legum & canonum considerare conuenit an ecclesiasticus ordo hoc ius immunitatis, seu libertatis, ne videlicet posset à secularibus iudicibus iudicari, aut condemnari, cogi seu compelli ad soluendum tributa Cæsari habet ex privilegio, seu donatione, vel cōcessione Cæsaris, an potius ex iure diuino naturali. Quod ecclesiæ, ecclesiastica personæ ac res ipsarum, non solum iure humano, sed & diuino sint immunes, id est, libera à secularium potestatum exactionibus, planè videtur diffiniuisse papa Bonifacius in. 6. decret. in cap. Quamquā de censibus. In contrariū videtur tendere doctrina Pauli, docentis tributa esse stipendia sublimiorum potestatum tanquam ministrorum Dei, qui per ipsorum ministeria gubernans rempublicam accipit tributa & vectigalia, tanquam stipendia ministerij in temporalibus bonis & personis protegendis. Cum igitur tam ecclesiasticæ, quam secularis personæ earumque & ecclesiasticarum bona sint promiscuè posita, & potestas regalis ex æquo personas utraque, & utrarumque personarū bona temporalia defendit & tenetur defendere, consequens videtur etiam ecclesiasticas personas, & res earum esse regibus obligatas. Pro hac igitur re intelligenda, fit hæc consideratio Quinta. Potestas papalis ex iure diuino est suprema in ecclesia, potestas, habens primatum & potestatem iurisdictionis à Christo super omnes ecclesias, & ecclesiæ membra, sicuti ex scripturis sacris, & concilijs, & sanctis patribus demonstrauit lib. 4. de ecclesiasticis script. & dog. cap. 3. parte secunda, vbi patuit, quod vniuersalis ecclesiæ pastoralis cura primitus tota in suo fonte soli Petro data fuit, & id quidem, ut inquit beatus Anacletus, non ab Apostolis ipsum, ut superiorem eligentibus, neque ab ecclesia, sed ab ipso Christo, qui ore proprio hanc ei curam delegauit, Pasce oues meas, qui etsi super plebem Romanæ diocesis dirigendam curam suscepit specialem, vniuersalis tamen ecclesiæ cura generaliter ad eum spectabat, secundum quam omnibus Christi ouibus pastor præfectus erat, ut ipse esset omnium pastorum pastor. Et hinc iam orti sunt in ecclesia ordines graduum ecclesiasticæ iurisdictionis, alij sunt patriarchæ, alij primates, alij archiepiscopi, alij episcopi, alij abbates, decani, plebani, & priores, quorum distinctio spiritu sancto suggerente legitur à Petro facta ad vniuersalis ecclesiæ ædificationem. Atque ita ab hac papali potestate deriuatur immediatè potestas patriarcharum, qui quatuor sunt Hierosolymitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Constantinopolitanus, ad quos, sicuti ad papam, potest sine medio appellari. Post hanc est potestas primatum, quorum quisque super prouincias multas, tanquam primus archiepiscoporum constituitur. Deinde sequitur potestas archiepiscoporum, quorum quilibet in vnaquaque prouincia super multos episcopos princeps præficatur. Post hanc est potestas episcoporum, quorum quilibet in sua diocesi præficatur decanis, archipresbyteris, plebanis, prioribus, abbatibus in vniuerso populo, quemadmodum in actis Apostolorum ad ipsos loquitur. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quos posuit vos spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam suam quam acquisiuit sanguine suo. Habes de his testimonia sanctorum patrum apud Gratianum in decretis per totam distinctionem. Papa igitur si ex iure diuino habeat supremam potestatem super omnia ecclesiæ membra, consequens est papam secundum eandem potestatem papalem ex iure diuino habere, quod à nemine possit iudicari aut condemnari, quippe non habens in terris neque vllum superiorem iudicem, sed neque vllam communitatem cui subijciatur. Cum enim in papa sit plenitudo potestatis, à qua descendit seu deriuatur regendi auctoritas in medios, vsque ad rectores vltimos, consequens est non posse in vlla communitate (secluso papa) esse potestatem maiorem, quam sit potestas papæ, atque

An sit ex iure diuino quod ecclesiastici non soluant Cæsari tributum.

Rom. 13.

Quinta consideratio.

Suprema iurisdictionis potestas ex iure diuino fuit in Petro, & est in successoribus eius dist. 22. cap. Sacrosancta. Ioann. ultimo

Act. 20.

Iuris diuini est papam à nemine posse iudicari aut condemnari.

ita papa non subijcitur concilio tanquam superiori, & habenti sublimiorem potestatem supra ipsum, quanquam persona papæ, quæ non est membrum ecclesiæ necessariū, & sine qua potest corpus ecclesiæ subsistere, possit ex iure diuino hanc potestatem perdere, aut ex autoritate diuini iuris hac priuari, veluti si adferat doctrinam contrariam doctrinæ Christi, in quo casu papalis potestas eatenus residet apud ecclesiam, quatenus potest nominare virum idoneum, cui Deus conferat talem potestatem papalem, quemadmodum sede vacante, pa pa iam mortuo, summa potestas virtualiter apud ecclesiam residet, & ideo tempore schismatis, cum non est in ecclesia indubitatus papa, quilibet cuiuscumq; gradus, status, seu dignitatis, etiam si papalis existat in his, quæ pertinent ad extirpationem schismatis tenetur obedire generali concilio ecclesiam vniuersalem representanti. Hac consideratione præmissa ad considerandum an immunitas ecclesiastica sit ex diuino iure, an potius ex humano iure aut priuilegio. Sciendum est aliud esse de personis ecclesiasticis, aliud de rebus seu bonis ipsorum. Nam bona ipsa temporalia, vt fundi, agri, prædia, potuerunt tributis, ac alijs varijs seruitutibus subiecta esse, priusquam transferantur ad ecclesiam, & sic ecclesia, ratione bonorū illorum soluere tenetur, quia si retransit in alium, transit cum onere suo. Deinde & bona hæc, postquam sunt ad ecclesiam translata, possunt iusta ratione propter reipub. necessitatem onerari ab eo, qui horum bonorum habet dispensationem. Proinde, vt rectè docet Thomas ad Rom. 13. A tributo liberi sunt clerici ex principum secularium priuilegio, quod equitatem naturalem continet, vt quemadmodum reges curam gerunt reip. ad conseruationem temporalis vitæ & bonorum eius, sic clerici & sacerdotes sint ministri reipub. in spiritualibus bonis dirigendis ac promouendis, vt per ministerium spirituale sacerdotum, reipub. impensum, fiat recompensatio quædam regi, etiam pro custodia clericorum, & rerum ipsorum laboranti, & hoc ratio suggerit naturalis equitatis. Et in hanc simul & in scripturas veteris legis spectans, cap. Quamquam, de censibus in. 6. decretalium, planè dicit. Ecclesiæ, ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum non solum iure humano, sed & diuino à secularium personarū exactione liberæ sunt & immunes, quemadmodum etiam sacerdotes apud ethnicos erant à tributo regibus præstando immunes. In Genesi nempe legimus, Subiecit Ioseph omnem terram Ægypti Pharaoni, & cunctos populos eius à nouissimis terminis eius vsque in fines eius, præter terram sacerdotum, & sequitur ex eo tempore vsque in præsentem diem in vniuersa terra Ægypti, quinta pars soluitur absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Rex Darius iussit ministris suis, Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus, Leuitis, cantoribus, & ianitoribus domus Dei, vt non habeatis potestatem imponendi tributum, vectigal, aut annonam sacerdotibus, Leuitis, & c. Iuxta diuini ergo Thomæ sententiam, Bona ecclesiarum & sacerdotum, sunt libera ex principum priuilegio, quod mihi potius videtur dicendum fuisse ex principum donatione. Priuilegium reuocari potest ab eo qui concessit, donatio non est sic ad nutum reuocabilis. Et ideo principes ex iure diuino, non sic possunt ex ecclesiarum bonis ad vsum ecclesiastici ministerij deputatis ac necessarijs, exigere tributa, quæ ipsi semel donauerunt ecclesiæ, volentes ecclesiarū bona gaudere plena libertate, quæ tamen superuenientibus necessitatibus ecclesiæ, rursus tributis grauari possunt, accedente consensu eius, qui horum bonorū constituitur dispensator. Personæ autem ecclesiasticæ non sic secundum personales actiones in secularibus negotijs grauari & onerari possunt à seculari potestate, à qua neq; iudicari, neq; condènari possunt. Et ideo clerici de omni crimine debent coram iudice ecclesiastico cõueniri, neq; valet cõtraria consuetudo, vt dicitur in capitulo, Clerici, de iudicijs. Quòd si clericus in furto, homicidio, vel periurio, aliove crimine

Quòd ecclesiasticæ personæ & res ipsarum non solum humano, sed diuino iure sunt à tributo & à lege secularis potestatis libera.

Genes. 47.

1. Esd. 7.

A mine fuerit deprehensus legitimè conuictus ab ecclesiastico iudice est deponendus, qui si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde anathematizandus, & postremum desertus & degradatus à clero per secularem potestatem comprimendus. Neque potest clericus in iudicem laicum consentire etiam si proprium iuramentum & aduersarij consensus accedat, sicuti in concilijs Milanitano & Carthaginensi constitutum est, vt dicitur capitulo, Si diligenti, de foro competenti. Et ratio huius cõstitutionis est fauor clericorū, & honor illis debitus à plebe & odium laicorum, qui oppidò sunt clericis infesti, & ne fiat præiudicium episcopo suo, sine cuius consensu iurare non potest, nec alium iudicem habere. Amb. ad Valentinū demonstrat iudices laicos, aut etiam Imperatorē non posse in causa fidei vel ecclesiastici alicuius ordinis de episcopis, aut sacerdotibus iudicare, addens Augustum imperatorē, patrem Valètiniani hoc etiam sanxisse legibus. Ex quibus consequens est ecclesiasticum ordinem immunitatem hanc seu libertatem à potestate secularis iudicis nequaquã habere ex solo nudoq; priuilegio Cæsaris aut regis, quia tum esset ad nutum eius reuocabile, sed ex autoritate pontificis Romani accedente cõsensu totius ecclesiæ & donatione, approbatione, seu priuilegio imperatorū. Potestas aut iurisdictionis põtificis Romani non ex homine, neq; à populo aut imperio cõcessa, sed ex Deo est super omnia ecclesiæ membra, & ideo tam Imperatores & reges iam per baptismū populo Christiano ascripti, quàm singuli & vniuersi de ecclesia ex iure diuino subijciuntur illius potestati & constitutionibus editis ad lucrum fidei & ad Christianæ religionis augmentum. Ex lege igitur iurisdictionis ecclesiasticæ seu potestatis papalis, cui etiam reges tenentur subesse ex iure diuino, accedente priuilegio seu potius donatione principis orti sunt canones de immunitate sacerdotū, ecclesiarū & rerum ad eas pertinentium, quibus decernuntur hi, qui sunt ecclesiastici ordinis, esse immunes à grauaminibus, quæ solent laicis imponi, bonaq; clericorum, ecclesiarum, & pauperum Christi vsibus deputata non posse à potestate seculari alienari, ad alium vsum applicari, aut grauari tallijs, collectis, alijsue oneribus, cõstitutionesq;, & leges secularium potestatum de huiuscemodi bonis alienandis esse iniquas, impias, & profus sub ecclesiasticis censuris, & pœnis esse abolendas, tanquã editas ab eo qui potestatem non habet condendi legem, neq; in personas tales, neque in bona earum in quibus potestas data est pontifici tanquã iudici & dispensatori. Verum ex hoc non oportet consequens esse quin & ipsi episcopi & clerus, si tantã necessitatē, vel vtilitatē plebis, ciuitatis, aut regis conspexerint, vt laicorū non suppetant facultates plarunq; ex iure & æquitate quadam naturali teneantur de bonis suis cõmunitati subuenire, vel in vigilijs murorum custodiendis, vel in ciuitate defendenda. Tum enim dispensare bona illa est ad pium vsum dispensare ea. Atque ita secularis potestatis in necessitatibus vel vtilitatibus reipub. non est cogere episcopos & clericos ad tributum soluendum, aut legem eis imponere, sed petere à vicario Christi, qui super huiuscemodi bona pijs vsibus deputata, constitutus est dispensator, vt ipse prout ex prudentia secundum rationem iudicauerit necessarium esse vel expediens, cogat, vel inducat clerum ad releuandas communes reipub. necessitates, quemadmodum & secundum canones etiam clerici conferre tenentur, sicuti alij possessores ad iter faciendum, ad pontem faciendum, aut reficiendum. Vide super his sanctorum patrum antiquorum & conciliorum sententias in decretis distinct. nonagesima sexta, & decretales multas de immunitate ecclesiarum. Omnis lex seu constitutio præcipiens actum iure naturali, aut diuino illicitum, iniqua est, non seruanda, sed profus abolenda. Deinde omnis lex iniqua est, quæ illud, quod naturali iure aut diuino est illicitum dicat aut affirmat licitum esse, aut iustum, aut secundum rectam rationem, aut secundum æquitatem natura-

Clericus non potest consentire, ut iudicetur à seculari potestate.

Clerici de bonis plarunq; ecclesiarum tenentur subuenire ciuitatibus.

Consideratio sexta.

tem naturalem, aut optimo iure faciendum. Veluti si lex dicat, quòd naturaliter liceat contrahentes sese decipere, modò deceptio sit citra medium iusti pretij, aut quòd secundum rectam rationem, & optimo iure liceat pro maiori malo vitando vsuras exigere & recipere, aut quòd ad subueniendum magnæ necessitati pauperum citra tamen extremam liceat mihi palam, vel occultè surripere diuitibus, superflua habentibus, ad releuandum inopiam pauperum. Verùm hic ne fallaris oportet diligèter cõsiderare verba ipsius legis. Nam aliud est si lex dicat naturaliter permittimus contrahentibus sese decipere, aut sceneratoribus vsuras recipere, & meretricia in ciuitatibus permanere, decernimusq; tales peccantes non esse impediendos, aut molestandos. Nam legem, quæ sic disponit non oportere esse iniustam liquidum est ex præcepto Christi. Nolite eradicare zizania, ne conculetis triticum, finite vtraq; crescere, &c. Aliud verò si lex dicat naturaliter licitum est aut secundum æquitatem naturalem, & optimo iure concessum est vsurarijs recipere vsuras, aut contrahentibus sese decipere, aut meretricibus in meretricijs permanere. Nam leges, si sic aliquid traderent licitum aut iustum esse, nõ leges, sed impietates essent. Insuper aliud est, si lex dicat licita, iustaque ratione promissæ vsuræ soluuntur vsurario. Aliud verò si dicat licita, iustaque ratione vsurarius exigit & accipit earum solutionem, Vnde & Imperator lege prima de vsuris: Si promissio in vsuris scilicet soluendis rectè facta probetur, licet instrumenta conscripta non sint, tamen optimo iure debentur, & non oportet dicere legem hanc esse iniustam. Nam aliud est dicere me optimo iure debere vsuras soluere. Aliud verò est vsurariũ optimo iure exigere aut recipere illas ratione promissionis, aut iuramenti, aut stipulationis. Optimo iure tenetur quis vsuras soluere, quas tamen alius nullo iure aut æquitate potest aut exigere, aut recipere. Sic iniqua lex iustiniani statuentis religionis causa coniugia debere dissolui. Fuit quidem Iustinianus Imperator verè catholicus, sed tamen ignoranter hoc statuit, Vide canonem. Sunt qui dicunt. 27. quæstione. 2. Leges iustæ & principes reipublicæ non solum modò mala tolerant, ne vel bona impediatur, vel maiora mala contingat, sed & licitè iubent ne malæ vitæ homines impediatur aut molestentur. Sic leges imperiales & canones tolerant Iudæorum ritus & cæremonias, liciteque prohibent Christianis, ne illos in his molestent. Iudæi autem quamuis peccent his suis ritibus, leges tamen sic tolerant & prohibentes Christianis ne ab his suis ritibus impediatur, vel molestent, rationabiles sunt & iustæ. Propterea quòd ex huiusmodi tolerantia spirituale bonum aliquod prouenit Christianæ ecclesiæ habenti etiam testimonium fidei suæ ab hostibus. Hac ratione & scripturæ sacræ eorum: ac veteres earum interpretationes non editæ in odium Christianorum non sunt illis auferenda, libri autem editi post passum Christum ad fouendum perfidiam contra Iesum Christi diuinitatem, si adsit facultas, sunt ipsis auferendi, & per Christianos principes comburendi, tanquam blasphemi & mendacijjs pleni, si absque turbatione Christianæ ecclesiæ fieri potest, sicuti & ipsi infideles compellendi sunt, ne blasphemijjs falsisue persuasionibus impediatur fidem Christi, Sic & rationalis est lex principis, iubens hæreticorum libros esse eis auferendos & comburendos. Aliorum verò infidelium ritus, ex quibus nihil utilitatis, aut veritatis speratur futurum, non sunt vllatenus tolerandi, nisi fortè propter malum aliquod vitandum, qualis est reipublicæ Christianæ turbatio, veluti cum est magna infidelium & hæreticorum multitudo, quæ sine turbatione rescari non potest. Ex his omnibus liquidum est, quòd neque finire malum fieri, est secundum se malum, neque prohibere alijs ne impediatur malum fieri, secundum se malum est, sicut & Christus præcepit non solum vt finiremus zizania crescere, sed & prohibuit ne eradicemus illa propter triticum non conculeandum.

Vtique

Naturaliter
permittitur ma-
num licet.

Matth. 13. d.

Aut. de nupt.
Parag. de stru-
hymur.

Cõsidera-
tio septima

Qui libri sunt
Iudæis auferen-
di, & qui non.

Matth. 13. d.

not

A Vtique tamen est secundum se malum malè facientibus auxilium præstare & fauere. Vnde lex Iustiniana concedens vsurarijs exercitium vsurarum, prohibensq; alijs ne vsurarios ipsos impediatur ab vsurarum exercitio, iusta esset & rationalis, si neque auxilio aut fauore iuuaret vsurarios ad exigendum vsuras, neq; daret eis actionem in iudicio contra recipientes sub vsura mutuum, disponens etiam & cogens, quòd tales debeant vsuras soluere. Tametsi equæ & iustæ sint leges & canones disponentes & cogentes, vt hi qui receperunt mutuum sub vsura, seruet promissionem & iuramentum etiam in solutionibus vsurarũ, quas iurarunt soluere. Et quia nonnullæ leges Iustinianæ permittentes vsuras sic concedunt vsurarijs vsurarum exercitium vt auxilium & fauorem præstent ipsis, ideo sunt iniquæ & irrationabiles. Lex verò canonica concedens Iudæis obseruantiam suarum solennitatum, rituum, & cæremonialium, prohibensq; Christianis, ne molestent, vel impediatur ipsos sic obseruantes cæremonias illas ex causa iam dicta, iusta est & rationalis, vt patet in cap. Qui sincera. 45. dist. Obiecerit forsitan quispiam, iniquæ sunt leges permittentes cultum idolorum, prohibentesque Christianis, ne idololatrias ab huiusmodi cultu aut sacrificio impediatur. Vnde in nullo libro ciuilibus iuris inuenitur vlla lex aut constitutio, aut de colendis idolis, aut de idololatriis permittendis, & non prohibendis, eò quòd catholici Imperatores tales constitutiones olim ab imperatoribus gentilibus editas non solum abstulerunt, imò & contrarium mandauerunt, vt patet in capitulo de paganis & sacrificijs & templis eorum, videtur ergo à paritate rationis, lex canonica iniqua esse permittens Iudæis ritus, & solennitates veteris legis, quibus obseruantijs procul dubio ipsi grauitè peccant. Respondeo consequentiam non valere, Neque enim sequitur ecclesiæ utilitas ex permissione cultus idolorum, quæ sequitur ex permissione & tolerantia Iudæorum. Quòd si ex permissione tali speretur spiritualis necessitas, seu utilitas ecclesiæ absque periculo maioris dispendij, iam non erit illicitum idololatriam permittere, & mandato aliquo prohibere ne idololatriam tunc impediatur aut molestentur, non sic tamen quin idololatriis seu & sacrificantibus idolis, liceat, imò & præceptum sit Christiano resistere vsq; ad mortem, & martyrij passionem præsertim cum aliquid utilitatis speratur inde futurũ. Quamuis autem non liceat alterum inducere ad actum aliquem illicitũ, quem alijs non est paratus facere, vtique tamen mala voluntate alterius iam parati opus malum facere mihi licet vt ad utilitatem, vel necessitatem, aut propriam, aut alienam. Sic licet mutuum ab vsurario petere, & iuramentum fidelitatis à pagano & idololatra per falsos Deos iuraturum exigere, pro obseruatione pacis seu promissi fœderis. Sic quoq; licet mihi res meas latronibus & prædonibus manifestare pro conseruatione vitæ. Illiciti verò sunt huiusmodi actus in casibus, vbi nulla ex ipsis speratur utilitas, nullaque sit rationalis causa. Proinde exigere iuramentum ab eo quem scio paratum esse iurare falsum, mihi regulariter non licet, quia communiter nulla inde utilitas sequitur, quòd si aliqua inde speretur utilitas licet mihi, quemadmodum & iudici, vt seruetur in suo tribunali iuris ordo, licet exigere iuramentum ab alio etiam periuraturum, potestque inde sequi bonum spirituale etiam ipsius periurantis. Plærung; contingit, quòd sic permissus cadere in grauissimum periurij peccatum, inde concipiat pœnitentiæ occasionem. Vnde exigens huiusmodi actus, quos alter exercendo peccat, neq; consentit, neq; complacitum habet in alterius peccatum, sed consentit in actus, quos alter sine peccato potest licitè facere, cuiusmodi sunt, mutuarè, iuramentum seruandæ fidelitatis præstare, vitam mihi non adimere. Quotienscunq; autem peto ab altero aliquid quod ipse mihi sine peccato præstare potest, nõ pecco etiam si nouero alterum id mihi non sine peccato præstiturũ, præsertim cum alter obligatur id præstare. Proinde

Obiectio.

Mala voluntate
alterius mihi
uti licet.

Iuramentũ ex-
igere ab eo quẽ
scio falsum iu-
raturũ in casu
licet.

F 3

à parochio,

à parochio, qui obligatur mihi sacramenta ministrare, licitè exigo sacramentum, A non obstante quòd nouerim uerifimiliter ipsum paratum ministrare & tractare sacramenta indignè. Si uerò peto aliquod illicitum ab altero, quia ipse mihi sine peccato ministrare nō potest, iam cōsentio in peccatū eius, ueluti si petam carnalem copulā ab ea, quę nō potest esse vxor mea, uel si petam ut me iuuet ad occidēdum, uel ad adulterandū, uel ad faciendum actum quempiā iure diuino prohibitū.

Caput decimum, de consuetudine: Quid sit consuetudo, quomodo introducatur, & quos liget.



Reliquum est iam paululum de consuetudine differere & considerare, an ipsa habeat vim iuris, seu legis in foro cōscientiæ obligantis, quēadmodum indicat descriptio eius, qua dicitur. Consuetudo est ius quoddam moribus institutū, quod pro lege suscipitur. Quamuis autem mos & consuetudo idem significant, aliter tamen in descriptione accipitur mores, aliter cōsuetudo, quēadmodum & aliter accipitur mos, aliter moribus cūm definitur. Mos est consuetudo longa de moribus tracta. Mores sunt actus frequentius reiterati. Consuetudo autem est ius illis actibus institutum. Verūm hic præmittendum est, quòd ius bifariam accipitur, Nunc pro lege, ueluti cūm dicimus legem decalogi esse ius diuinum, &c. Nunc pro dominio, ueluti quum dicimus aliquem habere ius in possessionem, uel in agrum. De hac posteriore acceptione nihil ad præsens. Ius primo modo acceptum, generale nomen est, cuius species sunt ius naturale, & gentium, ius diuinum, ius ciuile. Iuris naturalis & gentium sunt, quæ sunt constituta ratione naturali, habente locum inter omnes homines, & idcirco hæc non recipiunt mutationem ex variatione temporum, locorum, aut ciuitatum. Ius ciuile, quod vnaquæque ciuitas uel prouincia sibi constituit, quatenus congruit qualitati temporis, loci ciuitatis, quod & proinde mutabile est secundum variam conditionem temporum & locorum. Paulus iuriconsultus de acquirendo rerum dominio. Quarundam rerum, inquit, dominia acquirimus iure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines plæreque seruatur. Quarundam uerò rerum dominia acquirimus iure ciuili, id est, iure proprio ciuitati nostræ. Et quia antiquum est ius gētium cum ipso humano genere proditum, opus est ut de hoc prius referamus. Omnia igitur animalia, quæ in terra, in mari, cæloque capiuntur, id est, ferę bestię, uolucres, pisces capientium fiunt, quod enim nullius est, id ratione naturali occupanti cōceditur. Neq; interest quoad feras bestias ac uolucres, utrū in suo fundo quisq; capiat, an in alieno. Planè qui in alienum fundum ingreditur uenandi aucupandive gratia, potest à domino, si is præuiderit, iure prohiberi ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperimus, eousq; nostrum esse intelligitur, donec nostra custodia coercetur, cūm uerò euaserit custodiam nostram, & in naturalem libertatem se receperit, nostrum esse desinit, & rursus occupantis fit, nisi tales sint bestiæ, quæ factæ sint mansuetæ, quæ & ut emitti, sic & reuerti solent.

Apium quoq; , ut inquit Caius iuriconsultus, fera natura est, ideoq; si in arbore nostra confederint, non magis nostræ esse intelliguntur, quàm uolucres, quę in arbore nostra nidum fecerint. Itaque si alius eas concluderit, illius erunt. Pauonum, & columbarum, & ceruorum, fera natura est. Neque refert quòd ex consuetudine auolare, & reuolare solent. Nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. In his autem animalibus, quæ ex consuetudine ire & redire solent, talis regula comprobata est, ut eousque nostra esse intelligantur, donec reuertendi consuetudinem non deseruerint. Gallinarum autem & anserum non est

Quid sit cōsuetudo.

Quid sit Mos.

Ius bifariam accipitur. Iure diuino.

Ius ciuile.

Quarundam rerum dominia acquirimus iure gentium, quarundam uerò iure ciuili.

A est fera natura & ideo si turbati adeò longè auolauerint, ut nesciamus ubi sint, nihilominus tamen in nostro dominio conseruantur, quamobrem & de causa furti tenebitur, qui quid eorum lucrandi animo apprehenderit. Item quæ ab hostibus capiuntur iure gentium fiunt capientium, adeò etiam, ut liberi homines in nostram seruitutem deducantur, qui tamen si euaserint potestatem hostium, recipiunt pristinam libertatem. Item quòd per alluuium paulatim agro nostro flumen adiecerit, iure gentium acquiritur nobis. Res uerò quæ in tempestate maris leuanda nauis causa eijciuntur, ipsius domini permanent, quia non eo animo eijciuntur, quo quis eas habere nō uelit, sed quo magis periculum maris effugiat. Quamobrem si quis eas fluctibus expulsas, uel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum cōmittit. Sic oues & porci, & pecora à lupis erepta, non eripientis fiunt, sed in dominio manēt eius, à quo sunt erepta. Hęc quoq; res, quę traditione nostræ fiunt, iure gentium nobis acquiruntur. Nihil enim est tam conueniens naturali æquitati, quàm uoluntatem domini uolentis rem suam transferri in alium, ratam haberi, siue per se rem tradat, siue per alium, ueluti procuratorem, & ideo quæ ex donatione, uel consensu & contractu contrahentiū, ut ex uenditione uel emptione acquirimus, iure gentium nostra fiunt. Hęc & id genus alia multa habes. ff. de acquirendo re. dominio. Iure ciuili rerum dominium acquirimus, possessione, usucapione. Usucapio est acquisitio uel adiectio domini per continuationē possessionis, secundum tempus lege definitum. Usurpatio autem est interruptio usucapionis. ff. de usucapionibus. Usucapio sic generaliter definita, & præscriptio non differunt. Alijs autem modis multis perduntur, & acquiruntur rerū dominia iure ciuili, ueluti ex delicto, uidelicet cūm in pœnam peccati quis bonis suis priuatur, & secundum leges ciuitatis mulctatur hac uel illa pœna, quæ sanè leges per loca & ciuitates variantur. Huius autem ciuilis iuris species duę sunt, ius uidelicet scriptum, ueluti constitutiones imperiales, sanctionesque canonicę.

C ius non scriptum, & hoc est, quod hic uocatur consuetudo, quæ secundum eam significationem, de qua nunc loquimur, est ius quoddam moribus constitutum, quod pro lege suscipitur. Unde sequitur, quòd sicut leges humanæ, secundum regiones diuersas & tempora variantur, ita & consuetudines. Et sicut iniqua est humana lex, quæ constituta est contra ius naturale aut diuinum, ita & iniqua est consuetudo contra ius naturale aut diuinum custodia. Proinde uolentibus leges posituias & diuinas intelligere, an rectæ sint ac æquæ, oportet in præceptis naturalis iuris & diuini non deuiare. Unde non rectè docuisse uidetur Scotus in. 4. & 15. quæst. 3. tradens quòd nulla lex posituiua constituens hominem pro ullo crimine occidendum, iusta est, nisi in illis casibus statuatur, in quibus Deus hominem occidi iussit, ueluti pro criminibus blasphemię, homicidij, & aliorum criminum secundum scripturam sacram morte puniendorum. Nam Deus absolutè prohibuit, Non occides. Et ideo lex posituiua non potest, inquit, esse iusta, disponens, quòd nudus fur, qui non est inuasor, occidatur. Ex quo consequitur quòd consuetudo patriæ, secundum quam fures suspenduntur pro simplici furto, esset tanquàm iniqua, & contra ius diuinum abolenda. Addit pœna occisionis pro adulterio, quæ in ueteri lege statuta erat à Deo, reuocata est à Christo, iuxta illud Ioann. 8. ad mulierem in adulterio deprehensam. Nemo te condemnauit mulier, neq; ego te condemnabo. Verūm hanc sententiam Scoti esse à ueritate deuiam hinc patet, quòd iudicialia ueteris legis deserunt habere vim obligandi per Christi euangelium. Præceptum autem decalogi, Non occides, interpretandum est secundum ipsum ius diuinū, quo dicitur. In fontem & iustum non occides. Maleficos autem non patieris uiuere. Uolentibus igitur scire, an cōsuetudo aliqua sit iusta uel iniusta, in primis oportet obseruare, an actus in quibus talis consuetudo uersatur, sint

Per alluuium aliquid nostrū fuit.

Consensu, contractu, donatione domini rerum acquirimus iure gētium.

Usucapio quid sit. Usurpatio.

Iuris ciuili diuisio.

Error Scoti de furibus non occidendis.

Exod. 23. a
Exod. 22. e

naturali aut diuino iure illiciti seu prohibiti. Paganos, infideles, & Iudæos in re-
gnis Christianorum commorantes, si crimina commiserint in Christianos, morte
aut supplicio digna, licitum est iudici Christiano occidere, punire, aut coercere
vinculis, carceribus, & verberibus, secundum constitutiones, & leges decernentes,
tales sic iudicandos esse & condemnandos. Hic iam si dixeris, Pagani, Iudæi infi-
deles, cum foris sint, non obligantur, constitutionibus canonicis, aut legibus, aut
sententijs iudicum Christianorum, iuxta Pauli Apostoli sententiam, Quid mihi
de his quæ foris sunt iudicare? Respondeo antecedens falsum esse, neq; leges, aut
consuetudines, quibus puniuntur Iudæorum crimina obuiant sententiæ Pauli.
Loquitur nempe Apostolus de iudicio ad pœnam spiritualem, quæ solet per ec-
clesiasticum iudicem imponi, qualis est pœna excommunicationis, aut separatio-
nis à communione, & à perceptione sacramentorum, & à communione fide-
lium. Tales enim infideles cum sint foris, amplius foras eijci non possunt. Vnde ad-
iecit ibidem Apostolus: Eos qui foris sunt Deus iudicabit. Tandem concludens,
Auferte malum à vobismetipsis. Insuper & leges canonicæ non ligant eos, qui
foris sunt, si contra solos agant canones obseruandos à Christianis, de sacramentis
ecclesiasticis, & ritibus colendi Christum. Super his non iudicat de illis ecclesia.
Ipsi enim illis constitutionibus canonicis, de obseruationibus huiuscemodi, velu-
ti ieiuniorum, & festorum, & sacramentorum percipiendorum, non ligantur, &
ideo canones irritantes matrimonium Christianorum propter gradus consangu-
nitatis aut affinitatis prohibitos, solo iure canonico non irritant matrimonia infi-
delium Paganorum, & Iudæorum, nisi & ipsi huiuscemodi canones, vel loco ca-
nonum, consuetudines pro legibus susceperint. Quo fit, vt coniuges infideles,
qui sic contra canones contraxerunt conuersi ad fidem, permittuntur in matri-
monijs contractis permanere, nisi & lege diuina aut consuetudine recepta apud
illos matrimonia huiuscemodi censeantur etiam apud eos irrita.

Pagani, infide-
les, et Iudæi, an
ligentur legib.
& consuetudini-
bus Christiano-
rum.
1. Corin. 5.

Eodem.

Canones irritā-
tes matrimonij
Christianorum
non irritāt ma-
trimoniū paga-
norum.

Caput undecimum tractat de consuetudine recipiendi pecuniam pro missa-
rum vel sacramentorum administratione.

De consuetudi-
nibus quibus
recipiuntur tem-
poralia pro mi-
nistrijs sacra-
mentorum aut
missis.



ETERUM multæ & variæ sunt consuetudines in ecclesiasticis mi-
nisterijs de recipiendis temporalibus emolumentis, & stipendijs
pro sacramentorū, ac spiritualium rerum ministerijs, vbi si con-
suetudo est ad actus diuino iure prohibitos iniqua est. Si verò ad
actus licitos non est cōsuetudo iniqua, quanq̄ interdum contin-
gat opus verè licitū secundum consuetudinē, esse illicitum pro-
pter intentionē operantis, non rectè intelligentis iustitiam & æquitatē consuetu-
dinis. Quemadmodū mihi non est licitū propter sustentationē vitæ, aut propter
pecuniā celebrare missas, aut euāgelizare propter pecuniā verbum Dei, aut pro-
pter pecuniā exequias pro defunctis facere, aut sacramenta vel beneficia ecclesia-
stica dispēsare. Ita neq; mihi licitū est dare pecuniā vel sustentationē corporalem,
alteri tanq̄ pretiū, vel mercedem celebrationis, prædicationis, vel exequiarū, vel
ministerij sacramentorū. Huiuscemodi enim opera sola sunt instituta ad effectum
spiritualem obtinendū, neq; possunt alium habere finem. Ideo illa facere propter
pecuniam, tanq̄ propter pretium vel mercedem, est iniuriā Deo facere. Proinde
iniquæ sunt omnes consuetudines pro legibus susceptæ sic interpretatæ, tanq̄ pro
huiuscemodi spiritualibus ministerijs sit pecunia quasi pretiū aut merces, vel dan-
da, vel recipienda. Quemadmodum aut licitum est ministro ecclesie huiuscemo-
di ministerijs spiritualibus occupato accipere pecuniā temporaliaq; emolumen-
ta, tanquam stipendiū vitæ, id est, tanq̄ cibum & vestitum, aliaq; ipsi necessaria. Ita
& iustæ

Propter pecu-
niam prædica-
re, vel missas ce-
lebrare.

A & iustæ, ac æquæ sunt cōsuetudines, quibus consuetum est, quòd populus det tem-
poralia quædam emolumenta ministris ecclesiæ, tum enim emolumenta illa sunt
tanquam debita quædam vitæ taxata per consuetudinem in stipendium vitæ.

Iure enim naturali, & diuino plebs obligatur suum pastorem alere, quemad-
modum docet Christus & Paulus. Atque ita hæc consuetudines consonæ sunt do-
ctrinæ Christi & Apostolorum, Christus enim de huiuscemodi ministerijs agens.
Dignus est, inquit, operarius mercede sua. Et vt intelligeremus hanc mercedem
esse accipiendam, tanquam cibum & alimentum vitæ non tanquam pretium &
mercedem, propter quam verbi Dei prædicator possit licitè euangelizare. Apud
Matthæum legimus: Dignus est operarius cibo suo. Item Paulus cum de euange-
lizantibus verbum Dei ageret, dicit: Quis militat suis stipendijs vnquam, non
hoc intelligit de stipendijs, quæ sunt tanquam pretia & mercedes pro euangelij
prædicatione accipienda, quemadmodum is qui fodit in corporali vinea acci-
pit stipendium, tanquam pretium operarum. Alioqui Paulus dixisset contra seip-
sum docentem prædicandum esse ad lucrificandum fratres Christo Domino, &
contra doctrinam Christi docentis: Gratis accepistis, gratis date. Intelligit er-
go Paulus hoc de stipendijs sustentationis vitæ, id est, de cibo, & vestitu, alijs-
que necessarijs, quæ obrem & postea subdit: Dominus ordinauit his qui euāgeli-
um annunciant de euangelio viuere. Vnde aduertere oportet aliud esse stipen-
dium vitæ, aliud stipendium operarum. Stipendium vitæ neque accipitur neque
datur ex pacto aut ex conuentione, vt pretium pro laboribus seu operis impen-
sis, sed mendicis, vel amicis, aut alijs gratis datur, his præcipuè, qui sunt de re-
publica bene meriti, qui videlicet pro republica militarunt intuitu non tempo-
ralis mercedis, sed salutis & communis boni ipsius. Stips, à quo stipendium ap-
pellatur apud antiquos non solum erat merces militibus mercenarijs retribuenda
intuitu mercedis laborantibus, sed erat etiam pecunia vel mendicis gratis ero-
ganda, vel in ærarium seponenda ad dispensandum his, qui ingenuè, liberaliter,
& gratis pro salute reipublicæ essent militaturi, etiam se morti exponentes.

Iure naturali
& diuino plebs
obligatur pas-
tori ad stipen-
dium vitæ.
Matth. 10.
Luc. 10.
1. Cor. 9.

Matth. 10. 8
1. Cor. 9.

Matth. 10. 8

Aliud accipere
aliquid tanquā
stipendium vitæ,
aliud accipere
illud tanquam
stipendium pro
operis & labo-
ribus.

Verum & hic sciendum, quòd in huiuscemodi spiritualibus ministerijs,
aliud est sacerdotem ministrare sacramenta pro mercede vel pecunia. Aliud
verò est illum locare operas suas pro mercede. Operas vel labores dico, non quæ
sunt vel in ipsius missæ celebratione, vel in actu baptizandi aut euangelium præ-
dicandi, & cæt. Huiuscemodi enim actiones sunt partes sacramentorum, neque
in se sunt actiones vtilis nisi ratione solius spiritualis effectus annexi, qui non
potest vlllo pretio æstimari aut vendi, sed operas & labores dico actiones ante-
cedentes, comitantes, & dependentes, ad quas ipse personam suam potest pro
mercede obligare, veluti sunt, in loco residere, & ad ecclesiam ire, & suam præ-
sentiam toties exhibere, neque sese absentem præstare. Vnde obligatio, qua sese
ex libero seruum ad hæc faciendum facit, est pretio æstimabilis. Ipsi in super labo-
res & operæ pretio sunt æstimabiles. Ideo ad hæc præstanda potest operas & acti-
ones suas locare pro mercede. Porro aliud est sese ciuilitè pro mercede obli-
gare ad sacramenta toto die dispensanda, vel ad verbum Dei prædicandum sin-
gulis diebus in septimana tota, aliud est tota die sacramenta pro mercede ministra-
re, aut tota septimana prædicare pro mercede. Nam in priori sensu potest quis to-
ta die sacramenta gratis ministrare & prædicare pro salute animarū. In postero-
ri aut non potest gratis facere, dum pro mercede facit. Ex quibus consequens,
quòd etiam in his spiritualibus ministerijs licitum est hæc temporalia emolumen-
ta dare, & accipere non solum vt stipendium vitæ, sed etiam vt pretium & merce-
dem operarū, & laborum locatorū ex conuentione & pacto ad certum, aut diurnū,
aut annum denarium. Atq; ita ex his omnibus est manifestum licitas esse consue-
tudines,

Sacerdos ope-
ras suas locare
potest.

Quò licet uen-
dere uel locare
operas pro mer-
cede ad mini-
strandum spiri-
tualia.

Num 18. c.
cap. ad Aposto-
licam de Simonia

Ministros eccle-
siae accipere te-
poralia, non est
mendicium.

Luc. 10. b.

An liceat ali-
quid exigere
pro possessione
canonicatus
aut beneficii.



Sola consuetudo
patrie irritans
contractum, aut
domini transla-
tionem nasci fa-
cit alibi aliquò
esse incestum aut
furtum qui alio
quo esset licitus

tudines, quibus in ministerijs ecclesiasticis gratis & liberaliter exhibendis so-
lent sacerdotes operas suas & labores locare, & vendere consueverunt. Vnde ex
dispositione iuris diuini populus veteris legis duplici sine obligabatur sacerdo-
tibus & leuiticis dare decimas, vno quidem modo pro sustentatione vitæ ipsorū,
quemadmodum pauperi damus eleemosynam gratis ad sustentationē vitæ eius,
sic dicit Deus ad populum Israel, Omnem decimam inferte in horreum meum,
vt sit cibus in domo mea. Secundo populus obligabatur decimas & oblationes
dare tanquam pretia, & stipēdia ministerijs, operis, ac laboribus sacerdotum de-
bita, & ad illum sensum dicit Deus filijs Leui: Dedi omnem decimam pro mi-
nisterio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Vnde generale cōcilium sic
habet: Super mortuorum exequijs ac benedictionibus nubentium similibusque
spiritualibus rebus, exactiones fieri prohibemus, pias autem consuetudines obser-
uari præcipimus, statuentes, vt liberè conferātur ecclesiastica sacramenta, sed per
episcopum loci veritate cognita, compescantur laici, qui malitiosè nituntur im-
mutare laudabilem consuetudinem, quæ pia deuotione erga ecclesiam fuit intro-
ducta. Vnde dicunt canonistæ, si exactio præcedens dedit causam consuetudini,
tunc non valet cōsuetudo qua datur aut recipitur aliquid pro spirituali, & secun-
dum intellectum hunc intelligitur textus in cap. Cū in ecclesia de Simonia. Si
verò exactio præcedens non dedit causam consuetudini sed liberalitas, & deuotio
populi, tum valet consuetudo. Demū ex superioribus est manifestum quòd
ministros ecclesiæ accipere alimoniam vitæ ab his quibus euangelizant spiritua-
liaq; ministrant nō sit mendicitatis, sed potestatis, & debite mercedis propter or-
dinationem Christi ordinantis, vt qui euangelium annunciant, potestatem, & ius
habeant viuendi de euangelio, veruntamen non ideò debent ecclesiæ ministri eu-
angelizare, vt vel manducant, vel habeant victum & vestitum huic vitæ necessa-
rium, sed ideo debent manducare, vt valeant euangelizare. Nam si propterea eu-
angelizant, vt manducant vilius habent euangelium q̄ cibum. Licitū quidem est,
vt qui euangeliū annunciant de euangelio viuant. i. de euangelio habeāt vitæ suæ
alimoniā, sed tamē non propter huiuscemodi alimoniā, neq; propter temporalia
huic vitæ necessaria, licitū est euangelizare, aut ministrare spiritualia. Cōsuetudo
aut exigendi aliquod temporale à recipiendis in possessionē præbendæ vel bene-
ficii ecclesiastici, an sit licita, an illicita contra ius diuinum, disputant doctores in
cap. Iacobus de Simonia. Mihi videtur ex fructibus præbendæ recipiēdis aliquid
exigere aut dare in fauorem diuini cultus, non esse illicitum. Deinde exigere
aut dare temporale, pro hoc vt nouiter receptus acquirat ius ad vitam suam vten-
di communibus bonis per collegium canonicorum ordinatis pro ornamentis,
cappis. Postremum neque illicitum videtur exigere aliquid reponendum in æ-
rarium publicum, vt particeps efficiatur eorum, quæ in ærario illo reseruantur
pro defensione iurium. Exigere autem vel dare aliquid temporale pro ipsa ad-
missione nuda ad possessionem, vel ad ministerium spirituale & ecclesiasticum, D
& ita indirectè impedire receptionem fructuum profus videtur Simoniacum.
Neque valet consuetudo recipiendi temporalia hoc pacto. Deinde consue-
tudinem habere vim legis irritantis aut approbantis, liquidum est. Nam inter-
dum propter solam patriæ consuetudinem contractus nuptialis, qui secundum
certum consanguinitatis aut affinitatis gradum iure diuino non prohibitum in
vno loco est licitus, in alio loco est incestus, consuetudine contractum illum nu-
ptialem irritante. Item occupatio bonorū à filio post mortē patris, quæ in vno
loco est vera successio, est in alio loco furtiua, & illicita vsurpatio, obstatē loci con-
suetudine. In vno loco filius primogenitus iure cōsuetudinis, totū occupat patri-
monium. In alio autem loco, patrimonium æqualiter inter filios est diuidendum.

In


A In huiuscemodi ergo rebus, si quis adeò est contentiosus, vt contra consuetu-
dinem suæ patriæ, clandestinè surripiat à fratre ea, quæ sibi secundum consuetu-
dinem alterius patriæ debita essent, nemo est qui dubitat, quin ille peccauerit
furti crimine. Patet itaque consuetudinem habere vim legis, de hoc sic loquitur
Augustinus: Si iniquum est auiditate possidendi, transgredi limitem agrorum,
quanto iniquius est libidine concumbendi subuertere limitem morum, hoc est,
consuetudinem. Vnde consuetudo potest personas alioqui habiles ad cōtrahen-
dum facere inhabiles, & impedire ne vllum vinculum matrimonij ex contractu
oriatur, vt patet in filijs duorum compatrum, per quorum neutrum deuentum
est ad cognationem spiritualem. Atque ita vbi consuetudo pro lege suscepta est,
vt non cotraheretur in quinto consanguinitatis gradu, non tenet matrimonium,
sic contra consuetudinem loci contractum. Iam si roges, an valeat consuetudo
contrahendi matrimonium contra canones, vtpote si consuetum sit contrahere
in gradibus consanguinitatis & affinitatis prohibitis, non lege diuina, sed sola le-
ge canonica. Et videtur valere consuetudo, nam vt ex superioribus patet, con-
suetudo vincit legem. Respondeo cōsuetudinem illam non valere, nisi papa, ta-
cità vel expressè consuetudinem approbante. Neq; enim ad abrogandam legem
papalem pro spiritualibus rebus editam, præsertim irritantem contractum, suf-
ficit consensus populi, quamuis sufficiat consensus totius populi contra leges sæ-
cularis potestatis, præsertim vbi potestas sæcularis à populo est instituta. Deinde
& populus ius condendi leges contra leges imperiales habet ab ipso imperato-
re, & ideo possunt introducere consuetudinem contra leges sæculares, nō sic con-
tra ius canonicum institutum à potestate spirituali, quæ non potest in laicos cade-
re. Et hinc iam patent rationes iusticiæ & æquitatis in iuribus, & consuetudini-
bus multiplicibus in singulis prouincijs aut regnis, aut ciuitatibus contra dispo-
sitionem imperialium legum.

15. de Cinitas.
cap. 16a

Consuetudo
contrahendi
contra canones
an valeat.

L. Oēs populi
ff. de iustitia
et iure.

Caput duodecimum tractat, quomodo consuetudo vim habet legis, & lex &
consuetudo ad se mutuo comparantur.



Elíquum est iam considerare qua ratione consuetudo habeat
vim legis, & quonam pacto consuetudo legem vincat. Nam ex
hoc quod quis annis multis facit vel dat aliquid alteri liberali-
ter, veluti recipiens illum annis singulis in hospitium, vel va-
dens ad molendinū illius, vel ex eo quòd parochiani liberaliter
dant pastori parochio octauam partem frumenti, aut bladi, cum
solum teneantur decimā, aut vndecimā dare, non introducit obligatio. Vide-
tur igitur quòd cōsuetudo certis diebus ieiunandi aut celebrādi festum quoduis
introducā ex sola deuotione populi sine intentione sese obligādi nō habeat vim
D legis obligantis. Pro his igitur intelligēdis cōsideranda sunt aliqua. Primū scien-
dum est q̄ consuetudinē habere vim legis, indicat descriptio consuetudinis, quæ
secundum eam significationē, de qua nunc loquimur, est ius quoddā moribus in-
stitutū, quod pro lege suscipitur, rationē aut quare habeat vim legis assignauit Im-
perator. Consuetudo iudicio & consensu populi pro lege inquit suscepta, vim ha-
bet legis. Nam cum ipse leges nulla alia ex causa nos teneat, q̄ quòd iudicio popu-
li pro legib⁹ susceptę sunt, merito & ea quę sine vlllo scripto populus probauit, ab
omnibus tenēda sunt. Neq; enim interest an suffragio seu consensu populus suam
voluntatem declaret, an rebus ipsis & factis. Et ideo leges non solo cōsensu legis-
latoris, sed etiam tacito consensu totius populi per disuetudinē abrogantur, quā-
obrem & cōsuetudo est optima legum interpret. Habes hæc omnia. ff. de legibus
&

Consuetudinis
descriptio.

Consuetudo cur
habet vim legis

Gemina multi-
tudo.

Consuetudo du-
plex generalis
& specialis.

Cod. Que sit
longa consuetu-
do, l. 2.

Sententia iur-
isconsulti nota
bilis super legi-
bus consuetudinibus.

Lex humana
bisariam muta-
bilis.

& senatusconsultis. Secundò hic sciendum est, quòd multitudo, in qua con-
suetudo introducitur, duplicis potest esse conditionis. Aut enim libera est mul-
tudo, quæ potest sibi legem facere, & tunc totius multitudinis consensus, quem
consuetudo manifestat ad aliquid obseruandum plus valet, quàm authoritas prin-
cipis, qui non habet authoritatem condendi legem, nisi in quantum gerit perso-
nam multitudinis. In tali enim multitudine superior potestas pendet ex consen-
su & electione solius multitudinis, in qua licet nò singulæ personæ possunt legem
condere, utiq; tamē tota & vniuersa multitudo, quæ intelligitur esse maior & gra-
uior pars populi, vtens tali consuetudine, siquidem & illa si contineat duas partes
populi, supra tertiam habet consensum habilem ad faciendum legem scriptam.
Vnde pueri, fatui, & mulieres non computantur in numero. Si verò multitudo
non habeat potestatem liberam sibi legem condendi, vel legem à superiore posi-
tam remouendi, tum consuetudo populi obtinet vim legis, in quantum ipsa tole-
ratur per principem, aut per alios ad quos pertinet multitudini legem impone-
re. Ex hoc enim quod scienter tolerant, videntur approbare quod consuetudo fa-
ciendum indicat. Vide super his Thomam pri. secundæ. q. 96. articulo. 3. Ter-
tio ad intelligendum quonam pacto consuetudo vincit legem, consideranda est
sententia iurisconsulti. Consuetudo, inquit, & ratio quæ consuetudinem suasit,
seruanda est, quæ si sit generalis, quam princeps scit & tolerat, legem tollit. Con-
suetudo verò specialis, non adeò est valida, vt legem generaliter, aut rationem le-
gis generaliter vincat. Quòd si oppositum legis seu consuetudo contra legem ta-
lem, particulari loco vel ciuitati magis esset utilis quàm lex ipsa, iam consuetudo
illa particularis particulariter legem vinceret, vendicaretq; sibi ius in loco illo,
quàmuis & hoc non sit propriè vincere legem. Nam si proposita fuisset legislato-
ri utilitas illa particularis, fecisset exceptionem à sua lege quantum ad locum il-
lum. Atq; ita consuetudo potest abrogare legem humanam, & etiam posituum
ecclesiæ præceptum, utpote præceptum de certis diebus festiuitatis, aut ieiunio-
rum celebrandis, nisi talia fuerint, quæ videntur quasi esse diuini iuris, & originē
habere ex ordinatione Apostolorū, quales sunt dies dominici & festiuitates maio-
res alijs, dies paschar, ascensionis, pentecostes, & id genus festiuitatis cæteræ, qua-
rum celebrationes sunt antiquissimæ iam inde ab Apostolorum temporibus per
vniuersam ecclesiam obseruatæ. Quarto & hic sciendum est quòd non semper
mutanda est lex humana, quando aliquid in se magis bonum occurrit, habet enim
ipsa mutatio legis iam in consuetudinem versæ in se detrimentū quoddam salutis
cōmunis, in quantum lex noua contra legem consuetam instituta iam sua nouita-
te turbat populum, & ad grauiora magis, vel ad minus congrua saluti, videtur ob-
ligare, & ideo lex humana in tantum rectè mutatur in quantum per eius mutatio-
nem cōmuni utilitati prouidetur, ita quòd ex altera parte tantum recompensetur
communi bono reipublicæ, quantum ex mutatione legis utilitati eiusdem reipub-
licæ detrahitur, veluti cum videtur quòd ex noua lege statuenda tandem sit emer-
sura, magna euidensq; utilitas aut necessitas, lex autem consueta parum admodum
utilitatis videtur habere aut esse incipit dispendiosa multis. Et ideo in rebus no-
uis cōstituendis euidens, vt inquit iurisconsultus, debet esse utilitas vt recedatur
ab eo iure, quod diu visum est æquum esse. Quinto cōsiderandum est, quòd lex
humana bisariam est mutabilis, aut videlicet propter imperfectionem legis, aut
propter mutationem cōmunitatis cui lex imponitur. Imperfectio humanæ legis
contingit quòd primum legum inuentores intendentes inuenire aliquid reipub.
utile, non valentes omnia ex seipsis considerare, instituerunt quædam statuta im-
perfecta, in multis deficientia, quæ successores longis experimentis gubernandi
republicam magis facti oculati mutauerunt, instituentes talia quæ in pauciori-
bus

A bus possent deficere à communi utilitate. Propter mutationem item communi-
tatis plerumq; lex est mutanda quatenus cōmunitati aliter atque aliter disposi-
tæ, aliæ atq; aliæ congruunt leges, quemadmodum supra patuit, & in sequentibus
latius erit manifestum: veluti communis populus si sit bene morigeratus, cōmu-
nisq; utilitatis diligentissimus custos, utilis est ei lex statuens, facultatem eligendi
magistratum esse apud communem populum. Quòd si paulatim populus iste pra-
uis moribus assuescat, habensq; venale suffragium, committat magistratū per quē
respub. est gubernanda sceleratis, atq; flagitiosis hominibus rectè tollitur populo
talis potestas, & sublata lege illa, rectè cōstituitur noua, qua potestas eligēdi magi-
stratū ad paucorū hominū bonorū redeat arbitriū, quemadmodū declarat Aug.

Lex humana
bisariam.

Lib. 1. de lib. ar-
bis. cap. 6.

Quibus ratio-
nibus consuetu-
do nunc legem,
nunc vero lex
consuetudinem
vincat.

Sexto ex his ad intelligendum, quibus rationibus nunc lex vincat consuetudi-
nem, nunc autem consuetudo legem, operę pretium est considerare, quòd cōsue-
tudo plerumq; ex consideratione vnius æquitatis & rationis est utilis, lex autem
B illi contraria ex alia consideratione, alioq; respectu etiam videtur utilis, atq; ita
fit vt plerūq; contrariæ videantur positivæ leges duæ, quarum vtraque suo res-
pectu est utilis, quibus fit, vt interdum consuetudo vincat & abroget legem contra-
riam, interdum verò lex vincat, & tollat contrariam consuetudinem, quod utili-
ter & cum lucro utilitatis reipub. fit, si habeatur consideratio ad utilitatem præ-
ponderandam loco, tempori, & conditioni reipub. magis congruentem. Vnde
consequens est consuetudinem cōtra legem posse esse sine peccato introductam,
veluti cum homines non seruantes legem, inceperunt primitus præter legem age-
re in casibus, quibus lex eos non obligat, propterea quòd deficiebat ratio, pro-
pter quam lex erat instituta, quæ si mansisset, vtique lex consuetudinem vincere
potius, ac tollere debuit, nisi fortè propter hoc solū lex fuerit facta inutilis, quia
non est consuetudini patriæ congrua, quæ erat vna de conditionibus legis, diffi-
culter enim, & non sine detrimento reipub. est consuetudinem multitudinis re-
C mouere per accessum nouæ legis, quæ plerumq; sua nouitate plus turbat, plusq; di-
spendij quàm boni in repub. adfert. Vbi ergo sacrosancti canones per non vsum
in disuetudinem abierunt, successores possunt existimare, quòd prædecessores ex
iusta ratione illos non seruauerint. Verum donemus consuetudinem contra legē
& caonem non esse introductam ex iusta causa, sed ex illicitis actibus, non tamē
inde sequitur, consuetudinem illam non potuisse legem abrogare. Nam quamuis
lex in se magis esset utilis reipub. nondum habenti contrariam consuetudinē, nò
tamen est magis utilis reipub. assuetæ in contraria consuetudine. Atq; ita lex, quæ
plerumq; in se magis foret ecclesiæ expediens, fit inutilis ecclesiæ, aut reipub. sic
dispositæ, habenti videlicet consuetudinem illi legi prorsus dissonam. Tum enim
lex, quantumlibet in se sit utilis, sic tamen contra consuetudinem cōstituta, aut cō-
stitueda, sicuti iā diximus, sua nouitate plus turbans, plusq; detrimenti, quàm uti-
D litatis sua promulgatione adferens, non videtur esse rationabilis, & idcirco non
rationabiliter potest moderator reipub. illam populo imponere.

Ex illicitis acti-
bus frequenter
reiteratis, fit
consuetudo.

Ex his itaque liquidum est consideranti, propter quid interdum iustæ leges,
sanctionesq; canonicæ rationabiliter olim institutæ, sint sublatae seu abrogatæ per
non vsum, aut per leges seu consuetudines aliter disponentes. Olim apud Lacedæ-
monios, sicuti recitat August. iuxta legem & consuetudinem, potestas eligendi
magistratum erat apud populum, quæ sane lex bona erat populo sic disposito, id
est, bene morigerato, verum postmodum populo deprauato, reducta est potestas
eligendi magistratum ad paucorum hominum suffragium.

Lib. 1. de lib. ar-
bis. cap. 6.

Consideratio septima



A planius autem intelligendum vires legum & consuetudinū, quibus homines assequuntur facultatē seu ius eligendi superiorem potestatem siue secularem, siue ecclesiasticam.

Considerandum est septimo, quod cōsuetudo seu lex in regno aliquo libero, id est, nō subiecto superiori potestati decernēs regem ac principē per electionē esse cōstituendum, in se magis est utilis, magisq; est naturalis, quā lex vel cōsuetudo, secundū quā rex aut princeps constituitur ex iure successionis. Verū quia contingit magnū esse periculū in suffragijs hominū eligentium, quibus plerumq; non est pro salute reipub. cura, ideo lex vel consuetudo disponēs principis aut regis constitutionē fieri iure successionis potest esse reipub. sic disposita magis utilis. Constitutiones enim & consuetudines super huiuscemodi rebus, sunt partes iuris ciuilibus, quod variabile est secundum conditionem temporum, locorum & communitatū. Vnde & in communitate, quę non est subiecta superiori potestati. Ius seu facultas eligendi regē aut secularem principem, naturali quadam æquitate spectat ad totam communitatem illam cui ille est præficiendus, sed ad vitandum confusionem & turbationem in electione expedit plerumq; potestatem hęc electiuam residere apud paucorum hominum arbitrium, in quibus sit totius communitatis consensus. Insuper ex naturali communis iuris æquitate, potestas designandi, eligendi, seu instituendi ecclesiasticum prælatum, pertinet ad eum, cui ecclesia seu communitas subiecta est. Cū igitur omnis ecclesia ex iure diuino subiecta sit papæ, à quo & omnis ecclesiastica potestas in alio deriuatur, sequitur institutionem hominis in ecclesiasticam potestatem ad papam pertinere. Et quia negotium hoc super vniuersum orbem Christianum in omnibus singularibus & particularibus ecclesijs est supra vires papæ, rationi congruum est, vt ipse hanc potestatem eligendi & constituendi deleget & committat, prout æquitas & ratio suggerente charitate diuini spiritus iudicabit. Et quia in vnaquaque diocesi episcopi officium est curam salutis gerere super vniuersum gregem suæ diocesis, congruum est vt ipse episcopus sub papa habeat potestatem eligendi & instituēdi pastores in ecclesijs singulis suæ diocesis. Sic Apostolus Paulus iussit Timotheo episcopo vt constitueret per loca, & ciuitates, presbyteros, qui gregem Christi pascerent. Verū quicquid iurisdictionis hac in re episcopus facit, hoc facit, tanquam ex commissione papæ, à quo tota potestas iurisdictionis in episcopo pendet & deriuatur. Sic potestas eligēdi decanum, qui præficiatur collegio Canonorum residet apud ipsum collegium subiectum tamen iurisdictioni papæ, & ideo facultas hęc eligendi ita est in collegio, vt tamen papa possit eidem collegio præficere decanum absq; Canonorum electione, prout sibi visum fuerit eidem collegio expedire. Pari forma dicendum est de potestate eligendi episcopum, qui ex constitutione papæ residet apud collegium Canonorum ecclesiæ cathedralis, in quo & consensus est papæ. Sic & in alijs naturali æquitate cōgruit, vt ius eligendi prælatū ecclesiasticū pertineat ad eos, quibus eligēdus ille est præficiendus. Et quia hoc secundum conditionem temporum, & locorū papæ visum fuit naturali æquitate congruere pro utilitate ecclesiæ, canones edidit hoc statuentes, quorum finis est, vt eligatur idoneus, id est, talis qui sit utilis ecclesiæ Christi. Verum quia plerūq; hi, quibus præficiendus est prælatus, sunt magna ex parte aut deprauati, aut non recti iudicij, aut tã multi numero, vt non facile in vnum valeant conuenire, idcirco constitutio illa, quæ primum ex vna æquitate visa est rationabilis esse & utilis ecclesiæ, non debet haberi tanquam sit immutabilis & inuariabilis. Quibus sit vt constitutiones huiuscemodi

Potestas eligēdi prælatum est apud collegiū.

A huiuscemodi & consuetudines decernentes facultatem eligendi præpositum aut præfulem seu superiorem potestatem pertinere ad aliquem vel aliquos: sint positiui iuris, & nō iuris naturalis aut diuini, neq; iuris gentium quod manet inuariabile semper & immutabile in omni loco & gente. Et hinc iam ortæ sunt in potestate electiua, actuum distinctiones, videlicet præsentationis, nominationis, electionis, institutionis & confirmationis, sed omnia sub papali sunt potestate, quamobrē & ipsius est nominatum, aut electum cōfirmare, aut si videatur ecclesiæ inutilis neq; confirmare, neq; consecrare. Et hinc insuper consideranda est ecclesiasticarum iurisdictionum ordo atq; distinctio. Quædam est iurisdicōio ordinaria: & hęc est gemina, quædam prima & plenaria, qualis est in solo papa iure diuino. Alia ordinaria sub papa, qualis est in patriarchis, primatibus, archiepiscopis, & episcopis: Quædam verò est iurisdicōio legati: Quædam est delegati. Verū omnis iurisdictionis species est sub potestate papæ, ab illaq; quodammodo pendet, sed diuersimode. Nam potestas iurisdictionis ecclesiasticæ ordinariæ, qualis est in episcopis per electionem canonicorum ecclesiæ cathedralis, nō solummodo à papa deriuatur, sed & pendet ab ipso, sed non perinde atq; effectus naturalis pendet à sua causa assidue conseruante. Alioqui papa mortuo periret in episcopis & archiepiscopis omnis ecclesiastica iurisdicōio, quod falsum est, sed est sicut effectus particularis à causa voluntaria auferibilis, in se tamē manēs donec ipsam habens ea priuetur à superiore potestate, & ideo potestas hęc est reuocabilis ex plenitudine papalis potestatis, prout ratio suggerit æquitatis. Aliud verò esse videtur de potestate iurisdictionis in legato, delegato, aut subdelegato, quæ videtur perire per mortem papæ, quia mortuo mandatore expirat mandatum, nisi ex huiuscemodi iurisdictione, causa aliqua particularis fuerit per citationem aut litis contestationem inchoata. Potestas verò iurisdictionis papalis, quæ fundatur Matt. 16. & Ioannis vltimo per legitimā electionem factā à collegio cardinaliū incertā personam determinata nō sic pendet ab ipsis cardinalibus eligentibus, neq; sic est ex potestate ecclesiæ aut cardinalium eligentiū reuocabilis, quia potestatem hanc non accipit papa à collegio cardinaliū, neq; ab ecclesia, sed à Domino Deo. Neq; enim papa in potestate iurisdictionis subiectus est ipsi collegio cardinaliū, perinde atq; prælatus quisque ecclesiasticus subiectus est papæ, sed ecōtrario collegium cardinalium, simul & ipsum concilium subiectum est papæ. Atq; ita ipse papa dum eligitur, neq; ab ecclesia, neq; à concilio vllā accepit potestatem. Proinde & canones, quibus significari videtur à concilijs vel patribus esse constitutū, vt solus papa habeat authoritatem congregandi concilia, & authoritatem à qua non liceat appellare, & ad quam omnibus de toto mundo appellare sit licitum, & potestatem illam nulli subiectam esse, à nemine iudicandam, omnibus potestatibus superiorem, sunt interpretandi, quod concilia & patres declarauerunt papā talem habere potestatem à Christo, nō quod ab ipsis canonicis legibus aut concilijs potestatem iurisdictionis amphiorē acceperit quā Christus dederit. Ceterū iam de potestate eligendi papam differamus, an videlicet facultas hęc eligēdi sit in aliquo, vel in aliquibus ex dispositione iuris naturalis & diuini, an potius ex consuetudine, vel constitutione legis humanę.

Considerandū est octauo, naturalis iuris esse, quod is qui collegio alicui vel cōmunitati est præficiendus ad illā dirigendam & gubernandā, non inuitū aut coactum, sed spontaneum habeat & voluntarium illius communitatis consensum, nisi vel potestas quę dominiū habet cōmunitatis illius, aliter ordinauerit, vel cōmunitas illa ius suum eligendi ex causa rationabili in alium vel alios trāstulerint. Neq; enim æquum esset & rationi congruum, quod aliquis detur eis inuitis episcopus aut prælatus. Cū ergo papa eligendus, sit præficiendus clero Romano,

G 2 apud

Iurisdicōio multiplex, plenaria, ordinaria, legati, delegati & subdelegati

Potestas iurisdictionis papæ nō est à cardinalibus.

Consideratio octaua.

apud quē in spiritualibus dirigendis residet ipsius populi consensus, consequens A
est potestatem eligendi Romanæ ecclesiæ episcopum, ex iure quodam seu æquita
te naturali, pertinere ad Romanū clerum, vel ad illum aut illos, in quē vel in quos
hoc ius Romani transtulerint. Si ergo quispiam roget, vbi ordinauerit Chri-
stus, quod Romani haberent ius eligendi summum pontificem. Respondeo.

Hoc ordinavit quando præfecit Petrum pontificem & pastorem vniuersalis
ecclesiæ, dans ei potestatem eligendi sibi cathedram in vrbe Roma, vt ipse esset epi-
scopus omnibus credentibus, ordinaretque presbyteros & episcopos. Neq; ratio-
ni congruebat facultatem hanc eligendi pertinere ad totum clerum totius eccle-
siæ per vniuersum orbem, eò quod difficile esset sede vacante totum clerum ad eli-
gendum pontificem cõuenire, & propter turbationes & pericula non conuenit po-
testatem hanc electiuam sitam esse in tanta multitudine, sed in suffragijs paucorū,
quibus cura est de communi ecclesiæ bono. Atq; sic Romanus clerus potestatem

hanc eligēdi habet ex æquitate iuris naturalis, & ex consensu vero vel interpreta- B
tuo totius cleri. Et quia in spiritualibus negotijs dirigēdis cõsensus populi est in
clero, consequens est hanc potestatem electiuam ex æquitate quadam naturalis
iuris pertinere ad Romanum clerum. Atque ita cardinales habent ius illud eli-
gendi ex speciali priuilegio, & consensu Romani cleri. Sic ergo nunc sede papali
vacante, potestas eligēdi papam, pertinet ad collegium cardinalium Romanæ ec-
clesiæ, & id quidem non ex dispositione diuini iuris sic disponentis & præcipien-
tis, sed ex consensu Romani cleri constitutione summi pontificis approbata & sa-
cro sancti concilij autoritate & longa consuetudine, quæ indicat consensum to-
tius ecclesiæ consentientis, vt collegium illud habeat hanc eligendi potestatem,
atque ita potestas eligendi papam, residet in collegio cardinaliū, propterea quod
in illo residet consensus totius ecclesiæ canonicis institutionibus sic disponenti-
bus, quibus & totus clerus cum populo habet obedire atque consentire in illas,
nimirum editas à papa, qui vnà cum sacro concilio constituere potest modum eli-

gendi futurum successorem, suadente id æquitate naturali, & urgente magna vti- C
litate ecclesiæ, cui ad vitandum in electione confusionem & turbationem, expe-
diebat facultatem hanc eligendi in paucorum hominum arbitrio atque suffragijs
constitutam esse. Vide super hoc canonē, In nomine Domini. 23. dist. & decretalē,
Licet vitanda, de elect. & in Clement. Ne Romani de elect. Quamquā autem papa
posset vnà cum concilio hanc eligēdi potestatem à cardinalibus tollere, & illā trās-
ferre ad vniuersalis ecclesiæ conciliū, aut ad totius ecclesiæ Romanæ clerum, non
videtur tamē conciliū (mortuo papa) posse potestatem illam ad nutū & absq; cau-
sa, cardinalibus inuitis adimere, conciliū nepe est inferius papa, à quo collegium
cardinalium accepit potestatem illam eligendi. Inferior autem nō potest, neq; legē
superioris tollere, neq; auferre potestatem à superiore acceptam, nisi ex electione
cardinaliū esset turbatio boni cõmunis, & totius ordinis vniuersalis ecclesiæ, quo
casu concilium vniuersale posset priuare cardinales potestate eligendi, aut saltem
eos cogere vt cedant, atque renuncient illi potestati papæ eligendi. Deinde & cõ-
stitutio papæ dans cardinalibus hanc potestatem eligendi ciuilitate est interpre-
tanda, vt intelligatur ædita non in destructionem, sed in ecclesiæ ædificationem,
quemadmodum & aliæ eiusdem papæ constitutiones. Et hinc iam ortæ sunt super
huiuscemodi electionibus diuersi canones, diuersq; secundum tempora variaq;
loca consuetudines, quibus papæ & totius cleri consensus ad eligendum ecclesiæ

papam, nunc in multis, nunc in paucioribus, nunc etiam in vno fuerat cõstitutus.
Nam aliquando electiones pontificum Romanorum factæ sunt à Romano clero
simul & populo, vt patet ex decretis quibusdam recitatis. 63. dist. Aliquādo etiam
seculares principes, vt imperator & alij eligebant Romanum pontificem. 63. dist.

Adrianus

A Adrianus, vbi ex ecclesiastica historia recitatur, quod Adrianus illius nominis pa-
pa primus cum vniuerso synodo. 153. episcoporum, religiosorum & abbatum tra-
diderit Carolo Magno ius seu potestatem eligendi pontificem & ordinandi Apo-
stolicam sedem, & quod dignitatem quoq; patritiatu ei cõcesserit, & insuper quod
archiepiscopos & episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere
diffinierit, vt nisi à rege laudaretur & inuestiretur episcopus à nemine consecra-
retur. Insuper & diffinit, vt quicumque contra hoc decretum ageret, anathemate
innodatus esset, & nisi resipisceret, bona eius publicari præcepit, & hoc ipsum
priuilegium in personam Ottonis primi Theutonici regis, Leo papa etiam cõfir-
mat, vt patet eadem distinctione. 63. cap. In synodo. Verum huiuscemodi priuile-
gia fuerunt reuocabilia ad papæ nutum. Neque enim potuit Adrianus papa cum
concilio sui temporis legem imponere suo successori & concilio sequenti. Vnde
& huiuscemodi priuilegia solum durauerunt vsque ad tempora Adriani secundi,

B quo tempore talia priuilegia remissa fuerunt ipso Adriano electo & inthroniza-
to spretis oratoribus Ludouici imperatoris, ne traheretur in exemplū, vt in futu-
ra electione summi pontificis expectari deberent legati imperatoris. Ipse quoq;
Ludouicus illi priuilegio renunciauit. 63. distinctione. Ego Ludouicus & ab inde
in antea demum elegerant, & hodie soli eligunt cardinales sanctæ Romanæ ec-
clesiæ. 23. dist. cap. In nomine Domini. Ex his manifestum est quod in huiuscemodi
potestate eligendi quamuis valeat consuetudo consentiente, & approbante Ro-
mano pontifice, nequaquam tamen valet consuetudo aut præscriptio contra il-
lius voluntatem aut consensum. Papa quamuis nō possit ex potestate papali elige-
re sibi successorem, potest tamen & plerumq; tenetur de futuro successore delibe-
rare, & pium suum animum intimare & constituere modos & leges eligendi suc-
cessorem, quibus rationabiliter cõstitutis, tenetur ecclesia sede vacante obedire,
quia ecclesia tota considerata absque papa ex iure diuino subiecta est papæ, tene-
turq; obedire illi etiam iam mortuo, adhuc tamen viuenti in legibus & constitu-

C tionibus suis. Et ideo vacante sede papali, ecclesia volens procedere ad eligēdum
papam, obligatur in electionem sese conformare legibus papalibus, canonicisque
institutionibus, quas ipse papa voluit perpetuas esse: perpetuas dico, nō in præiu-
diciū potestatis sui successoris, quia par in parē non habet imperium, sed perpe-
tuas pro suo & successorum suorum seculis, quoad cassentur aut reuocentur eadem,
qua conditæ sunt potestate, salua semper æquitate naturalis iuris, cõtra quod nul-
la lex positua vim potest habere obligandi. Atq; ita sequitur potestatem eligendi
papam ad illos pertinere, quos papa dū viueret cū suo cõcilio designauit. Postquā
verò successor in papam electus fuerit, iam ipse electus potest vnà cū suo cõcilio po-
testatem illam eligendi pontificem mutare ac transferre in alios. Atq; ita propter mu-
tationem temporū ac variationem reipub. potest novos modos eligendi successorem

D cõstituere. Papa iam moriturus posset eligere & nominare successorem, si in illo
ad sic nominandū seu eligendū esset ecclesiæ cõsensus. Petrus si nūc viueret, quis
nō consentiret, vt nobis spiritu suo apostolica sede vacante pontificem dignū pa-
patu designaret, quemadmodū & ipse Petrus Clementē legitur ordinasse succes-
sorem, quāuis & hic pontifex sic designatus solum ius acquirit in pontificatu sede
vacante. Vnde aliud est de sui successoris electione cū fratribus deliberare. Aliud
est ex testamento tanquā suæ dignitatis hæredem sibi querere. Legimus in histo-
rijs, quod ipse Petrus cõstituit sibi Clementem successorē. Clemēs spiritu sancto
prouidens exemplū esse ecclesiæ perniciosum, papatu renunciauit, & electus fuit
Linus, quo mortuo assumptus est Cletus, quos sibi beatus Petrus tanquā coadiuto-
res adsciuit, nō tamen potestatem papalem eis tradidit, sed successori suo Clementi
qui sedē Apostolicā & potestatem pontificalem tradente sibi beato Petro habere

Potestas eligē-
di papam in cle-
ro Romano ex
naturalis æqui-
tate.

Cardinales po-
testate eligendi
papam priuilegi-
o possunt.

Carolus Ma-
gnus impera-
tor, quo nā pa-
pæ habuit po-
testatem eligendi
papam.

Mortuo papa
nō extinguuntur
cõstitutio-
nes eius, quas
voluit esse per-
petuas.

Papa non pos-
set eligere suc-
cessorem.

promeruit, vt dicitur in cap. Si Petrus. 8. quæst. 1. & sic ipse Clemens secundum rationē aliquā fuit pontifex secundus, secundum aliā verò rationē pōtifex quartus.

Ex his arbitror esse liquidū non valere cōsuetudines, aut præscriptionē in præiudicium papalis potestatis, quæ cū sit de iure diuino, neq; tolli, neq; restringi, neque diminui potest. Amplius ad sciendum an statuta & mandata à papa hæretico sint valida & talia quibus populus Christianus & episcopi teneantur obedire, & an papa hæreticus factus ex iure diuino perdat potestatem.

Caput. XIII. an hæreticus iure diuino excommunicari, & an reges regno spoliari, papa deponi ob hæresim possint.

Consideratio nona.



Considerandum est nono manifestum esse ex dispositione canonum positiui iuris, omnem hæreticum esse excommunicatum, & priuatum iurisdictione spirituali, sed an hæreticus sit ipso facto ex iure diuino excommunicatus & omni iurisdictione ecclesiastica priuatus inter doctores quæstio est. Probabilior forsità videbitur sententia, qua dicitur omnem hæreticū à iure diuino esse excommunicatum, id est separatū à communione fidelium secundum actus legitimos inter Christianos videlicet à communione sacramentorū, & ab instructione fidei & morum, sed ex iure diuino non esse excommunicatū, seu separatū à communione fidelium in actibus, qui communes sunt fidelibus & infidelib⁹, videlicet in edendo, bibendo, emendo, aut vendendo, nempe ab huiuscemodi actibus separantur homines solum à communione fidelium ex dispositione canonū, & humani iuris, neq; ex iure diuino tenemur secundum huiuscemodi actus communes vitare illos criminosos etiam hæreticos, nisi ratione finis videlicet ad cautelam nostram, vel pro vtilitate, aut necessitate salutis eorum aut reipub. Verum quidem est excommunicatos per ecclesiam, esse ex iure diuino habendos tanquā ethnicos & publicanos, sed & hoc nihilominus verū est, quod etsi ethnicis & publicanis infidelibus cōmunicare non possumus, neq; in sacramentis dispensandis eisdem, aut recipiendis ab illis (excepta susceptione baptismatis in necessitatis articulo, quod tum etiam liceret à pagano suscipere) neq; in doctrina fidei aut morum ab illis accipienda. Vtiq; tamen possumus comedere & bibere cum illis, sicuti patet ex doctrina Apostoli. Et item septimo, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cū illo, nō dimittat illam, & cæt. Apostolus autē ponens discrimē inter infidelem seu paganū, & fratrem criminofum, loquitur nō specialiter de hæretico, sed generaliter de omni criminoso per cēsuram ecclesiasticam, auferendo à societate ecclesiæ, quæ potest etiam huiuscemodi actus cōmunes prohibere, non prohibitos diuino iure, quemadmodū indicat doctrina Pauli ibidē loquentis de cibo sumendo cum infideli, sed non cum criminoso fratre, quē ibidem iuxta venerabilis Augustini interpretationem vult per censuram ecclesiasticā ab ecclesiæ societate ita separare, vt nec communem cibū cum illo sumamus. Ergo si ex iure diuino non prohibemur cū paganis & infidelibus cōmunem escam sumere, vtpote comedere ac bibere: videtur sequi, nos ex cōstitutione iuris diuini nō prohiberi cum hæreticis edere & bibere, quod & manifestū videtur multis sanctorum exemplis, qui communicauerūt Iuliano imperatori apostatæ in cibo & potu, ac etiā in militaribus actib⁹, vt patet ex doctrina Augustini.

Excommunicati quomōdō sint vitandi iure diuino.

Matth. 23.

1. Cor. 5. Eodem. 7.

2. Cor. 5. c.

Apost. discrimē ponit inter infidelē & fratrem criminofum.

August. de correctione Donatist. ad Bonif. c. 6. & recitatur in Decreto 11. quæst. 3. cap. imperatores. 2. lo. 1. c.

Quod autē dicit Paul. ad Tit. 3. Hæreticum post vnā aut alteram admonitionē deuota, quod & Iohannes inquit euangelista, Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā non adtert, nolite recipere eum in domū, nec aue ei dixeritis: intelligitur talē nō esse recipiendum, neq; pro prælato, cui obediamus in sacramentorum cōmunione, neq; pro magistro ad doctrinam illius audiendam, neq; pro membro ecclesiæ ad cōmunicandum illi spiritualia. Hi etenim sunt actus, in quibus etiā non possumus

A mus iugum ducere cum infidelibus & paganis, de quo. 2. ad Cor. 6. Prælatus autem malæ vitæ, non propter hanc mox sunt priuati iurisdictione ecclesiastica. Ideoq; & prælatos sic criminosos audire possum⁹, tenemurq; obedire illis, donec iudicialiter conuicti contumaces deponantur, iuxta illud, Quæ dicunt facite, secundum opera eorum nolite facere. In causa ergo fidei si malus est episcopus aut prælatus vtpote hæreticus manifestus, iam sua potestate iurisdictionis est priuatus, etiā ex dispositione diuini iuris, quamobrem & notoriè hæretico amplius obedire non tenemur. Si verò fuerit hæreticus non notorius, sed de hæresi suspectus aut diffamatus, nō licet mihi ex dubia suspitione recedere ab illius obedientia ante sententiæ declarationē Papa hæreticus, si nō ex iure diuino est excommunicatus & priuatus sua iurisdictione papali, sed maneat papa, videtur non posse excommunicari, seu separari ab ecclesia, quia hæc est inferior papa, nec à cōstitutionib⁹ suorū prædecessorum excommunicantibus hæreticos omnes, quia illis constitutionibus nō

Discrimē inter prælatos hæreticos & prælatos malæ vitæ.

Matth. 23. a.

Papa hæreticus excommunicari non potest.

B ligatur successor papæ, eò quod par in parē nō habet imperiū. Secundū hāc ergo opinionē omnis hæreticus cuiuscunq; status & potestatis, etiā si papalis fuerit, est ex iure diuino excommunicatus, & priuatus iurisdictione. Verum quemadmodū mali etiā hæretici sunt plerūq; causa pacis ecclesiæ tolerādi, ita & papa hæreticus, propter multitudinē quā habet sibi sociā, interdum est tolerandus pro pace ecclesiæ, quæ alioqui absq; omni fructu ecclesiæ turbaretur. Neq; vlla lex humana prohibere potest, ne communicemus hæreticis in illis casibus, in quib⁹ si seruaretur, redundaret in dispendium populi Christiani, dūmodo in hæresim malosq; mores eorum non consentiamus. Iam si roges, vbi nam scriptum sit hoc ius diuinum, omnē prælatum hæreticū esse iure diuino priuatum sua iurisdictione & dignitate. Respondetur. Secundum hanc sententiam Paulus Apostolus hoc expressit, Si quis vobis euangelizauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Deinde ius diuinū expressam ponit differentiā inter prælatos hæreticos, & prælatos aliter criminosos. Christus vult, vt omnes obediamus prælati, etiā his qui malæ vitæ sunt, vt & ea faciamus, quæ docent. Hæreticis autē vult, vt in spiritualibus nō obediamus, neq; in domū recipiamus, neq; audiamus doctrinā ipsorum, sicuti iam patuit. Vnde Paul. Quæ conuētio Christi ad Belial, quæ pars fidelis cum infideli, quis consensus templi Dei cum idolis? Huiuscemodi scripturæ, & id genus multæ aliæ sunt, ex quibus videtur consequi, quod infidelis, siue sit paganus, siue hæreticus, ex iure diuino non debeat præesse Christianis in spiritualibus, quia in his quæ sunt propria religioni Christianæ, nulla potest esse communio, nullus cōsensus hæretici cū Christiano. Secus in temporalibus negotijs & causis. In illis nempe nō est cōtra legē diuinā Christianos obedire hæreticis, aut alijs infidelib⁹ præfidentibus, quia iuxta Pauli sententiā, oportet seruū obedire domino, etiā ethnico, sicuti Christiani in rebus militaribus obediebant imperatoribus infidelibus,

Obiectio.

Solutio. Galat. 2.

Matth. 23. a. Quod iure diuino omnis hæreticus est excommunicatus. 2. Cor. 6.

1. Tim. 6. a.

Papa potest Christianū præcipere temporaliē propter crimen hæresis priuare a temporali suo dominio.

D atq; apostatæ Iuliano. Verū hic nō est silentio prætereundū, quod papa ex plenitudine potestatis super vniuersos Christianos principes, potest hæreticos reges ac principes propter crimē hæresis priuare suis regnis atq; imperijs, & in tēporalib⁹ prorsus eximere plebē Christianā ab obedientia & subiectione eorum. Sed hic instabit forsità quispiā: Si hæresis nuda priuat prælatū sua iurisdictione ex diuino iure, tū si papa esset occultus hæreticus, ordinationes, promotiōes, & cōsecrationes illius, nullius essent roboris, atq; ita nullus prælatus p ipsum factus, verus esset prælatus, cōfundereturq; totus ecclesiastic⁹ ordo. Respōdetur. Papa si esset hæreticus occultus, quis ea quæ sunt iurisdictionis exercere non posset, atq; ita irritæ essent beneficiorum & dignitatū collationes, cēsura ac leges ab ipso post hæresim emanātes, vtiq; tamē posset facere ea quæ sunt ordinis, seruans ecclesiæ formā, neque in villo calu, vllus ordo ad salutē ecclesiæ necessarius cōfunderetur, nēpe spiritus

sanctus ecclesie presidens dirigeret illa in necessarijs, etiam etsi quispiam Iudaeus aut paganus non baptizatus, neque unquam corde vero Christianus, eligeretur in papa.

Obiectio. Tit. 3. c.

Hic iam si dixeris: Paulus Apostolus dicit haereticum post unam aut alteram admonitionem deuita, Non videtur ergo omnis haereticus ex iure diuino excommunicatus esse & vitandus, nisi bis monitus pertinax manserit. Respondeo.

Solutio.

Apostolus, ut inquit diuus Thomas, loquitur de haeretico, qui ignoranter est haereticus, nondum scienter separans sese ab ecclesia, qui si admonitus pertinax manserit iam subuersus est, inquit Apost. & peccat cum sit a semetipso damnatus, id est, in semetipso, ut inquit Hieronymus. sententiam fert suo arbitrio de ecclesia recedens.

Hieron. Tit. 3. c.

haec Hieron. Apostolus vero si loquatur de haeretico ex malicia, iam monitiones illae praecedunt non ad ferendam excommunicationis sententiam, qua separaretur ab ecclesia, sed ad declarandam eius pertinaciam, qua fuit praecipuus ex semetipso separans se a doctrina ecclesie. Vnde glossa. Si scire, inquit, praelatum meum esse haereticum, quia

24. quast. 1. c. 1.

nouam fingit haeresim, nec tamen praedicaret, si me excommunicaret, celebrarem in occulto, sed non in aperto. Ex supradicta opinione consequitur, quod papa si primum fuerit occultus haereticus pertinax ad unum diem, vel ad tempus modicum, deinde de haeresi resipiscens mox poeniteat, seipsum debeat depositum reputare, & renunciare papatu, quia debet intelligere se iure diuino fuisse priuatum, in quo casu & episcopus ipse renunciare deberet dignitati episcopali, de quibus vide in cap. Cum pridem de renunciatione. Haecenus de opinione illa. Aliorum vero est opinio dicentium papam haereticum non esse ex iure diuino excommunicatum & priuatum papatu, sed priuandum ac deponendum esse, aut per vniuersalis ecclesiae concilium, aut per clerum Romanum, seu collegium cardinalium. Vnde textum

Papa an interdum debeat cedere papatu.

Apostoli dicentis, Si quis vobis euangelizauerit praeter quam quod accepistis, anathema sit, interpretatur Ambrosius non tanquam haereticus sit per ipsum crimen haeresis anathema, sed talem Apostolus praecipit, inquit, anathematizari. Secundum hanc sententiam concilium est supra papam notorie haereticum, vel de haeresi suspectum & defamatum, qui & proinde potest de haeresi accusari, iudicari, & condemnari, ac deponi auctoritate vniuersalis ecclesiae. Rationabiliter autem praesumitur suspectus de haeresi, quando ipse adeo notorie & incorrigibiliter scandalizat ecclesiam, ut vita eius sit ecclesiae tanquam exemplum & doctrina haeresis seu fidei a Christo prorsus aliena. Status enim papalis non eximit papam a legibus diuini aut naturalis iuris, & ideo ipse non solum si efficiatur haereticus, sed etiam notorie criminofus, praua vitae suae conuersatione scandalizans vniuersam ecclesiam, inficiens paulatim & turbans per vniuersum orbem ecclesiae membra, admonendus est tanquam de haeresi suspectus. Proinde concilium generale quauis neque potest, neque debet plenitudinem papalis potestatis a Christo commissam Petro & successoribus eius tollere aut diminuere, sed de illa gratias agere Deo, qui potestatem talem dedit hominibus. Potest tamen pro aedificatione ecclesiae usum illius potestatis limitare certis legibus & statutis, quibus ipse papa debet acquiescere, nimirum subiectus aequitati naturalis & diuini iuris. Item ecclesia quam diu tenetur papam habere pro indubitato papa, debet ipsum ut vicarium Christi, custodem suum & pastorem nominare, & ipsum iuxta Pauli apostoli doctrinam, velut seniore non increpare, sed obsecrare ut patrem, & honorare ut dominum, teneturque non reuelare turpitudinem patris, neque conuictis, aut detractationibus dehonoreare, nihilominus tamen huiusmodi vicarium ecclesiae spirituum, si fuerit frigidus, maleficiat, & adulter, adeoque sit ad generationem filiorum spiritualium inhabilis, ut nihil sibi sit curae de sponsa sua ecclesia, potius generas filios spurios satanae, iam existimari potest de haeresi suspectus, atque ita rationabiliter ecclesia potest incipere dubitare, an persona illa sit indubitatus papa, sicuti rationabiliter tum dubitare potest, an sit pertinax haereticus. Vnde aliud est de crimine in papa

Papa quando fit suspectus de haeresi.

1. Tmo. 5. c.

transitorio, etiam quantumuis graui, propter quod, excepta haeresi, ecclesia papam iam resipiscentem, aut paratam in posterum resipiscere, non potest iudicare, aut condemnare, aut deponere. Aliud vero est de crimine notorio permanente, quod papa verbo vel assiduae conuersationis exemplo defendit, tanquam nullum esset crimen, aut tanquam nullum esset futurum Dei iudicium, aut tanquam Deus non esset criminum ultor. Nam tum ecclesia rationabiliter potest papam habere suspectum de haeresi non propter peccatum, aut crimen quod in se commissum haeresis est, sed propter obstinationem & doctrinam contra fidem, quam sua conuersatione docere, nutrire, atque defendere videtur, quia par est a fide exorbitare, aut facere verbo seu notorie conuersationis exemplo alios a fide deficere. Et ideo tempore sacrilegi schismatis, in Constantiensi concilio cum non erat ullus certus & indubitatus papa, qui iurauerat, & vouerat renunciare papatu propter sanctam ecclesiae unionem, quia monitus implere iuramenta non curauit, sed spreuit, & diu in sua stetit obstinatione ab eodem concilio Constantiensi, & prius in Pisano concilio, pro haeretico est damnatus. Et ex his diligenter consideratis perspicuum esse potest, quoniam modo concilium vniuersalis ecclesiae est supra papam, & e contrario papa supra concilium. Sed hic emergit quaestio, Qua videlicet ratione potestas papalis facta per electionem cardinalium in aliqua persona sit magis a Deo ac diuini iuris, quam potestas imperialis facta per electores imperij. Nam potestas papalis, quauis fuerit in Petro ex donatione Christi, in successoribus tamen Petri videtur esse ab electione humana. Ex quo forsitan consequens videretur potestatem papalem non magis esse diuini iuris, quam imperialem, aut aliam secularem potestatem.

transitorio, etiam quantumuis graui, propter quod, excepta haeresi, ecclesia papam iam resipiscentem, aut paratam in posterum resipiscere, non potest iudicare, aut condemnare, aut deponere. Aliud vero est de crimine notorio permanente, quod papa verbo vel assiduae conuersationis exemplo defendit, tanquam nullum esset crimen, aut tanquam nullum esset futurum Dei iudicium, aut tanquam Deus non esset criminum ultor. Nam tum ecclesia rationabiliter potest papam habere suspectum de haeresi non propter peccatum, aut crimen quod in se commissum haeresis est, sed propter obstinationem & doctrinam contra fidem, quam sua conuersatione docere, nutrire, atque defendere videtur, quia par est a fide exorbitare, aut facere verbo seu notorie conuersationis exemplo alios a fide deficere. Et ideo tempore sacrilegi schismatis, in Constantiensi concilio cum non erat ullus certus & indubitatus papa, qui iurauerat, & vouerat renunciare papatu propter sanctam ecclesiae unionem, quia monitus implere iuramenta non curauit, sed spreuit, & diu in sua stetit obstinatione ab eodem concilio Constantiensi, & prius in Pisano concilio, pro haeretico est damnatus. Et ex his diligenter consideratis perspicuum esse potest, quoniam modo concilium vniuersalis ecclesiae est supra papam, & e contrario papa supra concilium. Sed hic emergit quaestio, Qua videlicet ratione potestas papalis facta per electionem cardinalium in aliqua persona sit magis a Deo ac diuini iuris, quam potestas imperialis facta per electores imperij. Nam potestas papalis, quauis fuerit in Petro ex donatione Christi, in successoribus tamen Petri videtur esse ab electione humana. Ex quo forsitan consequens videretur potestatem papalem non magis esse diuini iuris, quam imperialem, aut aliam secularem potestatem.

Crimen notorium aliud transiens, aliud permanente

Papa supra concilium, & aliquo modo est sub.

Diuerso modo a Deo potestas imperialis & papalis.

Caput. XV. inquit, an omnis potestas sit a Deo, & qua sit inter secularem & ecclesiasticam potestatem diuersitas.

plinius ergo intelligendum, quam diuersimode sint huiusmodi potestates a Deo, & an in huiusmodi potestates valeat consuetudo aut praescriptio. Considerandum est decimo, quod neque secularis potestas, ut regalis vel imperialis, neque potestas iurisdictionis spiritualis est a Deo humanum genus instituente, nempe sub innocentiae statu non fuisset opus ullis legibus, aut a malo coercentibus, aut ad bonum inducentibus, sed potestas secularis primitus est a Deo docete per lumem rationis internae post lapsum oportere esse in communitate potestatem superiorem, vel ad comprimendum aut vindicandum audaciam, aut superbiam hominum pertinaciam, vel ad consulendum miseriam seu imprudentiam humanam. Huius enim potestatis assecutio nunc illicita fit, & per usurpationem sicuti in quatuor monarchijs, seu imperijs sibi succedentibus.

Potestas regalis seu imperialis fuit primitus per violentiam usurpata. Primus Assyriorum imperator Nemroth oppressor fuit hominum, ut Gene. 6. Robustus venator coram Domino. Secundae monarchiae imperium, Medorum videlicet & Persarum primum sibi per violentiam usurpauerunt, Darius & Syrus interfecto Balthasare rege Babyloniorum. Tertiae monarchiae imperium, quod fuit Graecorum primum, per violentiam usurpauit Alexander Macedo. Alexander Philippi rex Macedo, qui primus regnavit in Graecia, postquam percussit Darium regem Persarum & Medorum, constituit praemia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terrae, & c. Quartae monarchiae imperium quod est Romanorum, partim per violentiam, partim per secularem prudentiam usurpare coeperunt Romani usque in Iulium Augustum primum Caesarem, ut patet ex diuersis historijs. Ex quibus liquidum est quatuor monarchiarum imperia primum fuisse per violentiam occupata, & non fuisse acquisita, neque iure electionis legitimae, neque iure successione hereditaria. Vnde & in Danielis visione quatuor haec regna ostenduntur sub similitudine non

Assyriorum imperator. Medorum. Graecorum.

Danieli. 5.

1. Machab. 1.

Romanorum.

Imperia primum fuerunt per violentiam usurpata.

hominum,



hominū, sed bestiarū propterea quòd quantū ad primā sui originē initiū habuerint non Deo per lumen rationis docente, sed libidine impetuq; sensualitatis itimulante. Quòd si in aliquo horū regnorū quatuor: fuerit rex legitimus, oportet quod hoc fuerit ex consensu populi expresse vel interpretatiue consentientis in regem ipsum. Solum autem regnū Iſrael regem habuit legitimū populo petēte & Deo primum illis regem Saul dante. Cui propter inobediētiā reprobato dedit eis Deus regē Dauid, cui ex diuina ordinatione successerunt filii eius. Iam autē Christiani imperatores & reges legitimi, sua regna & imperia consequuntur tam iure successionis hereditarię, quā iure approbationis, & consensionis humanę, Deo etiā sic docēte per lumen rationis internę, & ordinante, quemadmodū imperator in principio collationis primæ. Magna, inquit, à Deo dona collata sunt sacerdotiū & imperiū: Sacerdotium, vt diuinis: Imperium, vt humanis præset.

Iudei primi regem habuerunt legitimum.

1. Reg. 10.

1. Reg. 16.

Consideratio decima

Potestas utraq; et secularis et spiritalis eidē conuenire possunt.

Pſalm. 98.

Deut. 17.

Ducatus tēporalis filiorum Iſrael reductus ad tribum sacerdotalem. 1. Machab. 2.

Decimo considerandum, quòd huiuscemodi potestates cum nullam habeant inter sese oppositionem & repugnantiam possunt eidem personæ conuenire. Sicuti Moyses tam in spiritualibus, quā in temporalibus prædens populo Iſrael quadraginta annis simul officia spiritalis & secularis iurisdictionis exercuit offerens sacrificia Domino, consecransq; Aaron, & filios eius in sacerdotes, iudicans populum Iſrael in tēporalibus nunc per se, nunc per. 70. viros substitutos, de quibus dicitur Numeri. 11. Vnde & propheta Moysen sacerdotem appellans, Moyses & Aaron, inquit, in sacerdotibus eius. Item Deut. 17. patet, quòd ad sacerdotē pertinebat iudicare non solum inter lepram & lepram, inter irregularitates & peccata, sed inter sanguinem & sanguinem, inter causam & causam: sic & Samuel simul in temporalibus & spiritualibus prælatus extitit, vt patet ex primo libro regum. Demum Machabæorum seculis reductū est regnum seu ducatus Iſrael ad sacerdotium, nempe tum iidem erant duces in tēporalibus & in spiritualibus sacerdotes, vt patet de Mathatia, & filijs videlicet Iuda Machabæorum, Ionatha, Simone, & Ioanne Simonis filio. Sic & ante annos. 1200. à tempore Constantini, vt patet. 96. C. distin. cap. Constitūtinus in ecclesia Christiana. Apud episcopos multos fuit utraq; potestas super totam suam diocēsim. Et ideo dux secularis assumptus seu electus episcopus, non tenetur patrimonium secularis potestatis resignare, quāuis iam factus episcopus non possit sese officijs temporalis suæ iurisdictionis implicare.

Hic iam si roges, Si episcopus ex donatione vel electione, vel alio quouis modo potest in tēporalibus esse dux aut comes, Cur non papa potest ex electione vel donatione fieri imperator, ita vt gladius vterq; sit apud papā, vel si dux aut comes potest eligi episcopus, ita vt non teneatur resignare ducatum secularem. Cur nō potest imperator eligi papa, vt non teneatur cedere imperiali potestati.

Papa nō debet eligi imperator nec contra.

Respondeo, Quia non potest clerico esse commissa vniuersalis temporalium rerum administratio, hæc nempe distraheret prorsus ipsum ab administratione spiritalium, & ideo papa non debet habere temporalium rerum, aut negotiorū & causarū prophanarum administrationem, nisi quatenus famulantur diuinis vt sustentetur Christianus cultus. Imperium autem seculare papam prorsus impediret ab administratione spiritalium rerum ecclesiæ debita. Vnde hic duo sunt consideranda. Primum enim ex superioribus sciendum est, contra ius diuinum esse, episcopum aut pontificem in spiritualibus rebus ecclesiæ prælatum sese immergere negotijs secularibus, relicta pastoralis cura secundum quam debet inuigilare pro salute animarum, & pro lucro fidei, & charitatis ecclesię, quam Christus acquisiuit sanguine suo, quemadmodum inquit Paulus, Labora sicut bonus miles Christi. Nemo militans Deo implicat sese negotijs secularibus, vt placeat ei cui se probat. Signanter dicit, Implicat sese: nam aliud est se implicare negotijs secularibus: aliud ex necessitate pietatis in proximum ad tempus negotijs secu-

Iuris diuini est ecclesie prelatū sese nō implere care secularibus negotijs. 2. Tim. 2.

A tijs secularibus intēdere, occupari, aut implicari. Implicat sese, qui vel ratione dignitatis vltro assumptę obligat sese ad habendam assiduam curam pro tēporalibus causis & negotijs in repub. administrandis, vel sine intuitu conseruandi bonū spirituale ecclesię assumit negocia pro temporalibus rebus aut dominijs ampliandis, interim aut negligens, aut non sollicitus de salute spiritali animarū. Implicatur autem dum ex necessitate officij aut charitatis circa temporalia bona ecclesię necessaria vel vtilia ad tempus rapitur ita in his pro tempore occupatus, vt interim cor illius non detineatur huius seculi affectibus aut desiderijs. Sic enim ecclesiarum prælati vtriusq; vitę tam actiuę quā contemplatiuę officia debent exercere: nūc cū Martha actione strenui satagētes circa frequēs ministeriū, nūc cum Magdalena orationibus & alta speculatione suspēsi. Vnde Paulus inter cętera inquit, Oportet episcopū esse hospitalē, domui sui bene præpositū, doctorē, vt potens sit exhortari, & eos qui cōtradiciunt arguere. Secundo sciendum est quòd Christus cum præfecit Petrū vniuersali ecclesiæ, dans ei iurisdictionem super omnia ecclesiæ membra, nō simul ei dedit imperiū temporale super vniuersam ecclesiā. Neq; enim abstulit imperatoribus, aut regibus sua imperia, neq; itē voluit, quòd omnis potestas regalis perinde atque ecclesiastica debeat deriuari, & originem sumere ex potestate Petri. Neq; enim Christiani principes aut reges, temporalia regna, suaq; imperia tanquam feudum tenēt à papa, sed eatenus papæ subijciuntur etiam circa temporalia, quatenus temporalia hæc ad spiritalia, tanquā ad finē sunt ordināda, & ideo omnis secularis potestas eatenus in temporalibus subiecta est papæ, quatenus abusus, aut negligentia Christianorum regum circa temporalia nata sunt impedire finē spiritalē, in quē papa habet vniuersalē ecclesiam dirigere. Et ad hunc intellectū in decretis dicitur, quòd Christus commisit beato Petro iura cęlestis imperij & terreni. Sic in Christo impleta est prophetia, Non auferetur sceptrum de iuda, neque dux de femore eius, donec veniat, & c. C. Ex his ergo arbitror manifestum esse, quòd potestas imperialis vnius hominis super vniuersum orbē Christianum, non est diuini iuris aut naturalis, neque originem habet immediatam ex ordinatione diuina, quia neq; ratio naturalis dicit, quòd vnus debeat sic in temporalibus dominari omnibus, neq; lex diuina præcipit, vt eligatur vnus, qui dominetur omnibus regnis & prouincijs, neq; vsquam in scripturis legimus, quòd Deus dederit vlli homini imperiū in temporalibus super vniuersam ecclesiam, quemadmodū legimus Christum præfecisse Petrum super vniuersam ecclesiam in spiritualibus. Meminit quidem vtriusque potestatis cū dixit. Reddite quę sunt Cæsaris Cæsari, quę sunt Dei Deo, sed nō dixit vlli homini, vt dominaretur vniuerso orbi, quemadmodū dixit Petro generaliter, Pasce oues meas, & quodcūq; ligaueris super terram. Si tamen consensu populi omnium regnorum & ecclesiarum eligatur vnus imperator, qui sic dominetur in temporalibus, potestas illa imperialis est à Deo, non vt præcipiente talem potestatem fieri aut eligi, sed vt docente per lumen rationis internę, cōcedente & approbante talem potestatem fieri posse ex consensu hominū eligentiū sibi pro bono communi & tranquillitate reipublicæ vniuersalē moderatorem. Vnde ab initio poterat apud Romanos incepisse verū & nō vsurpatū imperiū, veluti si populus ille Romanus pro pace & tranquillitate cōmuni presentis seculi secundum iura & leges quasdam naturæ à conditore impressas voluerit ceteras gentes liberare à tyrannide suorum regū, regna terrena cōtra cōsensum populi sibi vsurpantiū, atq; inde cœperit bellare tyrānosq; impediētes cōmune bonū coercere, & ita rempub. tyrannide pressam habere sibi consentientem, tūc potestas ordinādi de imperio potuit esse ad Romanos deuoluta. Nā si iuris naturæ est hominē vnum, tyrānide latronis pressum liberare, quāto magis est iuris naturæ rempublicam aliquā pressam

Luce. 10. e

Tit. 2. Christus nō dedit Petro seculare sua ecclesie imperium.

Qua ratione potestas secularis subijcitur spiritali.

Gene. 49.

Potestas imperialis vnius hominis super orbem non est diuini iuris.

Luce. 20.

Ioan. 21. e

fam liberare à tyranno, qui non reipub. commune bonum, sed solum suum quærit commodum non habita ratione ad iura & leges naturæ. Hoc autem pacto dicentes, non recedimus à sententia Pauli dicentis, Non est potestas nisi à Deo. Quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt. Et hinc iam sumenda est ratio, cur potestas imperialis super vniuersum orbem Christianum in vno homine non sic sit ex iure diuino, quippe quæ originem habet ex voluntate hominum, ex consensu etiam totius populi reuocabilis, sicuti & iam forsitan iurisdictio imperatoris non sese extendit super omnia Christianorum regna. Papalis autem potestas ex iure diuino est super omnes Christianos, & non potest contrarium fieri, quòd aliquis habeat potestatem papalem, qui non sit hac ipsa potestate præfectus omnibus omnium Christianorum regnis & imperijs, quãuis quòd iste vel ille sit papa, mutabile est, nempe ad hoc consensus operatur, tam eligentiũ, quàm eius qui eligitur, qui non accipit cœlitus donum papalis potestatis, nisi ipse cõsenserit, potestq; papa postquam consensit, papatui cedere voluntarius, sed non potest deponi inuitus, nisi propter hæresim secundum sensum superius declaratum. Primus igitur imperator legitimus à principio habuit imperium ex consensu populi. Petrus autem primus papa, non ex consensu aut electione populi, sed immediate à Christo papalẽ accepit potestatem. Ex his itaq; primò perspicuũ est, quòd etsi iurisdictio secularis seu potestas imperialis non sit à papa. Papalis tamen potestas ac iurisdictio super omnia ecclesię membra est iure diuino seculari potestati seu iurisdictioni imperiali prælata atque præfecta. Atque ita non est in terra potestas vlla, quæ possit autoritate ordinaria secundum tribunal exterioris fori iudicare personã papæ, vtique tamen debet papa seipsum intus accusare, iudicare, & vt reum cõdemnare coram tribunali occulto diuinæ iustitiæ. Insuper & secundum tribunal fori exterioris, potest papa vices suas delegare seu committere alicui, qui potest iudicare ipsum, sese iudicandum subijcientem illi, qui ex delegata seu ex commissa sibi potestate, potest in ipsum papam iudicium facere, & sententiam condemnationis ferre, non quidem in omnibus, sed in his solum, quæ potest per seipsum iudicare. Proinde in causis quæ vertuntur inter personam papæ, & alium quemque seu alios, veluti si rapuit, occidit, aut cõmiserit aliud graue crimen, potest condemnari ad restituendum & satisfaciendum parti læsę super eo quod tenetur: quemadmodum & ipse papa in illis potest seipsum iudicare. Verum sicuti nõ potest seipsum ad mortem condemnare pro crimine, neq; excommunicare, aut ab ecclesia præscindere atq; suspendere: Ita non potest alteri potestatem hæc faciendi committere & delegare. Atque ita in criminalibus papa potest subijcere alteri seipsum iudicandum, non vt occidatur, aut criminaliter puniatur, sed vt restituat, reparet, & satisfaciat ei, qui est ab eo iniuriam passus. Sicuti nemo potest seipsum ad mortem condemnare, vel pro crimine excommunicare: Ita nec alteri potest committere, vt ipsum occidat, aut in ipsum excommunicationis sententiam ferat, quia ex potestate accepta, non potest alteri dare plus, quàm ipse ex illa potest facere.

Contra hæc sunt argumenta.

Papa, episcopi, ceteriq; clerici, quantum est ex dispositione diuini iuris, non magis sunt immunes, exempti, seu liberi à iurisdictione Cæsaris, quàm Christus & Paulus, ceteriq; Apostoli qui non recusarunt tribunal Cæsaris, quin potius Paulus Apost. non ad Petrum tum Romanum pontificem, sed ad Cæsarem appellauit. Si iuris diuini est, clericum non posse iudicari aut condemnari à iurisdictio- ne seculari. Paulus qui non solum verbis, sed & factis docuit, debuisset ad instructionem ecclesię Christianæ appellare, non ad Cæsarem, sed ad Petrum pontificem, tum in vrbe Romana residentem, qui etsi per tyrannidem ethnici imperatoris fuerat à iurisdictio- ne sua exercenda impeditus. Paulus tamen vt daret formam

Roman 13.

Primus imperator legitimus ex consensu populi.

Primus papa ex Christo.

An papa possit ab ulla potestate sine ecclesiastica, sine seculari iudicari.

Primum argumentum.

Argumenta quæ sunt contra ecclesię immunitatem.

A mam viuendi posteris, nihil contra ius diuinum agere debuit. Argumentũ secundum de rebus ecclesię quo probari videtur quòd actus spiritualis iurisdictio- nis ecclesiasticæ non sint ex iure diuino prohibiti potestati seculari. Nam eligere Papam in quo residet plenitudo ecclesiasticę potestatis videtur esse actus supra omnia ecclesiasticus, sed eligere papam potest laicis cõpetere, & olim interdum concessum fuit Imperatori Carolo Magno, sicuti ex superioribus patet. Videtur igitur quòd actus ecclesiastici nõ sint ex iure diuino prohibiti seculari potestati. Argumentum tertium. Si pontifex Cæsari tributum soluit. Est ergo subiectus Cæsari, quia tributum est subiectionis iugum. Secundo, si omnis anima debet esse subiecta regi, ergo & anima pontificis. Quartum argumentum. Imperatores deposuerunt papas. Ioannes duodecimus cum esset venator & lubricus, publicè retinens meretrices, depositus est ab Ottone Imperatore. Potestas ergo secularis potest iudicare & condemnare pontificem. Item Pilatus præsidens loco Cæsaris habuit potestatem in Christum, ipso Christo docente: Non haberes in me potestatem vllam nisi tibi datum esset desuper. Præterea papa est membrum ecclesię & frater noster, potest igitur ipse corripì inter nos & ipsum. Si non audierit, habendus est tanquam ethnicus, & publicanus. Potest ergo iudicari & condemnari. Insuper Leo papa quartus subiecit se iudicio Imperatoris in criminalibus, & in omnibus quæ discutienda venirent, vt habet canon, Nos si. 2. quæst. 7. Videtur ergo quòd immunitas papæ à potestate seculari nõ sit diuini iuris, alioqui non posset tolli per consensum humanæ voluntatis.

Sequitur Caput decimum sextum, in quo obiter soluuntur superiora argumenta, & rationibus ecclesię immunitas stabilitur.

C R O solutionibus argumentorum, Sciendum quòd is, qui ex concessione diuina potestatem habet, potest ex illa delegare, dare ac committere alijs potestatem iudicandi super eo quòd ipse per seipsum posset iudicare ordinaria potestate, & ideo quamuis persona pontificis nullius iudicio aut imperio subiecta esse possit inuita, vtique tamen potest se alterius potestati propter bonum commune subijcere, quemadmodum & Christus ad Iudæos loquens: Quis vestrum, inquit, arguet me de peccato. Et talis fuit submissio Christi apud Pilatũ, & Pauli apud Cæsarem. Christus autem soluit tributum Cæsari, non ratione subiectionis, sed ex charitate, vt exigentes non scandalizarentur. Postremò quamuis persona pontificis, neque pro temporalibus, neq; pro spiritualibus iudicari possit, nisi pro hæresi, bona tamen temporalia pontificis possunt esse Cæsari obligata. Præceptum de correptione fraterna ad corripiendum fratrem peccatẽ, obligat quidem vnumquemq; dummodo spes est proficiendi, & ideo pontifex, suggerente charitate in casu illo benignè & in spiritu mansuetudinis esset admonendus, qui si nos occultè corripientes audire noluerit, etiam adhibitis testibus. Iam non habemus amplius quid faciamus, quia non est vlla potestas in ecclesia, quæ valeat illum iudicare, condemnare, & ab ecclesia separare, nisi in casibus illis, in quibus ecclesia possit illũ à papatu deponere, veluti cum efficitur aut hæreticus, aut contumaciter suspectus de hæresi, tum enim ecclesia ex concessione diuini iuris super illum potestatem habet iudicandi & deponendi, & ideo tum ecclesia, si videret papam docentem hæresim, vel deuiantẽ à fide secundum veritatem euangelij, deberet illi in faciem resistere. Deinde & hic sciendum, quòd hoc præceptum, Si peccauerit in te frater tuus, manifestè loquitur de fratre, qui subiectus est tribunali ecclesię. Apud Papam autem cum sit supremum ecclesię tribunal,

H non

Ioan. 8. f

Matth. 18. 6

non potest ipse subiectus esse vlli tribunali. Deinde & præceptum hoc est affirmatiuum obligans secundum communis boni rationes & causas, quibus cessantibus plerumque; ad obuiandum grauioribus malis alioqui emerfuris, oporteret etiam fratrem contumacem & nolentem audire ecclesiam ad tempus tolerare, iuxta doctrinam eiusdem Christi: Nolite eradicare zizania. Patebunt autem solutiones supradictorum argumentorum alibi latius. Secundo manifestum, quod non solummodo Petrus habuit potestatem papalem immediate à Christo, sed & ceteri pontifices successores illius potestatem papalem immediate à Christo accipiunt. Collegium autem cardinalium determinat quidem personam eligendo illam, sed non dat personam electam papalem potestatem, & ideo papa mortuo papalis iurisdictio & potestas non transit in collegium cardinalium. Tertio manifestum est, quod etsi Christiani principes & reges per papam possint priuari dominij temporalibus propter crimen hæresis, obligenturque; præstare papæ iuramentum fidelitatis, non tamen inde sequitur imperia & temporalia dominia esse à papa. Quarto patet, quod Papa non potest eligi imperator, neque; e contrario imperator potest eligi papa. Nam papa debet esse vicarius Christi, Christus autem venit non ut regnaret temporaliter sed spiritualiter. Regnum meum, inquit, non est de hoc mundo. Christus dum turba volebat eum regem facere, fugit. Vnde ad filios Zebedæi: Scitis, inquit, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos, non autem ita erit in vobis, sed quicumque; voluerit primus esse, sit omnium seruus. Omnia ergo terrena regna contempsit Christus, & continentia docuit. Cum igitur papa sit Christi vicarius, debet ipse quemadmodum Christus regnum terrenum contemnere, & officia pastoris agere, sicut docuerunt Apostoli. ut potest pascere, obsecrare, nunc cum omni imperio arguere eos, qui contradicunt, increpare in omni patientia, orationi, & ministerio verbi Dei instare, præesse in sollicitudine, ut episcopi & pastores præficiantur idonei, ut & reges ac principes Christiani in pace & tranquillitate sint administrantes remp. ad lucrum, ad augmentum & custodiam cultus Christiani perveniunt orbem. Quinto patet quemadmodum distinctio iurisditionis secularis à iurisditione spirituali non est ex humana adinventione, sed ex diuino iure & à Christo instituta. Ita & distinctio fori seu tribunalis secularis à foro spiritualis tribunalis, non est adinuenta, neque; per solas hominum constitutiones, neque; per imperatores, neque; per consuetudinem introducta, sed est à Christo instituta & insinuata. Quodcumque; ligaueris, &c. Item si ecclesiam non audierit sit tibi, &c. Vnde & iuxta planam scripturarum doctrinam, Christi regnum, quod in scripturis prophetis prænunciatur futurum in vniuerso mundo, non carnaliter, non temporaliter, aut seculariter est intelligendum tanquam ipse esset iudex vniuersalis futurus super rebus huius sæculi, sed spiritualiter est accipiendum, non in gladijs aut hastis seu lanceis, neque; in armata militia, sed in censura ecclesiastica discipline, & censuræ in gladijs oris, quod est verbum Dei in humilitate & in patientia & mansuetudine vincere aduersarium. Quamobrem Christus cum in hoc mundo conuersaretur secularium rerum iudicia exercere noluit, qui fugit & abscondit sese cum ipsum voluissent Iudei regem facere, qui & rogatus ut iudicium diuisionis bonorum secularium inter fratrem faceret, fratri ad ipsum dicenti, dic fratri meo, ut diuidat mecum possessionem, Respondit: O homo quis me constituit diuisorem inter vos. Regnum istud Apostolis filijs Zebedæi adhuc carnaliter intelligentibus, & cupientibus ut vnus ad dextram, alter ad sinistram sederet ipsius. Respondit, Scitis quod principes huius sæculi dominantur eorum, vos autem non sic, &c. Quod si dixeris scripturas & sanctorum patrum decreta interpretanda esse, ut intelligantur significare iurisditionem seculari, non esse actu & exercitio in pontifice, sed habitu & virtute. Nam pontifex & si per se ipsum secularis gladij vsu occupari non debeat, habet tamen illum

A illum, sed quem committere debet regibus huius sæculi, qui huiusmodi vtantur sub potestate pontificis, cui tanquam monarchæ omnis Christiana potestas debet esse subiecta. Respondeo. Neque actu, neque habitu est huiusmodi potestas in pontifice, sed de hoc in alijs cum declarabitur, quod non solum executio temporalis gladij, sed & huius executionis potestas debeat esse aliena à pontificali potestate, quamuis autem gladius imperialis debeat esse subiectus gladio spirituali, vtrique tamen gladio suus est vsus. Sexto sequitur temporale dominium à Constantino Cæsare donatum esse papæ, non ut papa in administratione huius temporalis dominij sese immisceat, ut nomen & officium imperatoris sibi vsurpet, sed pro sustentandis oneribus in spiritualibus ministerijs. Super temporalibus bonis cathedræ Petri famulantibus, papa habet curam gerere, ne impediatur diuinarum & spiritualium rerum administratio. Septimo sequitur officium papæ & episcoporum, non esse soli contemplationi & orationi insistere, atque ita sese vitæ contemplatiuæ immergere, ut prorsus negligat actiuæ vitæ exercitia. Siquidem aliud est monachum agere, aliud verò agere episcopum, sed officium eorum est in sollicitudine præesse gregi commisso, & id quidem intentione principali, pro spiritualibus & diuinis ministerijs, ut debito fiant ordine, ita tamen, ut & temporalia non negligantur, quatenus spiritualibus famulentur. Et hoc diligenter considerandum est, ad obstruenda ora omnium loquentium iniqua contra sanctam sedem Apostolicam, arbitantium personas ecclesiasticas sese temporalibus implicare, cum pro temporalibus famulantibus diuinis obsequijs inuigilant. Vnde & ipse Christus cum iam in cælum ascendisset misso desuper spiritu fidei in Apostolos, mox prouidit ecclesiæ suæ in temporalibus bonis, dum quotquot erant possessores prædiorum & agrorum credentes in ipsum ponerent pretia eorum ante pedes Apostolorum, ut distribueretur vnicuique prout opus erat, & tum etiam Petro super rebus illis ecclesiæ datis tanta fuit cura, ut primum exerceret vltionem & vindictam in Ananiam & uxorem eius, qui super huiusmodi ecclesiæ bona fraudem fecerant. Octauo ex superioribus patet, canones, quibus disponitur quod laici sæcularesque potestates, de personis ecclesiasticis, aut de rebus earum nullam habeant potestatem disponendi, vel condendi leges, vel statuta, esse secundum dispositionem naturalis æquitatis interpretandos. Nemo enim dubitat, quin secularis potestas possit subditis sibi laicis imperare, ut personas ecclesiasticas in suis iurisditionibus defendant, & à dispensatione rerum ecclesiasticarum non impediunt, quos contrarium facientes, potest & eadem potestas secularis poenis debitis coercere, quamuis personas ab eius iurisditione exceptas, nequeat iudicare, & castigare. Sic & sæculares principes, & reges statuere possunt leges pro fide salubrius defendenda, & punire laicos sibi subditos, qui fidem nequiter impugnant. Sicut Nabuchodonosor legem statuit, ne quis in regno suo blasphemaret Dominum Deum Danielis.

D Ad hæc omnia secularis potestas, non solummodo potestatem habet, sed & tenetur hæc facere, sicuti & maritus corrigere tenetur uxorem contra fidem & bonos mores errantem, quemadmodum & pater suam prolem sic errantem castigare debet. Sic & secularis potestas super sibi subiectos, statuere potest absque requisitione ecclesiæ. Quicumque sacerdotem occiderit, tali poena puniatur. Patet itaque quonam modo crimina in causa fidei aut perpetrata in personas ecclesiasticas, aut in res ipsarum aliquo modo pertineant ad potestatem seculari.

Bisariam enim potestatem intelligi rem aliquam ad alterius potestatem pertinere, videlicet ut vel res illa intelligatur pertinere ad illam, tanquam illa potestas secundum æquitatem quandam visam rationabilem possit disponere de illa re, aut dispensanda, aut obliganda, aut conferenda, aut iudicanda, aut condemnanda, &

Gladus secularis neque; actu neque; habitu est apud Papam, debet tamen illi esse subiectus

Act. 4. g

Act. 5. a


Dan. 3. g

Potestas secularis quæ potest leges condere de rebus fidei & de rebus personarum ecclesiasticarum.

sic res ecclesie spectant ad potestatem ecclesiasticam, & nullo pacto ad secularem potestatem. Aut secundo modo res aliqua pertinere intelligitur ad alterius potestatem quatenus potestas illa tenetur defendere illam, ac subiectos sibi coercere ne impediunt aut molestant. At dices forsitan, Quorsum hæc de iurisdictionibus, & facultatibus eligendi papam aut Imperatorem tam longa digressio? Respondeo ut magis intelligantur vires legum & consuetudinum & erga superiores obediendi limites, & superiorum erga inferiores iuste imperandi rationes. Neque enim papa, neque imperator debet homines subiectos sibi habere tanquam seruos & mancipia, sed tanquam liberos & ingenuos, quos ipsi non in sua priuata commoda, neque ex libidine præsidendi, sed in bonum commune ipsorum debuerunt suscipere gubernandos, atque ita eos non posse pro libito tollere res temporales, neque enim omnia quæ populus acquirit sunt regis, sicuti omnia quæ seruus acquirit suo domino acquirit, & ideo ipsi non possunt pro libito subditis præcipere aut cõstituere omnia quæ iure naturali aut diuino non sunt prohibita, sicuti stultè quidam opinantur, sed eorū imperia, mandata, cõsuetudines, ac leges eatenus sunt iusta quatenus communi bono reipublicæ congruunt. Et hinc iam consideranda est ratio. Propter quam consuetudo, quæ canonicis obuiat institutis nullius est roboris vel momenti, quia canonicæ institutiones sunt à potestate ecclesiastica, quæ non ab homine, sed à Deo vigorem habet ligandi, & soluendi, imperandi, & prohibendi, quæ sanè potestas, neque consuetudine vlla, neque præscriptione tolli potest, neque esse in persona vlla sæculari. Insuper & sacrosancti canones instituti sunt propter bonum commune spirituale, & ad impediendum peccata, vel sunt de rebus & iuribus ecclesiasticis, quæ præscribi non possunt vlla consuetudine. Consuetudo ergo talibus institutionibus inimica & obuia est, quæ est contra commune bonum spirituale & fouens peccata, reddens videlicet homines ad peccandum procliuiiores. Vel est de rebus, quæ præscribi non possunt, veluti est consuetudo contra neruum ecclesiasticæ disciplinæ, vel contra obedientiam superiorum, vel etiam reprobata à lege canonica. Verùm hic sciendum est, Aliud est legem canonicam disponentem ad actus virtutis supererogationis tolli, seu desinere esse per non vsum, veluti est lex ieiunij, & celebrandi festum, quæ tollitur interdum per non vsum, papa tacente & consentiente virtualiter. Aliud est legem canonicam tolli per consuetudinem disponentem ad actus canonicis institutionibus contrarios. Lex canonica est, quod chrisma seu sacramentum confirmationis conferri non debeat nisi à solo episcopo. Nam & hoc ex traditione Apostolorum accepit ecclesia, & ideo consuetudo illi contraria disponens, ut etiam conferatur à simplici sacerdote, nullius est roboris. Sic non valet consuetudo, qua mulier committens adulterium, nihilominus medietatem omnium bonorum, quæ fuerit vir adeptus apprehendat, cum talis consuetudo iuri contraria foueat peccatū, & per eam mulieres sint ad adulterium proniores. Quamuis autem interdum ex legis vel consuetudinis dispositione foueantur quidam homines in peccato, reddanturque ad peccandum proniores, si tamen lex illa vel consuetudo expediat ad obuiandum pluribus & grauioribus malis, non censetur consuetudo fouens peccatum, vel lex iniusta. Atque ita patet ratio, propter quam consuetudo, quæ canonicis obuiat institutis, nullius est roboris: cum tamen consuetudo, quæ imperialibus legibus obuiat, magni est roboris. Nam lex canonica, neque est à potestate quæ pendet ex consensu hominum, neque tum solum incipit ligare, dum iudicio populi pro lege suscipitur, neque etiam est de nudis temporalibus rebus, in quibus populus liberum habet consensum vel dissentium.

Decimum

Decimumseptimum caput, tractans de consuetudinibus ecclesiasticis, & vxorum pluralitate.



Augustinus ad inquisitiones Ianuarij aliquot saluberrimas regulas tradit de consuetudinibus ecclesiasticis. Prima est, ista, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel à plenarijs concilijs, quorum est in ecclesia saluberrima authoritas, commendata atque statuta retineri, sicuti quod Domini passio, & resurrectio, & ascensio in cælum, & aduentus spiritus sancti de cælo anniuersaria solennitate celebrantur per vniuersum orbem, sic & per vniuersam ecclesiam mos iste seruatur, quod corpus Christi à ieiunis sumatur. Neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi, aut cœnati fratres ad illud accipiendum conuenire debent. Nam & Paulus arguebat eos, qui mensis suis ista miscebant. Pari quoque forma ecclesie ritus consuetudine approbata in celebrandis anniuersarijs passionis dominicæ, & resurrectionis, & ascensionis, & missionis spiritus sancti per vniuersum orbem obseruat lunæ ac solis cursus, & id quidem non superstitiosè, aut vanè, sed sanctè & mysticè. Sic & ecclesie præceptum de celebrando paschate, dieque passionis Domini nostri Iesu Christi non præfigit eundem certum anni diem. Præceptum autem de celebranda die natali eius præfigit reditum ad eundem anni diem. Hactenus Augustini dogmata de consuetudinibus iam inde ab Apostolorum temporibus custoditis ad hæc vsque tempora, quas irrident huius temporis hæretici. Quid inquit mihi de solis & lunæ cursibus, quid opus est tam variè paschalia festa peragere, obseruo pascha assiduum, non in fermento veteri malitiæ & nequitie, sed in azymis synceritatis & veritatis. Verùm nequaquam putanda sunt hæc præcepta absque ratione, sic ab ecclesia per vniuersum orbem esse ante mille & quingentos annos obseruata, quandoquidem & horum rationes operibus redemptionis humani generis congruentissimas assignauerunt sancti patres, & præsertim Augustinus in libro supradicto. Dies, inquit, natalis Domini, non in sacramento celebratur, sed tantum in memoriam reuocatur, quod natus sit Christus, ac per hoc nihil opus erat, nisi reuolutum anni diem, quo ipsa res acta est festa deuotione significari. Dies autem passionis Dominicæ aut resurrectionis, etiam in sacramento celebratur, cum rei gestæ ita fiat commemoratio, ut aliquid etiam significari intelligatur, quod sanctè commemorandum est, veluti quod Christus verus est agnus, qui nos ab infernalis Pharaonis captiuitate liberauit, figuratus & propheticè designatus in paschali Iudæorum agno singulis annis decimaquarta luna primi mensis offerendo. Sic & lex atque consuetudo, præcipiens diem passionis Dominicæ ante sabbatum, diem verò resurrectionis post sabbatum esse celebrandum, habet causam & rationem, quia videlicet illud pascha Iudæorum, quo passus est Christus, ita occurrebat, ut inter mortem eius & resurrectionem medius esset sabbati dies, quamobrem & patres nostri censuerunt dies illos esse obseruandos, ut pascha nostrum à paschate distingueretur Iudæorum, qui decimam quartam diem lunæ primi mensis tantummodo obseruant vsque vigesimam primam, iuxta præscriptam eis legem, non curantes qualiscunque dies ille primi mensis fuerit, siue sabbati, siue solis, siue lunæ, aut Veneris.

Sic & inter omnia decalogi præcepta, lex ecclesie Christianæ præceptum de die sabbati sanctificando, mutauit in diem Dominicum in honorem resurrectionis dominicæ, quem primitiua Apostolorum ecclesia, loco diei sabbati celebrare cœpit, cuius & meminit Ioannes in Apoca. Dies sabbati, dies est septimus,

H 3 in quo

Populus non est seruus regis, aut imperatoris.

Consuetudo quæ canonicis obuiat institutis cur nullius est roboris.

De consuetudinibus ecclesie ad inquisitiones Ianuarij. lib. 1. c. 1.

Eodem. c. 6.

Corpus Christi à ieiunis sumi per vniuersam ecclesiam inde ab Apostolorum temporibus fuit consuetudo.

Augu. ad Inq. 1a. lib. 2. c. 11.

Augu. ad Inq. 1a. lib. 2. c. 9. c. 13.

in quo Deus requieuit ab operibus formationis seu creationis huius mundi, in quo & Christus requieuit ab operibus redemptionis generis humani, mortuus iacens in sepulchro. Vnde neque in euangelijs, neque in Apostolicis epistolis reperitur lex vlla, vel præceptum celebrandi, aut pascha, aut diem passionis Dominicæ, vel ascensionis, vel natiuitatis, vel Dominicam vel aliam solennitatem vllam. In scripturis quidem veteribus est de pascha celebrando præceptum, sed non illic est designatum tempus, nisi ex mense nouorum à luna quartadecima, vsque ad vigesimam primam. Ex euangelio tamen, quia iam, vt inquit Augustinus, manifestum est, quo etiam die Dominus crucifixus sit, & quo die in sepulchro fuerit. Adiuncta est etiam ipsorum dierum obseruatio per patrum concilia, & orbi vniuerso persuasum est eo modo pascha celebrari oportere. Hactenus Augustinus. En planè habes patrum concilia condidisse decreta, quibus oporteat nos obedire, etiam in his, quæ tamen in scripturis sacris non inveniuntur expressè præcepta. Sic & ascensionis dominicæ, & missionis sancti spiritus dies solennes aguntur, secundum certum dierum numerum à die resurrectionis supp-

A tum. Nam & ipse Christus quadraginta dies post resurrectionem suam in hac vita cum discipulis suis conuersatus est, & posteaquam ascendit in cælum, decem diebus interpositis, misit spiritum sanctum, atque ita dum cõplerentur dies quinquaginta, missus est spiritus sanctus. Atq; hoc pacto, ea quæ olim præcepta erant de paschate & pentecoste Iudæorum, veluti prophetica quædam signa demonstrantur completa in paschate & pentecoste Christianorum. Nam & apud Iudæos, postquam occiso agno celebratum erat pascha, dies quinquaginta numerantur, vsque in diem quo lex data est in monte Synai digito Dei scripta. Atque ita in harum festiuitatum celebrationibus, duo testamenta fideliter concordantia, sacramentam concinunt Deo veritatem. In liberatione ex Ægypto, occiditur ovis, celebratur pascha, & interpositis quinquaginta diebus, lex datur ad timorem, scripta digito Dei. In liberatione humani generis ex inferno, occiditur Christus, qui tanquam ovis ad occisionem ductus est, celebratur pascha, & interpositis quinquaginta diebus, datur ad charitatem spiritus sanctus, qui est digitus Dei, quem significare spiritum sanctum declarauit scriptura. Quod enim Lucas dixit: In digito Dei eiicio dæmonia. Hoc idem dixit Matthæus: In spiritu Dei eiicio dæmonia. Harum autem similibus rerum veritati hæreticorum animositas semper inquieta resistit, quos Magorum Pharaonis habere conatum, declarat Apostolus, dicens: Sicut enim Iannes & Mambres resistunt Moyfi, sic & isti resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobis circa fidem, sed vltra non proficiunt. Huiuscemodi ergo dies sunt, quæ in ecclesia per vniuersum orbem in sacramento celebrantur, in quibus & ieiunia laxantur, & Alleluia cantatur. Hactenus Augustini de consuetudinibus ecclesiæ dogmata & præcepta. Et adijciens: Magnæ igitur, inquit, insanix & temeritatis est, huiuscemodi consuetudines per vniuersam ecclesiam mysticè obseruatas, contemnere, aut nihili facere. Sic & lex ieiunij quadragesimalis præter rationem moralem secundum virtutem abstinentiæ, quæ est ad domandam corporis lasciuiam, ne caro dominetur spiritui, & ad corrigendum seu reprimendum peccata, ad placandum Dei iram nostris sceleribus prouocatam, habet rationem & causam cur sit instituta de quadraginta diebus, potius quàm de viginti, aut de triginta, aut quinquaginta. Et quòd dies illi quadraginta ante pascha, potius quàm alio tempore celebrentur. Hactenus Augustinus de consuetudinibus custoditis iam olim ante quadringentos & mille annos per vniuersam ecclesiam. Cæterum iam de legibus, institutionibus, seu consuetudinibus ecclesiasticis, quæ non per vniuersam ecclesiam, sed variè per diuersa loca obseruantur, sicuti ieiunare sabbato, vel non

August. eodem
c. 15.

In sacri literi
noni testamenti
non reperitur
illum præceptum
de illo die festo

August. eodem
lib. c. 15.

Eodem. c. 16.

In festiuitatis
celebrationibus
duo testamta
concordant.

Luc. 11.
Matth. 17.
Digitus Dei in
scripturis quis
sit.
2. Tim. 3. b
Exod. 7. b

Aug. eod. lib.
c. 15.

A non ieiunare. Certis diebus, aut quotidie Eucharistiam sumere, quinta feria maioris hebdomadæ corpus Domini post cœnam offerre, & pedes lauare. De his & id genus alijs Augustinus duas tradit regulas.

Vna est de his, quæ sic variè per diuersa loca obseruantur, talis saluberrima regula retinenda est. Vt quæ non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem melioris vitæ, vbicunq; institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed & laudando & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impediatur, vt amplius detrimentum sit quàm lucrum ex obseruatione speratum. Si verò quorundam hominum infirmitas ita impediatur, vt tamen maiora sint lucra speranda, quàm calumniatorum detrimenta sint metuenda sine dubitatione, id quod sic institutum esse videmus, est faciendum maximè, si etiam de scripturis defendi potest, sicut de hymnis & psalmis canendis, alijsq; cæremonijs institutis ad mouendum & excitandum piè animos, & accendendum diuinæ lectionis affectus, & ad introducendum Christianos in reuerentiam mysteriorum seu sacramentorum cœlestium, quæ in locis varijs custodiuntur, valentes ad excitationem, ad lucrum aut custodiam fidei, ad diuini cultus promotionem & augmentum, ad commemorationem passionis Dominicæ, & ad recolenda beneficia redemptionis per Christum dominum nobis impensa. Et ideo quæ amuis plærung; hisce in rebus non obseruatis secundum se nihil sit flagitij, tamen vel irridere, seu nihili pendere huiuscemodi obseruantias, tanquam friuolas, aut inutiles, aut repugnantes libertati religionis Christianæ, vel contemnere, negligere, & violare ecclesiæ consuetudinem, aut superioris legem super huiuscemodi rebus latam, aut super illis turbare ecclesiasticum ordinem & ritum, multum habet flagitij, & tanto delinquētis est maior malicia, quanto vel nullo, vel paruo incommodo, aut labore seruari potest quod est in consuetudinem tractum, aut pro augmento deuotionis populi superioris lege sancitum. Vnde consuetudo in aliqua ciuitate, vel patria ligans ad actum aliquem virtutis solum ligat hominem, quoad manserit in terra illa. Quòd si extra territorium consuetudinis illius iam quis moretur, aut peregrinetur non amplius illius, sed istius territorij consuetudinibus ligatur, & ideo in his, quæ sic per loca variantur nō melior disciplina, inquit August. inueniri potest, quàm vt eo modo quisq; agat, eumq; morem seruet, quo agere videt ecclesiam, ad quam fortè deuenit, quemadmodum venerabilis Ambrosius respondit matri meæ. Cùm Romæ sum, ieiuno in sabbato, cùm aut fero Mediolani non ieiuno. Sic & tum in quemcunq; locum veneris, eius morem serua, si non vis cuiquam esse scādalo, nec quenquam tibi. Ex his arbitror manifestum in ieiunijs quibusdam in festiuitatibus celebrandis non præscriptis vllò ecclesiæ præcepto consuetudinem habere vim legis obligantis. Secunda regula Augustini de eisdem scilicet, quæ neq; sanctarum scripturarum authoritatibus continentur, nec in concilijs episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine vniuersæ ecclesiæ sunt roborata, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur. Illa, inquit, quæ ita varia sunt, vt vix, aut omnino nunquam inueniri possint causæ quas in eis instituendis sequuti sunt homines, quæ neque videntur aliquid valere ad exhortationem melioris vitæ sine vlla dubitatione ubi facultas tribuitur refecāda existimo, quamuis enim neque in eis inueniri potest quòd contra fidem sint, ipsam tamen religionem quàm paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei liberam esse voluit, seruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tantum sarcinis, non humanis præscriptionibus subiiciuntur. Sed ecclesia Dei nonnulla huiuscemodi propter scandala vitanda tolerat, ea tamen quæ sunt contra

Regula dua.
Aug. de consue-
tudinibus eccle-
siasticis, sed variè
obseruatis.

Prior reg.
Aug. ad inq.
Ia. lib. 2. c. 18.

B excitandum piè animos, & accendendum diuinæ lectionis affectus, & ad introducendum Christianos in reuerentiam mysteriorum seu sacramentorum cœlestium, quæ in locis varijs custodiuntur, valentes ad excitationem, ad lucrum aut custodiam fidei, ad diuini cultus promotionem & augmentum, ad commemorationem passionis Dominicæ, & ad recolenda beneficia redemptionis per Christum dominum nobis impensa. Et ideo quæ amuis plærung; hisce in rebus non obseruatis secundum se nihil sit flagitij, tamen vel irridere, seu nihili pendere huiuscemodi obseruantias, tanquam friuolas, aut inutiles, aut repugnantes libertati religionis Christianæ, vel contemnere, negligere, & violare ecclesiæ consuetudinem, aut superioris legem super huiuscemodi rebus latam, aut super illis turbare ecclesiasticum ordinem & ritum, multum habet flagitij, & tanto delinquētis est maior malicia, quanto vel nullo, vel paruo incommodo, aut labore seruari potest quod est in consuetudinem tractum, aut pro augmento deuotionis populi superioris lege sancitum. Vnde consuetudo in aliqua ciuitate, vel patria ligans ad actum aliquem virtutis solum ligat hominem, quoad manserit in terra illa. Quòd si extra territorium consuetudinis illius iam quis moretur, aut peregrinetur non amplius illius, sed istius territorij consuetudinibus ligatur, & ideo in his, quæ sic per loca variantur nō melior disciplina, inquit August. inueniri potest, quàm vt eo modo quisq; agat, eumq; morem seruet, quo agere videt ecclesiam, ad quam fortè deuenit, quemadmodum venerabilis Ambrosius respondit matri meæ. Cùm Romæ sum, ieiuno in sabbato, cùm aut fero Mediolani non ieiuno. Sic & tum in quemcunq; locum veneris, eius morem serua, si non vis cuiquam esse scādalo, nec quenquam tibi. Ex his arbitror manifestum in ieiunijs quibusdam in festiuitatibus celebrandis non præscriptis vllò ecclesiæ præcepto consuetudinem habere vim legis obligantis. Secunda regula Augustini de eisdem scilicet, quæ neq; sanctarum scripturarum authoritatibus continentur, nec in concilijs episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine vniuersæ ecclesiæ sunt roborata, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur. Illa, inquit, quæ ita varia sunt, vt vix, aut omnino nunquam inueniri possint causæ quas in eis instituendis sequuti sunt homines, quæ neque videntur aliquid valere ad exhortationem melioris vitæ sine vlla dubitatione ubi facultas tribuitur refecāda existimo, quamuis enim neque in eis inueniri potest quòd contra fidem sint, ipsam tamen religionem quàm paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei liberam esse voluit, seruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tantum sarcinis, non humanis præscriptionibus subiiciuntur. Sed ecclesia Dei nonnulla huiuscemodi propter scandala vitanda tolerat, ea tamen quæ sunt contra

Aug. ad inq.
Ia. lib. 2. c. 18.

Posterior
regula.

Aug. ad inq.
Ia. lib. 2. c. 19.


Idem eodē. c. 20 fidem aut bonam vitam nequaquam approbat, nec tacet nec facit, veluti si quæ A
constitutio ita iuberet abstinere à carnibus edendis, vt immundos arbitretur eos
De fortibus. qui comederent, aptissimè contra fidem bonosq; mores est. Si verò qui de eu-
angelicis paginis sortes legunt, & si optandum est, vt hoc potius faciant, quàm vt
ad dæmonia consulenda concurrant, tamen etiam ista, inquit Augustinus, mihi
displicet consuetudo ad negotia sæcularia & ad huius vitæ vanitatem oracula di-
Obiectio. uina velle conuertere. Obijcies forsitan ex verbis Augustini & Ambrosij morem
seu consuetudinem per sese non obligare quenquam in foro conscientiæ, sed so-
Recitat Aug. lum per accidens ratione scandali, eò quòd faciens contra loci cõsuetudinem est
Inq. Ia. li. i. c. 2 proximo scandalum. Sic enim, inquit Ambrosius: Ad quemcunq; locum vene-
ris, eius morem serua, si non vis cuiquam esse scandalo, neque quenquam tibi.

Respondeo ex illa sententia Ambrosij ab Augustino approbata vtiq; sequitur,
Populum habere morem sui loci pro lege. Neque enim violans consuetudinem
esset populo scandalum si non mos ille suscipiendus esset pro lege obligante. Ne- B
mo scandalizatur ex alterius opere, qui non ex opere illo occasionē agendi contra
legem capit. Consuetudo ergo de celebrandis certis diebus festorum aut ieiunio-
rum primitus inchoata, & paulatim introducta in cõmunitate aliqua ex sola po-
puli deuotione habet vim legis, si postmodum consuetudo illa sit suscepta consen-
De cõsuetudine sione populi pro iure aut lege obligante. Si verò consuetudo illa non sit vnquam
ex deuotione po-
puli introducta à populo suscepta pro lege, neq; à superiore, qui plenæ reipublicæ præsidet tan-
quam lex imposita, non ligat in foro conscientiæ, nisi ratione aut scandali pusil-
lorum aut erroneæ conscientiæ. Dixi signanter, neque à superiore tanquam
lex imposita. Nam si papa constitutione sua canonica velit omnem consuetudi-
nem rationabilem ad augmentum diuini cultus, ex sola deuotione populi intro-
ductam habere vim legis, præcipiatq; illam tanquam legem obseruari, quemad-
modum & fecisse videtur, iam cõsuetudo illa propter constitutionē papæ, seruanda
est etiam, & si populus non habuerit intentionem sese obligandi. Ceterum C
idem August. Mos populi Dei & instituta maiorum pro lege sunt tenenda. Et ibi-
dem differens, cur ecclesia statuerit diebus dominicis ieiunandum non esse, cum
non sit malum singulis diebus ieiunare. Respondet, ieiunare, inquit, Domi-
nico die, non est offendere Deum. Sed nunc postquam hæretici impiissimi, ma-
ximè Manichæi, abstinentes à carnibus ieiunia diei Dominici dogmatizare cœ-
perunt, qui diem dominicum constituerunt ad ieiunandum tanquam legitimum
diem. Factum est, inquit, vt ieiunium illius diei horribilius haberetur. Hæc il-
le. Et ibidem, Cur autem quarta feria & sexta maximè ieiunet ecclesia, illa ra-
tio reddi videtur, quòd considerato euangelio ipsa quarta sabbati, quam vulgo
quartam feriam vocant, reperiuntur Iudæi fecisse consilium ad occidendum do-
minum Iesum, intermissio autem vno die, cuius vespere Dominus pascha cum dis-
cipulis māducauit, qui finis fuit eius diei, quam vulgo quintam sabbati vocamus. D
Deinde traditus est ea nocte, quæ iam ad sextam feriam pertinebat, qui & dies est
passionis eius, hic primus dies fuit azymorum à vespera incipiens. Matthæus eu-
angelista quintam sabbati dicit fuisse primum diem azymorum, quia eius vespera
sequenti futura erat cœna paschalis, qua cœna incipiebat azymi & ouis immola-
tio manducari. Ex quo colligitur quartam sabbati fuisse, quando ait Dominus:
Matth. 26. Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur.
Tunc congregati sunt principes & seniores populi in atrium principis sacerdo-
tum, qui dicitur Cayphas, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occi-
Eodem. derent. Intermissio autem vno die, de quo dicit euangelist. : Prima autem die azy-
morum acceiserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comede-
re pascha. Hæc Augustinus ad Casulanum.

Caput

A

Caput decimum octauum de consuetudine patriarcharum, qua plures
ducebant vxores.



LIam cõtra Faustum criminantè patriarchas, q; plures habue-
runt vxores, Aug. sic loquitur: Habere plures vxores quādo mos
erat, crimen nō erat, & nunc propterea crimē est, quia mos non
est. Alia enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores,
alia contra præcepta. Quæ cum ita sint, quid tandem criminis
est, quòd de pluribus simul habitis vxoribus, obijcitur sancto
viro Iacob? Si naturā consulas, non lasciuiendi, sed gignēdi causa illis mulieribus
vtebatur. Si morem, illo tempore tempore & illis terris hoc factitabatur. Si præ-
ceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc verò cur crimē est, si quis hoc faciat? nisi
quia & moribus & legibus hoc non licet. Quæ duo quisquis contempserit, etiam
B si tantummodo causa generandi vti possit sceminis pluribus, peccat tamen, & ip-
sam violat humanā societate, cui necessaria est propagatio filiorū. Sed quia homi-
nes, aliter iam se habentibus moribus ac legibus, non possunt delectari vxorū mul-
titudine, nisi libidinis magnitudine, ideo errant & putant haberi omnino non po-
tuisse vxores multas, nisi flagrantia carnalis concupiscentiæ ac sordidæ voluptatis.
Comparantes enim non alios, quorū animi virtutē prorsus nosse non possunt, sed
sicut ait Apostolus, semetipsos sibimetipsis non intelligunt. Verum nos, eis qui
virtutem temperantiæ non habent, iudicium de sanctorū virorum moribus, com-
mittere non debemus, sicuti de ciborū suauitate ac salubritate iudicare febrien-
tes non sinimus. Hactenus August. sententiæ. Ex quibus patet habere plures vxo-
res antiquis patribus non fuisse crimen, quando in populo Dei sancto mos erat,
quia tunc neq; contra naturam erat, neque contra præceptum. Sed quia cõmunis
magistorū sententia est, contra ius naturæ esse, plures simul habere vxores, quem-
C admodum ait scriptura, tempore legis naturæ ante lapsum: Adhærebit vxori suæ,
non vxoribus, & erunt duo in carne vna, non ait, erunt tres, aut quatuor. Vnde di-
cunt hoc nunquam fuisse licitum, nisi ex speciali inspiratione Dei, super legem il-
lam dispensantis iuxta sententiā capituli, Gaudemus de diuortijs. Idcirco in hæc
August. sententia bene est ponderandum, quòd in ea non dicitur, quia mos erat,
crimen non erat, sed quando (inquit) mos erat, crimen non erat. Neq; enim illic
causa, sed tempus in quo peccatum non erat designatur, causa verò propter quam
non erat peccatum, erat dispensatio diuina, quæ faciebat pluralitatem vxorū illis
non esse vlla lege prohibitam. Verum & hic ponderanda est sententia August.
sumentis causalem propositionem ex opposito antecedentis ad oppositum con-
sequentis. Continuò nempe adiecit, nunc quia mos non est, propterea crimen
est, intelligens, nunc scilicet in lege euangelij, quia non sic est mos diuina dispen-
satione concessus. Propterea habere nunc plures vxores crimen est. Vnde nunc
D in lege Christus reduxit matrimonium ad pristinum statum, quando dixit: Qui
dimiserit vxorem & aliam duxerit mœchatur, & qui dimissam duxerit mœcha-
tur. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in
carne vna. Ad duritiam cordis vestri Moyses permisit vobis dimittere vxores
vestras, ab initio autem non erat sic. Si dimissa vxore non licet aliam ducere, mul-
to minus erit licitum aliam ducere, vxore retenta, quia habere vnam post aliam,
minus videtur illicitum, quàm habere simul duas. Atque ita neque vlla populi
consuetudine, neque vlla papæ dispensatione introduci potest, vt nunc liceat
vni viro simul plures habere vxores. Nam iuxta diui Pauli sententiam. Sicut
mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir: Ita & vir sui corporis po-
testatem non habet, sed mulier. Quemadmodum ergo mulier non potest nu-
bere

Lib. 22. cap. 47
contra Faust.

Vxores plures
habere olim
permissum.

2. Corin. 10. 8

Gen. 2.

Matth. 19.

Habere plures
vxores simul
nullo modo licitum est.
1. Corin. 7.

DE LIBERTATE CHRISTIANA

A bere alteri viro, quia potestatem sui corporis non habet. Ita neque vir iam iun-
Obiectio. ctus matrimonio potest ducere aliam vxorem. Si obieceris ex his scripturis.
 Quamuis consequens sit virum non posse accipere secundam vxorem, prima in-
 uita & nolente, non tamen sequitur virum non posse accipere secundam vel ter-
 tiam vxorem. prima ex rationabilibus causis consentiente & cedente iuri suo,
 quemadmodum sancti patriarche, non vt libidini vacarent, sed vt proles genera-
 rent, acceperunt plures vxores, prima consentiente, aut permanente sterili. Sicut
Genes. 16. ti dixit Sara ad Abraham: Ecce conclusit me dominus ne parerem, ingredi ad
 ancillam meam, si saltem ex illa suscipiam filios. Atque ita Abraham ex consen-
 su vxoris accepit secundam. Sic & Iacob Liam accepit vxorem, Rachaele consen-
Genes. 30. tiente. Ingressus est insuper Iacob ad ancillam, Lia iam cessante parere. Videtur
 igitur, quod non sit contra ius naturae secundam vel tertiam vxorem ducere, si
 ad sit consensus vxoris sterilis, & desiderium procreandae prolis, paucitas foemi-
 narum, & multiplicatio diuini cultus, & ita non erit peccatum plures simul habe-
B re vxores, quando mos est, & quando non obuiat lex vlla positua id prohibens.

Solutio. Respondeo. Consensus vxoris sterilis, & cessio iuris illius, quod vxor in ma-
 ritum habet, cum desiderio procreandae prolis, non sufficiebant ad hoc, vt cui-
 quam liceret plures habere vxores. Nam & illa non faciebant cessare obligatio-
 nem iuris naturae dictantis in matrimonio vtrunque coniugem non habere pote-
 statem tradendi corpus suum alteri tertio ad opus carnalis commercij. Potest
 quidem vxor credere iuri suo de petendo debitum a marito, sed non potest tol-
 lere ius naturae matrimonij annexum, quo vir obligatur non dare corpus suum
 alteri foeminae quam diu viuit vxor eius. Et ideo apud patriarchas olim require-
 batur specialis dispensatio Dei dispensantis supra ius rationis internae, qua bene
 ordinata dicitur in matrimonio vxorem ad actum coniugalem, non habere pote-
 statem tradendi corpus suum alteri viro, sed habere totam & plenariam potesta-
 tem corporis viri, sicut & vir ipse totam & plenariam potestatem habet in cor-
C poris mulieris. Verum quidem est, quod multiplicare & procreare proles ad cul-
 tum Dei, sit de dictamine naturalis iuris, sed non est de iuris naturalis ratione,
 velle qualitercunque multiplicare. Vnde & ex sententia Augustini superius reci-
 tata patet habere plures vxores fuisse crimen, quando mos non erat, ex quo sequi-
 tur, quod ante legem & morem fuerit contra praecipuum, sed ante legem & mo-
 rem nou fuit lex alia, quam naturalis, ergo ante Abraham, priusquam mos erat
 habere plures vxores, fuit contra ius naturale.

Proinde & Lamech ante diluuium primus contra morem & naturam adul-
 terium commisit duas accipiens vxores, vt inquit glosa interlinialis.

Verum donemus secundum aliorum quorundam sententiam habere plures
 vxores, non sic fuerit contra ius naturae, quin & fortioribus iuris naturae vincu-
 lis, superuenientibus causis, videlicet supradictis, potuerat fieri licitum
 absque speciali dispensatione diuina. Nunc tamen pro lege euan-
D gelij, cum matrimonium non solum est contractus, sed
 & sacramentum nouae legis, non licet vlla con-
 suetudine aut dispensatione humana si-
 mul plures habere vxores, sic-
 uti & supra diximus,
 de quo & in ali-
 is latius.

IOANNIS

A Ioannis Driedonis à Turnhout

Sacrae Theologiae Professoris apud Louanienfes,
 De libertate Christiana,

LIBER SECVNDVS.

Caput primum in quo differitur de transgressione legis humanae aut constitu-
 tionis seu consuetudinis ecclesiasticae, an videlicet transgredi legem pure hu-
 manam, sit criminalis, an potius venialis culpa.

B Peræpretium est iam considerare, quando transgressio legis est
 mortale, & quando veniale, aut nullum peccatum. Ad quod in-
 telligendum congruit præmittere super hac re sententiam Io-
 annis Gerson Cancellarij Parisiensis, dicentis: Solum Deum pos-
 se dare præcepta affirmatiua vel negatiua sub pena mortis æter-
 nae, quia illam, inquit, solus ipse Deus potest infligere, atque ita
 nullus reatum æternæ damnationis incurrit, nisi quatenus extiterit transgressor
 diuinæ legis. Ad hoc, inquit, est authoritas Augustini describentis actuale peccatū
 cōmissionis, esse dictum, factum, vel concupitū contra legem Dei æternā. Item si-
 cut nemo habet infundere gratiā nisi solus Deus, ita neq; quispiā alius potest ab a-
 nima gratiā eripere, nempe solus ipse habet clauēs vitæ & mortis. Ipse claudit, ne-
 mo aperit. Ex his infert corollaria multa. Primum. Nulla transgressio naturalis
 aut humanae legis, vt est naturalis vel humana, est ex ipso facto, aut mortale pecca-
 tum, aut adducens reatū æternæ mortis. Probat, quia leges naturales & humanae,
C vt tales sunt, non possunt attingere ad cognitionē æternitatis in pena vel in præ-
 mio. Deinde & frustra, inquit, darētur leges cum appositione pœnarū, quas legis-
 latores inferre non possunt. Cum ergo neq; natura, neq; humanae potestates vale-
 ant transgressores suarū legum plectere æterna morte, neq; possint de illa exami-
 nare per testes, aut per aliam viam, consequens videtur per transgressionem legis
 humanae neminem criminaliter delinquere. Hac ratione fulciunt sese, inquit,
 doctores nominatim Durandus & cæteri quidam ponentes super actibus intrin-
 secis & occultis non posse per prælatos hominibus imponi vlla præcepta. Se-
 cundum corollarium ipsius. Nullus legislator ecclesiasticus vel ciuiliis habet
 directē authoritatem præceptiuam super actu dilectionis internae, aut fidei, aut
 spei, & ideo quantumcunque, inquit, legislatores intenderint per suas leges sub-
 ditos fieri meliores interius ac sanctiores, tales tamen fines intenti ab illis non ca-
 dunt sub præceptis ipsorum, atque ita non erit, inquit, transgressio humanae le-
D gis, vt humana est, etiam si fiant actus externi humanarum legum cum peruersis-
 simis & prauis intentionibus, veluti si dicantur horæ canonicæ, vel si fiat ieiuni-
 um aut missa audiatur cum quauis mentis euagatione, aut propter vanam glori-
 am, aut propter fraudem, vel hypocrisim. Sic operans agit quidem malè, inquit,
 apud Deum peccans non in humanam, sed in diuinam legem. Tertium corol-
 larium infert, Omisio horarum canonicarum & transgressio ieiuniorum eccle-
 siasticorum, & generaliter omnium posituarum institutionum, nunquam est mor-
 tale peccatum, nisi quatenus diuinæ legi inuenitur dissonare. Quartum corol-
 larium infert, Ex eo quod quispiam mortaliter peccat transgrediens humanam
 constitutionem, non sequitur constitutionem illam humanā in foro conscientiae
 obligare ad mortale peccatum, quemadmodum si medicus peritus dicat: Petre,
 do tibi

Ioannes Gerson
 de vita spirituum
 li anima, lect. 4
 An lex huma-
 na ad peccatū
 mortale obli-
 get.
 Contra Faustū
 lib. 22. c. 27.
 Apoc. 3. 6

Pluralitas ux-
 rum quomodo
 sit contra ius
 naturae.

Genes. 4.
 Lamech accipi-
 ens duas ux-
 res peccauit in
 legem naturae.

do tibi legem pro vita corporis tui seruanda, quam si fueris transgressus, periclitabitur vita tua. Non bibas vinum purum hoc triduo, hic manentem, inquit, est medicum non habere facultatem aut præcipiendi aut condendi legem sub reatu aeterni supplicij, & tamē agrotus hoc casu contra medici præceptum operans reus efficitur damnationis aeternæ, non propter transgressionem præcepti ipsius medici, sed propter transgressionem legis Dei iubentis, vt non inebriemur vino, aut non occidamus nos ipsos cibo, & potu. Hactenus sententiæ præfati doctoris volentis legem purè humanam non obligare hominem in conscientia sub reatu peccati, nisi & simul aliquid adfit quod in se, omni humana lege seclusa est diuina lege aut iussum aut vetitum, propter quod ipsius humanæ legis transgressor fiat reus in conscientia apud Deum. Hæc doctrina quamuis multas falsas contineat sententias, nouas, & confictas contra omnium patrum sanctorum decreta simul & contra moralem philosophiam, impræsentiarum tamen sufficit demonstrare eam esse falsam in principali fundamento. Sit igitur contra eam hæc sententia: Opera in se licita aut indifferentia non præcepta lege vlla diuina, sunt debita ex sola lege vel iussione humana, vt rus colere & ad forum ire, domum custodire, & id genus alia, ad quæ nulla diuina lege huius obligatur, incipiunt venire in obligationem accedente præcepto solo paterno. Sic & in alijs multis, opus quod iure diuino & naturali est indifferens plarunquē sola consuetudine fit debitum. Et opus item quod iure naturali & diuino est licitum plarunquē accedente sola humana prohibitionem fit illicitum. Præceptum ieiunij ecclesiæ plarunquē transgreditur quitpiam, etiam alioqui custodiens ius naturæ secundum virtutem temperantiæ. Vnde Aug. Aliud est temperantia custodita comedere & bibere. Aliud autem ieiunare, Aliud insuper corda grauare crapula & ebrietate, quod semper malum est, Aliud verò modestia & temperantia custodita relaxare ieiunium, quod certè cum sit die dominico reprehensibilem non habet Christianum. Ex quibus verbis Augustini liquidum est præceptum ecclesiæ de ieiunio ligare ad aliquid quod non cadit sub naturali præcepto virtutis temperantiæ. Idoneus ad pastorem curam vel episcopatum potest licite intendere studio cognoscendæ veritatis, & viuere in laudabili otio contemplatiuæ vitæ, sed vbi pastoralis cura fuerit iniuncta superioris mandato, non potest licite recusare, vt patet octaua quæst. 1. Qui episcopatum. Et capite, In scripturis. His præmissis subiiciendæ sunt propositiones aliquot, quibus intelligitur an transgressio legis puræ humanæ sit criminalis, an venialis culpa, an prorsus sit interdum sine peccato. Prima propositio. Lex iniqua neminem ligat in foro conscientiæ, quemadmodum neque sententia iudicis iniqua, neque præceptum iniquum. Qua autem ratione lex dicitur iniusta & iniqua, iam in superioribus diximus cap. 8. ex qua satis est manifesta veritas propositionis istius. Nam si lex est iniqua, quia contra Deum, aut legem eius, aut contra charitatem proximi. Iam Deo oportet magis obedire quam hominibus. Si verò lex est iniusta, id est, inutilis reipublicæ, lata propter solum priuatum legulatoris commodum iam non meretur nomen legis aut præcepti, sed est iniuria, vis, violentia, & oppressio. Contra talium legum conditores loquitur Itaias: Væ qui condunt leges iniquas, & cat. vt opprimerent pauperes in iudicio & viui facerent causæ humilium populi mei. Ex hac propositione sequitur legem esse inquam statutumque iniquum quod vsuræ debeant solui, aut quod solutæ non repetantur, aut quod repetitæ non restituantur. Conditores huiuscemodi legum, & scriptores, iudices secundum eas iudicantes sunt excommunicati ipso facto per Clemen. vnicam de vsuris, Neque est simile de constitutione, qua beatus Gregorius decreuit Iudæos esse permittendos in ritibus, & caeremonijs legis Moyli, præcipiens etiam Christianis ne illos in his ritibus suis impediunt aut molestent

Gerfon vult legem purè humanam non ligare in conscientia

In epist. ad Cæsulanum. Aliud ieiunare. aliud temperantia comedere.

Propositio prima de lege iniqua, que non ligat conscientiam

Act. 5.

Isa. 10. c.

Statutum de vsuris solutis aut non repetendis iniquum.

A lestant. Gregorius nempe illic præcepit Christianis ne Iudæos impediunt aut molestent. In vsuris autem lex illa vel statuta, vel statuenda de vsuris soluendis non solum decernit vsurarios esse permittendos, & non impediendos, sed & præcepit vt vsuræ soluantur, aut quod solutæ non repetantur. Soluere autem vsuras, quamuis non sit peccatum, legibus tamen cogere vt soluantur, est fouere vsurarium peccatum, quemadmodum legibus cogere Christianos vt vendant Iudæis ligna & lapides, quibus ipsi suas construunt synagogas, est fouere illicitos Iudæorum ritus, quamuis vendere eis hæc non sit simpliciter illicitum, quippe quorum vsus communis est ad bonum & ad malum, de hoc infra latius. Similiter iniqua sunt statuta monopoliorum inter mercatores in vnum conuenientes, vt res certo pretio vendantur pluris quæ valeant, aut statuentes penes vnum aliquem esse vendendi potestatem, quod fit cum vnus solus aliquod mercaturæ genus vniuersum emit, vt solus vendat, pretium suo arbitrio statuens. Vnde & domini temporales sic statuentes vsuras esse soluendas, & non repetendas, concedentes item monopola, accipientes lucra ab vsurarijs & mercatoribus, vt illi impunes valeant talia exercere non modo grauer peccant, sed & rapinam committunt, tenenturque ad restitutionem commodi sic accepti, contra quos loquitur Itaias, sermonem dirigens ad Iudæorum populum. Principes tui infideles socij furum. Proinde Zeno & Iustinianus imperatores considerantes huiuscemodi monopola non ad commodum reipub. sed ad labem detrimentaque pertinere monopolos decreuerunt esse bonis spoliandos, exilijque perpetuitate damnandos.

Lex iusta purè humana seu positua ligat in foro conscientiæ ad faciendum, vel ad vitandum opus quod in se neque præceptum, neque prohibitum est vlla lege diuina. Hæc propositio est ex superioribus manifesta. Ad hunc sensum loquitur Apostolus concludens. Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram seu ultionem, sed etiam propter conscientiam. Vnde lex humana secundum se indifferencia fieri præcipit aut prohibet sub pena excommunicationis sententiæ latae, sicuti & prælatus plerumque sub simili pena subdito suo præceptum imponit ad opus, quod neque naturali, neque diuino iure prohibetur. Caterum lex imperialis statutumque humanum plerumque sub pena capitis mortisque temporalis, aut mutilationis membri præcipit quædam, quæ in se ex iure naturali aut diuino nihil flagitij aut sceleris habent, quæ tamen legislator, cuius est necessitati reipub. prouidere, generaliter imponit communitati, considerans plerumque legem illam ad obuiandum pluribus & grauioribus malis seu periculis esse communitati illi sic dispositæ imponendam, quamuis videat inde emeritura singularia quorundam hominum damna. Sic lex & consuetudo de imaginibus statuendis in templis & oratorijs non est abolenda, tametsi ex eisdem imaginibus, quidam sumpserint & impræsentiarum sumant etiã nunc aliqui sibi causam idololatriæ & superstitionis.

D Nam & hac de causa beatus Gregorius papa coarguit Malsiliensem episcopum, & sanctorum imagines, in quibus nonnulli ex populo idololatriam committebant, confregerit. Quod eas adorari inquit prohibueris laudamus, quod verò confregis reprehendimus, dic à quo vnquam sacerdote hoc auditum est, factum esse quod fecisti. Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturæ historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis pictura præstat cernentibus. Obiecerit forsitan quispiam. Ezechias laudatur, statuas & serpentem æneum, quem Dominus per Moysen fieri iusserat, destruens cum vidit serpentem illum fuisse populo occasionem idololatriæ & superstitionis. Cur ergo vituperatur episcopus Malsiliensis, confringens imagines ne populus illas adoraret.

Respondeo. Serpens ille fuit temporalis ad sanandum vulnera corporis, fuit & prophetia Christi tum futuri, vnde cessante causa, cessare debuit effectus. Neque

I serpents

Monopoliorum statuta iniqua.

Lex imperialis de monopolijs, Itai. f.

Cod. de monopolijs lege unica

Propositio secunda.

Rom. 13.

Opus in se non prohibitum naturali aut diuina lege fit per solam accessum legis humana illicitum.

Consuetudo de imaginibus in templo statuendis.

De Consec. dist. 4. ca. Prælati.

4. Reg. 2.

serpens ille sic expressit formam Christi, sicuti imago crucifixi, cuius causa perpetua est, ut in illa habeatur memoria Christi, usque in consummationem seculi.

De statutis pen-
nalsibus.

Cæterum hic sciendum est, quod in statuto pœnali plerūq; duo sunt in præcepto, veluti si dicatur. Statuimus ne quis tale quid faciat, quod si fecerit, talis imponatur illi pœna, aut ad arbitrium superioris sic vel sic puniatur. Transgressor constitutionis huius generis non obligatur pœnam soluere, nisi ad soluendam illam condemnetur, quamuis peccet etiam, etsi paratus sit pœnam soluere, nisi intentio statuentis fuerit tale statutum nõ obligare transgressorẽ ad vllam culpam, sed solum ad soluendum pœnam, vbi à superiore fuerit taxata & imposita, quemadmodum statuta prædicatorum, in quorum regula dicitur, Nolumus quod statuta nostra obliget ad culpã, sed solum ad pœnã. Quod si vigor statuti pœnã taxet & impositã explicet secundũ rationabilẽ statuentis intentionẽ, iubens transgressorem debere pœnam vltro, & ex semetipso debere soluere sub reatu culpæ, iam peccat transgressor non soluens pœnam, etiam ad illam non condemnatus per se B periorẽ, veluti si dicatur, horis & locis debitis silentium teneatur, si quis in oratorio ter fregerit silentium, legat septem psalmos pœnitentiales. Interdum verò cõstitutio pœnalis cõtinet vnum solum præceptũ, veluti cũ dicitur, Statuimus si quis tale quid fecerit, talem luat pœnam. Et transgressor statuti huius generis non peccat, modo absque contemptu transgrediatur, paratus pœnam soluere aut luere, vbi fuerit deprehensus. Et quia nemo obligatur ante condemnationem soluere pœnam, quæ aut lege taxata non est, aut si lege sit taxata, decernitur imponenda à superiore, ideo non peccat sine contemptu transgrediens occultẽ pœnale illud statutum. Huiuscemodi sunt statuta & præcepta rectorum in vniuersitatibus: & magistratuum in ciuitatibus, quibus præcipitur vnumquemque generalibus concilijs, congregationibus, & missarum solennijs debere adesse, sub pœna trium grossorum, aut neminem post pulsũ campanæ posse foras ire sine lumine sub pœna vnius ducati, & alterius multæ pecuniariæ, aut neminem posse porta- C re arma sub pœna amissionis armorum & vestium. Si verò adijciatur talis pœna, quæ non nisi pro crimine venit infligenda, qualis est latẽ sententiæ à iure excommunicatio, videtur transgressor talis legis vel statuti peccare mortaliter, sicuti & is qui transgreditur mandatum aut statutum principis aut cõmunitatis, adijcientis transgressori pœnam capitis aut mutilationis membri. Verum in huiuscemodi mandatis & statutis pœnalsibus considerandi sunt singulorum sermonum sensus. Nam mandata & statuta obligantia sub reatu peccati mortalis debent esse in sermonibus non ambigua, neque captiosa, sed manifestos habere sensus. Solent mandata seu statuta pœnalia dari sub pœna corporalis laboris alicuius, aut peregrinationis, aut exilij, aut exoluendi certam pecuniæ quantitatem, aut confiscationis bonorum, aut sub pœna mortis, aut perditionis manus aut oculi, aut mutilationis alterius membri, aut sub pœna excommunicationis, aut suspensionis à di- D uinis: quæ sanè locutiones, vt manifestum est, intelliguntur intransitiuè, id est, sub pœna quæ est excommunicatio aut corporalis labor, aut peregrinatio, aut exilium, aut perditio vitæ vel membri corporalis. Cũ verò mandatum datur sub pœna iuramenti præstiti, non talem habet locutio sensum, nempe iuramentum præstitum, non est pœna eius qui iurauit. Sensus itaque loquutionis illius est accipiendus sub pœna iuramenti, id est, sub pœna, quæ debetur ei, qui violat aut frangit suum iuramentum. Quemadmodum prælatus cũ dicit, Præcipio tibi vt hoc facias sub pœna inobedientiæ, non intelligitur locutio intransitiuè, id est, sub pœna quæ est inobediencia, nempe inobediencia non est pœna, sed meritoria pœnæ. Vult ergo præcipere alteri, vt hoc faciat sub pœna quæ debetur inobediencia. Verum omnia huiuscemodi mandata sic generaliter expressa sub pœna iuramenti

De mandatis re-
ctorũ in vniuer-
sitatibus sub in-
ramento.

Quomodo intel-
ligatur manda-
tum, sub pœna
perijurij, sub pœ-
na inobedienciæ.

A menti ad interessendũ congregationi, aut missæ, non durè & inciuiliter sunt accipienda, tanquam ipse mandans per iuramentum voluerit sic vocatos & iuratos obligare ad mortale periurium, si omiserint, sed præsumendum est de pia intentione mandantis, quod videlicet superior ipse in huiuscemodi cõmunibus mandatis pro causis communibus, & non magni ponderis, solum velit ipsis iuramentum præstitum ad memoriam reuocare, ne mandatum ipsius habeatur vt contemnendum, intendens ad pœnalitates quasdam temporales ab ipso imponendas, obligare etiam eos, qui circa contemptum huiuscemodi mandata transgrediuntur, non quod huiuscemodi pœnalitates ipsi teneantur ex sese vltro soluere, sed quod eas possit mandans rationabiliter exigere ab his, qui nullam habuerint piã aut rationabilem causam abessendi. Rogabis forsitan. Quid si rector quispiam intendat ita præcipere, vt non comparentes sint rei periurij, & digni qui puniantur, tanquam violatores iuramenti præstiti, an obligantur sub pœna illa compare B re mandato sic generaliter expresso, & videtur quod sic, quia præceptum positium obligat secundum intentionem præcipientis. Respondeo.

Quæstio enim
argumenta.

Temerariè mandantium intentiones pro quibuslibet rebus parui ponderis, non obligant subditos, vt teneantur obedire sub pœna criminis illius, quod ipsi volunt transgressores subditos incurrere, sed rationabilis intentio, qualẽ sic mandantes rationabiliter habere consueuerunt in rebus de se indifferentibus ad talẽ vel talem finem conducentibus est, quæ obligationem constituit. Atque ita mandans per iuramentum, vel sub iuramento, vt omnes adsint congregationi, intelligitur mandatum ciuilitè, vt videlicet sub pœna violatori iuramenti debita, intimata, & cõminata, quæ & digna est inferri contemnentibus, omnes compareat. Quemadmodum mandata quædam & statuta sub excommunicationis pœna, nõ ipso facto illata, sed comminata & intimata vt inferenda, non semper obligant transgressores illorum statutorum sub reatu criminis seu peccati mortalis. Ius de- C creuit clericũ, qui comam nutrit, esse excommunicandum. Sed non ob hoc mox iudicandus est clericus peccare mortaliter, si comam habeat laxiorem, qui si motus, contumax manserit, iam propter contumaciam & contemptum excommunicatur. Sic & in materia proposita, rector ipse mandans: conuocationi suæ generali plerumque adijcit huiuscemodi clausulas generales, per iuramentum, vt ipsi sint memores iuramenti præstiti, & non contemnant, neque ipsum præcipientem, neque præceptum illius, interim occupati aliquo exercitio laudabili, vt sciant se absque graui culpa non posse huiuscemodi mandata contemnere, neque posse abesse pro qualibet causa quantumuis leui. Huiuscemodi enim con- gregationes generales, cum sint institutæ ad orandum pro prospero successu vni- uersitatum, aut ad orandum pro fautoribus & fundatoribus earundem, & ad ter- minandum causas concernentes honorem & priuilegia vniuersitatis, ad corrigend- D dum excessus & defectus suppositorum, ac ministrorum, Insuper ad adferendum honorem rectori, & decorem vniuersitati. Ad huiuscemodi autem fines seu utilitates maximè promouentur vniuersitates, dum omnes saltem in vniuersitate personæ notabiles ad generale rectoris mandatum sese præsentis exhibere student, ideo tales sine causa subtrahentes suas præsentias, regulariter non sunt ab omni culpa immunes, præcipue veniali. Secus autem dum rector sigillatim singulos vocari facit pro causis & negotijs arduis, quæ meritò exigunt præsentias, consensus, consilia, & deliberationes singulorum non habentium legitimam abessendi causam, quia tum posset contingere mortalis culpa, etiam in eo qui sine contemptu mandatum præterit, sicuti patebit in articulo sequenti.

De vita & ho-
nesta clericorũ
cap. si quis. cap.
23. dist.

De congrega-
tionibus à re-
ctore indictis.

Humana mandata, & statuta, seu decreta, etiam vniuersaliter prolata, nunquã ita generaliter & absolutè intelliguntur, quin interpretationes, conditiones, & ci- uiles

Tertia pro
positio.

uiles intelligentias suscipiant, prout sapiens rectè iudicabit, sicuti & iuramentum appositum in aliqua obligatione, vel in contractu recipit omnes subauditiones, conditiones, vel limitationes, quas habet ille contractus. Vnde papa in capitulo pri. de iuramento, lib. 6. Iuramenta sub quacunque generalitate præstita, vel præstanda super statutis, vel consuetudinibus seruandis ab his, quæ ad aliquam communitatem, vel ad collegium recipiuntur, declaramus ad licita possibilia, & libertati ecclesiasticæ non obuiantia tantum extendi, & ad ea duntaxat iuramentum debet referri intentio. Verum hic sciendum, quòd si inter statuta scripta fuerint aliqua licita, quæ per non usum in dissuetudinem abierunt, hæc non intelliguntur comprehensa sub generali nomine statuti, quin constitutio per consuetudinem abolita, non amplius habet vim statuti, & ideo non ligat. Intentioque sic generaliter iurantis referenda est duntaxat ad licita, nõ ad abolita. Quòd si specialiter & nominatim singula statuta legantur, & inter expressa ponatur aliqua illicita, aut libertati ecclesiasticæ obuiantia, aut etiam abolita super quæ seruanda, feratur ipsius iurantis intentio, iam grauius peccauit sic expresse iurans scienter illicita, & in licitis quoq; abolitis seruare deberet iuramentum, quamuis non in illicitis. Vnde canonicus recipiendus, iurans expresse sese non seruaturum in domo concubinam, aut suspectam mulierem, renunciandus; ex nunc, prout ex tunc fructibus præbendæ cessuris, iuransq; se non recepturum eisdem infra tempus, quo monitus, non eiecerit mulierem illam de domo habitationis suæ, tenetur vigore iuramenti præstiti non solum concubinam aut mulierem suspectam eijcere, sed & fructus non recipere, incurritq; graue periurij crimen, aliter faciens, quàm statutum sic iuratum habet, quantumuis tale statutum non fuerit in usu & in obseruantia. Neque possunt canonici hac in parte sibi inuicem hoc iuramentum relaxare, quamuis enim iuramentum concernens solummodo priuatarum personarum commoda possit ex illorum consensu relaxari, iuramentum tamen concernens diuinum cultum & honorem, nequaquam potest relaxari ab his quibus est præstitum, veluti si duo clerici sibi iurauerunt, quòd religionem intrabunt, vel certa psalteria & orationes dicant pro defunctis: vel si duo mercatores sibi iurauerunt, quòd dabunt tertiam partem lucri pauperibus. Hic iam si obieceris, statuta per collegia, aut vniuersitates condita possunt rursus per eadem collegia, aut easdem vniuersitates tolli. Iuramentum autem de seruandis statutis non obligat, nisi remanentibus statutis. Videtur ergo quòd sublati statutis tollatur & obligatio iuramenti, quo iurauerunt seruare statuta, atque ita videbitur sequi, quòd is qui iurauit seruare statutum de non tenendo in domo mulierem suspectam, & de non recipiendis fructibus, liber sit à vinculo iuramenti per non usum statuti, aut per consensum capituli tollentis statutum illud. Respondeo, quòd totum articulum concludit vsque ad vltimam consequentiam exclusiue, quamuis enim obligatio iuramenti præstiti de seruandis statutis in genere non obliget nisi remanentibus statutis, obligatio tamen orta vigore iuramenti specialiter facti super materiam specialem hanc videlicet eijcere è domo, aut non tenere concubinam, remanet etiam ablato statuto, neque auferri potest per canones, quibus præstitum est iuramentum. Sic & in iuramentis cæteris, quibus homines sibi mutuo iurant id ad quod tenentur diuino iure, veluti si mercatores sibi mutuo iurent, quòd non falsificabunt merces, nec contractus monopolos, aut vsurarios exercebunt sub obligatione dandi pauperibus pretia rerum sic illicitè venditarum. Sic & in proposito canonici sibi mutuo iurantes, quòd non sint seruaturi in domo concubinas sub obligatione in usum pium dispensandi omnes fructus tempore concubinatus cessuros, non possent sibi mutuo huiuscemodi iuramentum relaxare.

De iuramento super statutis seruandis.

Canonici in domo concubinam aut suspectam mulierem suscipiunt.

Obiectio.

Solutio.

Quarta propositio.

Quarta propositio ex superioribus manifesta, quemadmodum regum & secularium

Arium iudicium est dare præcepta, seu imponere leges aut statuta, de his quæ conducent ad comunem vtilitatem reipub. in temporalibus. Ita pontificum & spiritualium iudicium est condere, seu imponere leges, de his quæ pertinent ad comunem vtilitatem fidelis populi in spiritualibus. Vnde in rebus domesticis pater est superior. In rebus autem mundanis ad rempub. huius seculi pertinentibus, & in rebus bellicis dux est præfectus. In rebus autem spiritualibus & in causis pertinentibus ad custodiam fidei & Christiani cultus, superior est episcopus. Proinde in publicis locis, muneribus & actionibus: patrum iura cum potestatibus filiorum qui sunt in magistratu collata, interquiescere paululum & conuiuere oportet, debetque tum pater cedere filio, ac illi locum dare magis honorabilem, sed cum extra rem publicam in re domestica, aut in conuiuio familiari sedetur, discumbitur, aut ambulatur, tum inter filium magistratum, & patrem priuatum, publicos honores cessare oportet, & congruit tum filio etiam principi aut duci ac regi dare locum honorabilem patri. De officio liberorum erga parentes tractans Aulus Gellius libro tertio noctium Atticarum secundum philosophiam moralem tradit philosophos docere in quibusdam parendum esse patri, in quibusdam vero non esse parendum. Omnia quæ in rebus humanis sunt aut honesta sunt, aut turpia, aut media seu indifferentia. Honestas sunt, quæ sua vi recta sunt, vt fidem colere, patriam defendere, amicos diligere. Hæc, inquiunt, fieri oportet, siue imperet pater siue non imperet, sed quæ his contraria sunt, quæque turpia, & omnino iniqua sunt ea, inquiunt, oportet non fieri etiam si iubeat, vel prohibeat pater. Quæ vero media sunt, seu indifferentia sunt ea quæ pro semetipsa, neque honesta sunt, neque turpia vt in militiam ire, rus colere, causas defendere, vxorem ducere, & in his atq; similibus censent patri esse parendum, nisi accesserit turpitudinis conditio, veluti, si pater iusserit filio ducere vxorem infamem & criminofam, vel causas pro hostibus publicis reipub. & tyrannis inimicis dicere. Et quia scripturæ sacræ de huiuscemodi obedientia vniuersaliter loquuntur tradentes in omnibus parentibus, & sublimiori potestati esse obediendum congruit hoc in loco aperire harum scripturarum intellectum. Sciendum ergo est quòd locutiones scripturæ sacræ vniuersales, quibus significatur huic vel illi in omnibus esse obediendum, intelligendæ sunt non vt comprehendant omnia absolute simpliciter, sed omnia secundum materiam subiectam. Verbi gratia, cum Paulus dicit, Mulieres viris suis subiectæ sint in omnibus Filij obedite parentibus vestris per omnia. Serui obedite dominis carnalibus cum omni timore. Item, Admone seruos dominis suis subditos in omnibus esse. Serui subiecti estote in omni tempore. His & id genus aliis scripturæ sacræ documentis non significatur, quòd mulier & filius & serui in omnibus etiam licitis debent obedire, siquidem multa sunt licita, in quibus vir & mulier ad paria iudicantur, etiam filius non tenetur obedire patri præcipienti, vt monasterium intret, aut matrimonium contrahat, aut ieiunet illis vel illis diebus. Apostolus ergo cum dicit, Filij obedite parentibus per omnia, intelligit per omnia, ad quæ ius paternum sese extendit, vtpote in his, quæ pertinent ad dispensationem domus, & ad eruditionem ac disciplinam morum præcipue pertinentium ad cauendum transgressiones legum superiorum, de hoc infra latius cum de obedientia tractabitur. Ita quod Christus dicit ad Petrum. Quodcunque ligaueris &c. non est intelligendum omne ligamen, vinculum, seu præceptum, aut legem papæ obligare, sed quodcunque ad ædificationem ecclesiæ pertinet. Sic & locutiones vniuersales etiam in alijs sunt accipiendæ, veluti charitas omnia credit, omnia suffert, omnia sperat, charitas credit omnia quæ secundum regulas Christianæ fidei credenda sunt. Suffert omnia, quæ secundum virtutem patientiæ tolerari debent.

In obseruatione humani præcepti duplex virtus inuenitur. Vna est obedientia, veluti

Sicut principis est leges infringere, ita episcoporum.

Pater aliquando debet cedere & dare locum filio.

De officio liberorum erga parentes Aul. Gell.

nota hæc imitatio

Eph. 5.

Coll. 3.

Tit. 2.

Colof. 3. d

Matth. 16. e

Quinta propositio.

Ex duplici virtute contingit custodire humanum præceptum.

veluti cum homo vult præceptis superiorum obedire, & huic virtuti contrariū A est nolle obedire quod est propriè contemnere, & semper mortale peccatū. Alia autem virtus in obseruatione humani præcepti est vel abſtinentia, vt in præcepto ieiunij, vel actus religionis, vt in præcepto sanctificandi diem festū, vel actus iustitiæ, vt in præcepto soluendi tributa & vectigalia, vel actus fortitudinis, vt in præcepto bellandi pro necessitate reipub. Vnde legislatoris prius est constituere, atque considerare actus quatenus boni sunt, aut prauī, q̄ præcipere aut prohibere illos. Siquidē lex positua præcipiens, aut prohibens actus ex his quæ sunt in se indifferentia facit actus illos esse aut in præcepto, aut in prohibitione constituens eosdem, vt sint actus huius vel illius virtutis, quemadmodum patet ex doctrina Augustini in epist. ad Casulanum, & in epist. ad inquisitiones Ianuarij. Opus quod naturali aut diuino iure est indifferens accedente sola prohibitione aut consuetudine humana fit præceptum. Quemadmodum lex ieiunij facit abſtinentiam esse actum præcepti temperantiæ. Lex sanctificandi diem festum, præcipiens audire B missam, & abſtinere à seruili opere facit actus illos esse virtutis latræ. Lex præcipiens solutionē vectigalis ponit actum illum sub virtute iustitiæ, vnde vnū & idē opus extremum potest esse actus diuersarum virtutum, quemadmodum dare decimam potest esse actus religionis, potest esse actus iustitiæ, potest & esse actus virtutis obedientiæ. Atq; ita fit vt in humani præcepti violatione plerumq; duo vitia reperiantur, Vnū inobedientia formalis, id est, nolle obedire, vel contemnere præceptum aut præceptorem: Alterum verò executio operis humana lege vetiti, aut omisio operis humana lege præcepti, & tale peccatum alicui virtuti speciali est oppositum, & est aut gulositas aut sacrilegium, aut iniustitia, aut timiditas faciēs in prælio fugere, cum oporteat in certamine fortiter stare & pro iustitia agonizare vsq; ad mortem. Vnde sequitur duplicem esse modum transgrediendi humanum præceptū, scilicet vel ex inobedientia seu contemptu aut legis, aut legislatoris, vel ex affectione faciendi actum, qui videtur lege illa prohibitus, aut ex negligentia qua omittit actū, quem oportuit facere. omittit inquam, quia actus ille lege præceptus. aut difficilis est, aut molestus. aut ex alio quouis respectu. Transgressionem humani præcepti secundum priorem transgrediendi modum videlicet ex contemptu esse mortale peccatum patet ex doctrina Pauli dicentis. Qui potestati resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Quasi scelus Idololatriæ est nolle acquiescere. Et in hoc consentiunt doctores vniuersi, quod videlicet ex contemptu violare humanum præceptum semper est criminale peccatum. Nam ipse huiusmodi contemptus secundum suam speciem est criminale peccatum etiā pro tempore, quo quis ad executionem humanæ legis nō obligatur, tametsi possit esse contemptus quidam surreptitius veluti primus, seu leuis quidam inobedientiæ motus, qui solum sit venialis culpa. Transgressionem vero humani præcepti secundum posteriorem transgrediendi modum nō semper esse mortale peccatum, sed D interdum veniale solum, interdum etiam nullum, iam est declarandum.

II. Caput. In quo ex supra dictis propositionibus inferuntur aliquot conclusiones corollariæ, de æquitate & iniuitate humanorum statutorum & mandatorum.



VIA ex singularibus multis experimento cognitis, facilius intelligimus vniuersalia, operæ pretium est in hoc articulo ex supra dictis propositionibus inferre conclusiones quasdam corollarias de mandatis humanis particularibus, veluti sunt mandata ac statuta sæcularium principum aut iudicum in personas ecclesiasticas & res ipsarum, mandataque eorundē iubentium soluere vectigalia, tributa, & pedagia, aut iubentium ire ad bella, aut iubentium

Atium ministris suis occidere quenquam, mandata insuper pontificum precipientium pastoribus seu iudicibus sub se positus, quatenus aut à communione separēt, vel excommunicent personam literis suis designatam, aut crimen sibi cognitum de se, vel de aliis reuelent, mandata insuper ecclesiæ, ratione excommunicationis lata sententiæ, qua præcipitur nobis vitare & fugere communionem eius, qui excommunicatus est, mandata in sententijs iudicum, siue secularium, siue ecclesiasticorum expressa. In his enim particularibus, si cognouerimus quomodo sit obediendum, & quomodo interdum etiam non obediendum, & quonam pacto sint iusta & interdum etiam iniqua & iniusta, facilius poterimus deprehendere transgressionem humani statuti seu mandati, interdum esse mortale peccatum, interdum autem veniale, interdum etiam nullum. Primum igitur ex supradictis sequitur, iniqua esse mandata ac statuta eorum qui statuunt, prohibent, aut mandant quippiam contra ecclesiasticam libertatem. Huiusmodi sunt statuta B seu mādata principum seu secularium potestatum, vel magistratum prohibentium ne quippiam possit donari aut legari ecclesiæ seu ecclesiasticis personis in augmentum diuini cultus seu religionis Christianæ, aut prohibentium laicis ne decimas clericis soluant, vel ne ad oblationes veniant, neue obediant aut parent citationibus, seu sententijs iudicum ecclesiasticorum in rebus & ecclesiasticis causis. Insuper iniqua & contra libertatem ecclesiasticam sunt mandata eorum, qui aut prohibent sacerdotibus ne excommunicent, seu excommunicatos denuncient laicos contumaces, quiue cogunt episcopos & ecclesiasticos iudices, vt excommunicatos ab excommunicatione absoluant, vel sententiam excommunicationis cassent, reuocent, & retractent, vel qui in locis interdicto suppositis quempiam celebrare cogunt, vel qui prohibent excommunicatis ne exeant de ecclesijs dum diuina celebrantur. Super omnia verò abusus est maximus & intolerabilis per eos, qui ecclesiastica bona in augmentum diuini cultus, & in pium C vsum pro miserabilibus personis designata autoritate laica magis grauant & onerant, quàm si eadem bona essent prophana & non fuissent ad pium illum vsum destinata. De statutis contra libertatem ecclesiasticā editis inquit Honorius papa tertius in cap. Nouerit de sententia excommunicationis. Excommunicamus omnes hæreticos vtriusque sexus quocunque nomine censeantur & fautores, ac receptores, ac defensores eorum, nec non & eos qui de cætero seruari fecerunt statuta edita & consuetudines, vel potius abusiones introductas contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea de capitularibus suis, id est, de libris suis infra duos menses post huiusmodi publicationem fecerint aboleri. Excommunicamus quoque statutores & scriptores statutorum, nec non potestates, & consules rectores, & cōsiliarios locorum, vbi de cætero huiusmodi statuta vel consuetudines fuerint edita vel obseruata, nec non & illos qui secundum ea præsumperint iudicare, D vel in publica forma scribere iudicata, hætenus ille.

Verum hic sciendum, aliud esse libertatem ecclesiasticam, aliud verò libertatem Christianam seu libertatem ecclesiæ communis clero & laico. Nam libertas ecclesiastica est immunitas illa, secundum quam personæ ecclesiasticæ, & res ecclesiæ sunt ex iure diuino aut humano, aut ex priuilegio immunes, & exemptæ à secularium iudicum potestatibus, iurisdictionibus, tribunalibus, vectigalibus, & tributis, impositis, aut imponendis à temporalibus principibus seu iudicijs, quemadmodum tractant doctores in capitulo, Aduersus, de immunitate ecclesiastica, atque ita libertas ecclesiastica facit personas ecclesiasticas immunes, seu liberas, & exemptas à legibus & exactionibus secularium principum aut magistratum.

Libertas verò Christiana non facit Christianos ab huiusmodi legibus liberos & immu-

De statutis contra libertatem ecclesiasticam.

Aliud libertas Christiana, aliud libertas ecclesiastica.

& immunes. Multa autem statuta & mandata contra ecclesiasticam libertatē, specialiter explicat bulla in cœna Domini, in qua decernuntur iniqua esse mandata & statuta eorum qui statuunt, prohibent aut mandant, ne literis Apostolicæ sedis & legatorum, ac nunciorum, & iudicum delegatorum eiusdem, gratiam vel iustitiam concernentibus, decretisque super illis ac cæteris iudicatis, processibus & executorialibus, nō habito primum eorū beneplacito, & assensu pareatur. quiue sub grauissimis pœnis statuere & mandare præsumunt, ne tabelliones & notarij super huiuscemodi literarum ac processuum executione instrumenta vel acta cōficiant, aut confecta parti cuius interest tradant, quiue res ecclesiæ, quatenus ecclesiæ sunt iurisdictiones, prouentus & redditus vsurpāt, arripiunt, aut sequestrāt: vel qui per se, vel alium, seu alios, directè vel indirectè prædicta exequi, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunque præeminentia & dignitatis fuerint. Rursus iniqua sunt mandata eorum qui statuunt, inhibent, aut mandant, ne quis executioni mandet vllas literas Apostolicas, etiam in forma breuis gratiam aut iustitiam concernentes, vel citationes, & executoriales Apostolicas sine ipsorum mandantium, aut principum beneplacito & examine, vel qui incarcerant, detinent, aut incarcerari & detineri faciunt, literarum & citationum Apostolicarum executores, vel qui seipfos constituunt iudices ecclesiasticarum personarum, vocātes illas directè vel indirectè ad suum tribunal, aut ad instantiam cancellariæ, vel parlamēti præter cōmunem iuris dispositionem, vel si qui fuerint vicecancellarij, aut cōsiliarij ordinarij, vel extraordinarij, vel etiam si qui fuerint archiepiscopi vel episcopi autoritate laicali impediētes causas Apostolicas, beneficiales, aut spirituales, & sese de illarū cognitione, tanquam iudices intromittentes vel compellentes ad reuocandum. Isti sunt casus bullæ in cœna Domini, secundum quos seculares potestates mandantes aut statuentes, non solummodo grauiter peccant, offendentes libertatem ecclesiasticam, verum & papalem excommunicationem incidunt ipso facto.

Quatenus autem sciamus an huiuscemodi mandata sint contra ius diuinum, dignaque sint tam graui excommunicationis cœsura, reseruata soli sedi Apostolicæ. Hic sciendum est, quod aliud est potestatem secularem absolutè mādare, aut constituere, ne quisquam pareat vllis literis Apostolicis iustitiam aut gratiam cōcernentibus, aut ne executioni mandet easdem. Aliud verò est potestatem secularem mandare aut constituere, vt sine suo beneplacito & examine nemo pareat huiusmodi literis, neque executioni mandet easdem. Nam primum cum sit directè contra potestatem seu libertatem ecclesiasticam, est eam prorsus tollere & extinguere, neque potest fieri absque contemptu ecclesiasticæ potestatis, neque potest ex ipsius pontificis priuilegio conuenire regi, aut seculari potestati. Secundum autem videtur posse fieri absque contemptu potestatis ecclesiasticæ, & absque iniuria, aut odio, aut grauamine seu præiudicio ecclesiasticæ libertatis, & sanctæ sedis Apostolicæ, vel literarum eiusdem. Potest enim contingere, quod princeps quispiam, aut ex priuilegio seu commissione papæ hoc faciat, sicuti Carolus Imperator habuit ex priuilegio synodi, ne sine suo cōsensu inuestiretur vel consecraretur episcopus, aut ex causa rationabili secundum cōgruentiam loci & temporis ad sic statuendum atq; mandandum moueatur propter abusus tollēdos ne præficiantur extranei aut inidonei, qui vel per nimiam importunitatē, falsasq; suggestiones literas Apostolicas impetrarunt, vel impetratis abuti volunt ad oppressiones pauperū, qui alioqui sub prætextu literarū Apostolicarū longis litibus grauibusq; sumptibus vexari possent, nō q̄ potestas secularis velit sibi aut iudiciū ecclesiasticarū rerū vsurpare, aut viros idoneos autoritate Apostolica institutos impedire, aut super illorū idoneitate iudicium sumere, sed quod velit ad ædificationem

De statutis & mādatis iniquis reprobatis per bullam in cœna Domini.

Iniquum mādātū iubens, ne literis apostolicis pareatur.

Curia mādare potest ne quis literis apostolicis utatur, nisi cū priuilegio examine.

tionem reipub. statum ecclesiasticum promouere. Vnde quotidie cernimus prælatos & alios disputare de mandatis, de rescriptis, ac literis papæ, quæ tangunt ecclesiastica negotia, collationes beneficiorum, præbendarum & dignitatū. De omnibus literis & mandatis papæ præsumendum quidē est quod eis oporteat obedire, modo constet an cōstare debeat tales reuera esse literas à sede Apostolica emanatas, subsistentibus etiam rationibus & causis, quibus ipse papa verisimiliter motus inductus est ad præcipiendum. Et ideo non debet ista præsumptio tam violēta esse, vt non liceat huiuscemodi mandata etiam verissime emanata à sancta sede Apostolica examinare & inuestigare sollicitè, an eis oporteat obedire, tametsi hoc maxime pertineat ad iudices ecclesiasticos, quibus huiuscemodi literæ mandatorum Apostolicorum diriguntur, vt patet ex capitulo, Si quando, de Rescriptis, vbi papa Alexander tertius, Patienter, inquit, sustinebimus, si non feceris quod praua nobis suggestionē fuerat insinuatam. Vnde & sententia papæ circa fidem tanta consilij moderatione concipi debet, tantaque maturitate patientiæ decoqui & tanta deliberationis grauitate proferri, vt omnino recta sit credenda, verum quia papa quatenus homo talem modum deliberationis circa ea quæ sunt fidei potest omittere & inniti proprio sensui propriæque prudentiæ, idcirco etiam plerumque liceret examinare literas mandatorum papæ definentis aliquid credendum esse aut fide tenendum. Verum quia his nostris seculis insurrexerunt hostes ecclesiæ aduersantes cathedræ Petri, qui indignis contumelijs ecclesiasticā potestatem reddiderunt contemptibilem apud vniuersam ferme plebem docentes huiuscemodi ecclesiasticæ potestatis amplitudinem ex iure diuino sese extendere solum ad docendum viam salutis æternæ, & ad arguendum & corripendum peccatores & ad remittendum ac retinendum peccata secundum modū quem ipsi conserunt, & ad dispensandū Christi sacramenta. Ampliorē potestatem quæ est in vsu libertatis seu immunitatis ecclesiasticarum personarum ac rerū ecclesiæ, & in coercendis hominibus contumacibus, & in dispensandis ac conferendis ac instituendis ecclesiasticis beneficijs, episcopatibus, dignitatibus & officijs, papam acquisisse potestatem non ex vlla concessione Christi, sed vel ex consuetudine per violentiam quandam, aut per vsurpationem, aut per spontaneum cōsensum populi introducta, vel ex sola dispositione positiui iuris ab eodem papa editi in fauorem cleri, vel ex priuilegijs, aut donationibus seculariū principum. Ideo ad amplius intelligendum quonam pacto quisque secundum huiuscemodi res in foro conscientia teneatur ex iure diuino papæ obedire, & parere mandatis expressis in literis Apostolicis ex superioribus ad memoriam est reuocandum. Quemadmodum distinctio potestatis seu iurisdictionis ecclesiasticæ: à potestate, seu iurisdictione seculari ex diuino iure est, & à Christo instituta. Ita distinctio fori seu tribunalis secularis à foro spiritualis tribunalis non est inuenta, neque per solas hominum constitutiones, neque per imperatores, neque per cōsuetudinem introducta, sed est à Christo instituta & insinuata, Tibi dabo clauēs regni, & cæt. Quodcunque ligaueris, & cæt. Quæcunque alligaueritis, & cæt. Si ecclesiam non audierit, sit tibi, & cæt. Pasce oues meas. Ad Cæsarem nusquam dicit, Tibi dabo clauēs regni celorum, & cæt. Quodcunque ligaueris, & cæt. Quorū remiseritis peccata, & cæt. Vnde sequitur papalem potestatem ac iurisdictionem super omnia ecclesiæ membra ex iure diuino esse seculari potestati seu imperiali iurisdictioni prælata, atque præfecta, tametsi imperialis potestas non sit à papa ex concessione diuina. Nam & priusquam veniret Christus, iam erat Romanū imperium, quod & ipse Christus in euangelio approbans, Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo: & Apostolus Paulus, Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subdita: & infra. Non enim sine causa gladium portant, ministri enim

Distinctio fori tribunalis ecclesiæ à foro spiritualis tribunalis secularis.

Matth. 16.

Matth. 18.
Iohann. ult.

Imperialis iurisdictione nō est à papa.
Matth. 22.6
Rom. 13.4

Dei

Dei sunt. Nam propter hoc ipsum tributa præstatis. Christus autem cum præfecit Petrum vniuersali ecclesiæ pastorem, dans ei potestatem super omnia ecclesiæ membra, super omnes oues suas, non super has aut illas, sed indistinctè & generaliter loquens eidem, Pasce oues meas, non simul dedit illi imperium temporale super vniuersam ecclesiam: neq; enim abstulit imperatoribus aut regibus sua regna, vel imperia, neq; itè voluit, quòd omnis potestas regalis perinde atq; ecclesiastica debeat deriuari, & descendere ex potestate Petri, tanquam reges & principes seculi ex cõcessione Christi & diuini iuris teneantur à papa acquirere ac possidere sua regna, vt feudum ipsius ecclesiæ

Iohan. ult.

Secularis potestas in spiritualibus subiecta papali potestati patet. Nam si Petrus & omnis successor illius ex hoc ipso quòd efficitur papa, sit iure diuino vniuersalis ecclesiæ pastor, quemadmodum ex scripturis est demonstratum, consequens est q̄ omnis homo lauacro baptismi regeneratus, cuiuscunque status aut conditionis fuerit, ex diuino iure est ouis papæ. Si ouis, ergo subijcitur constitutionibus, ac legibus illius, atque ita non est in terra potestas vlla quæ posset authoritate ordinaria, secundum tribunal exterioris fori iudicare papam quàm diu certum est ipsum esse papam. Si verò probabilis quæstio vertatur an ipse sit papa, iam definitio ad ecclesiā deuoluitur, verū tamen & ipse manens papa potest seipsum alteri subijcere iudicandum, non vt occidatur aut criminaliter puniatur, aut excommunicetur. Nempe tales pœnas non potest sibi metipso inferre, sed vt restituat & reparet quod damnificauit.

Longe errant putantes ecclesiasticam libertatem esse ex solo privilegio principis aut imperatoris.

Lucæ. 22. d

Officia pastoris que sint.

Pascere oues quid sit.

Proinde longè à veritate euangelica aberrant, qui putant ecclesiasticum ordinem acquisisse immunitatem hanc seu libertatem ecclesiasticam habere, à sola potestate secularis iudicis, aut ex privilegio Cæsaris aut regis, aut esse ab nutum Cæsaris reuocabilem. Nam sicuti probatum est, non ex sola ordinatione humana, sed & diuina constitutione duæ sunt in ecclesia potestates ac iurisdictiones, secularis videlicet & spiritualis, quæ designantur duobus gladijs, de quibus dicenti Petro, Ecce duo gladij hic, Dominus respondit, sufficit. Spiritualis potestas super omnia ecclesiæ membra, vt iam patuit plane insinuat Matth. 16. Tibi dabo clauis regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris, & cæt. quod sane ligare est gladium iurisdictionis eijciendi foras homines contumaces habere, vt patet Matth. 18. vbi eadem verba ad illum sensum à Christo pluraliter ad omnes dicuntur Apostolos. Item Iohannis. 21. Pasce oues meas, id est, sis pastor ouium mearum. Officium autem pastoris non solum est docere, & panem verbi Dei dispensare, sed est & oues custodire à lupis, & educere in pascua, & morbidas ac contagiosas ab ouili separare, & aduersarios coercere, errantes reducere & in virga disciplinæ corrigere, ouibusq; illis, quibus se præsentem exhibere non potest, pastores dignos præficere, & ea quæ sunt ad lucrum fidei & charitatis, & ad augmentum diuini cultus ordinare in ecclesiasticis spiritualibusq; officijs, ac ministerijs. Super hæc omnia intelligitur Petro potestas data à Christo dum præficitur vniuersali ecclesiæ pastor. Interrogantibus ergo, vbi nam in scripturis data est papæ vniuersalis potestas super episcopatus ordinandos & instituendos, super officia & beneficia ecclesiastica conferenda, aut instituenda. Respondendum est, in eo præsertim loco data intelligitur huiuscemodi potestas, vbi Christus præfecit Petrum vniuersarum ouium suarum pastorem. Illic enim data sunt Petro tanquam Christi vicario, & in illo omnibus successoribus eius, potestates exercendi omnia pastoris officia super vniuersas & singulas Christi oues. Et istæ sunt clauis regni cœlorum Petro datæ, quæ nequaquam ab homine, aut à seculari potestate, sed à Christo datæ sunt ac institutæ, atq; ita mediator noster Christus actibus proprijs, vt inquit Cyprianus, vtriusq; potestatis officia discreuit, vt vna diuinis & spiritualibus rebus,

bus atq; personis, altera prophanis ac mundanis præfideret. Habes de hoc decreta patrum. 96. dist. ca. Vnde. dist. 10. ca. Quoniam. Mediator Dei & hominum Iesus Christus sic actibus proprijs & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque propria discreuit, volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri non humana superbia rursus in inferiora demergi vt etiam Christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro cursu tantummodo temporalium rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incurfibus. Et Deo militans minime secularibus negotijs sese implicaret, ac vicissim ne illi diuinis rebus præfideret, qui esset secularibus negotijs implicatus. Hactenus Cypriani decretum. En plane vides Christum decreuisse vtriusq; potestatis officia. Distinctio igitur ecclesiastica potestatis papalis à potestate seculari ac imperiali est iure diuino facta. Ex his igitur liquidum est papam in quantum vicarius est Christi & successor beati Petri præter potestatem cognoscendi pœnitentium peccata in foro conscientie, pœnitentiarumq; illis debitam iniungendi habere etiã à Christo potestatem seu iurisdictionem in foro exteriori excommunicandi, seu à cõsortio ecclesiæ segregandi homines contumaces. Atq; ita præceptis quibusdam ligandi, quibus vitare excommunicatos teneamur, & supra hæc etiã potestatem ordinandi ac instituendi ecclesiæ ministros, clericos, presbyteros, pastores, episcopos per singulas prouincias aut ciuitates: & ideo ex iure diuino secularem potestatem oportere literis seu mandatis Apostolicis disponentibus in rebus huiusmodi obedire. Imperialem insuper potestatem nullam habere de huiusmodi rebus disponenti facultatem, nisi vel in fauorem seu defensionem ecclesiasticæ potestatis, vel secundum cõsensum eiusdem in his officijs, quæ possunt seculari potestati conuenire, in quibus & potestas secularis tenetur suum ministerium, cum opus fuerit, ecclesiæ impartiri. Longe itaque aberrant, qui existimant clauis regni cœlorum Petro datas, solum esse in potestate docendi viam regni cœlorum, seu interpretandi scripturas, & in potestate baptizandi, aliaue sacramenta ministrandi & discernendi inter lepram & non lepram. Nam & præter hæc sunt clauis etiam ad alia iurisdictionis spiritualis exercitia, & ad alia etiam spiritualia officia disponenti de rebus & personis ecclesiasticis constituendi per loca & ciuitates episcopos & pastores. Vnde duæ solent distingui ecclesiæ clauis. Vna est clavis scientie, quæ est authoritas iudicialiter cognoscendi inter lepram & non lepram, & id quidem tam in interiori quàm exteriori foro. Alia est clavis potestatis, per quam secundum conditionem tribunalis tam interioris, quàm exterioris, ex actis iudicialiter cognitis soluit vel ligat, absoluit vel condemnat pœnitentes vel impœnitentes, secundum peccatorum varietates quas audiuit. Sub hac clauis potestatis continentur omnia pastoralis curæ officia in disponentis & ordinandis ecclesiæ ministris, ad officia ecclesiastica, ad curas, ad episcopatus, ceteraque alia disponenti ad Dei cultum, & fidei Christianæ lucrum, custodiam, vel augmentum. Quamuis igitur ecclesiastica persone habeant temporalia prædia, iuraq; oblationes & decimas ex donatione principum seculariumq; personarum, & ex constitutionibus ecclesiæ posituius, statuentibus decimarum quotam: potestas tamen ecclesiastica ex cõcessione Christi, facultatem habet exigendi à laicis bona temporalia in stipendium vite pro ecclesiæ ministris. Facultatem insuper habet disponenti de bonis illis temporalibus ecclesiæ collatis, & ad diuinum cultum deputatis. Potestas igitur ecclesiastica, si ratione spiritualis curæ ex iure diuino facultatem habeat disponenti, ordinandi, & dispensandi de possessionibus ecclesiæ deputatis pro spiritualibus officijs, si ius quoq; habeat exigendi & petendi temporalia bona ex cõcessione Christi, qui vt inquit Paulus, ordinauit his, qui altario seruiunt de altario viuere, & qui euangelium nunciat, viuere de euangelio, consequens est contra ecclesiasticam libertatem iure diuino da-

Christus discretis officia potestatis ecclesiastica ab officijs potestatis secularis.

Error quorundam de clauibus regni cœlorum Petro datis.

Duplices ecclesiæ clauis.

Ad quæ ecclesiastica potestas ex iure diuino sese extendit.

1. Cor. 9. b

no da-

no datam, facere non eum solummodo, qui impedit aut prohibet euangelium salutis prædicari, aut homines baptizari, aut sacramenta eis ministrari, vel ne quis obediatur mandatis papæ, aut executioni mandet literas eiusdem, dū ligat aut soluit secundum ecclesiæ clauis à peccatis, à cæsuris ecclesiasticis, sed eum etiam qui prohibet laicis ne præstent ministris ecclesiæ ea quæ spectant ad sustentationem vitæ, neue mandatis papæ pareant, vel executioni mandent literas eius disponentes de beneficijs & officijs ecclesiasticis instituendis aut conferendis. Veruntamen personis ecclesiasticis male dispensantibus bonâ temporalia ex testamento principis ecclesiæ relicta, potest princeps mittere manus in bona illorum, ad cogendum illos vt bene dispensent illa secundum conditiones & causas expressas in testamento. Potuerunt enim principes dotando ecclesiam, partem dominij retinere in huiusmodi bonis, & eatenus debent ecclesiastici principibus ratione reddere, quatenus in illis donatis potestatem sibi retinuerunt, quemadmodum liquidum est in bonis, quæ vt feudum, tenet ecclesia à principe seculari, pro quibus si non faciat ecclesia principi quod tenetur, potest princeps in bona illa manus mittere, non autem in bona alia, neq; in causas alias ecclesiasticas potest princeps villo pacto sese intromittere, nisi malam ecclesiasticorum dispensatione deferendo vel denunciando ecclesiastico iudici seu prelato, quemadmodum tradit Henricus Gaudauensis, quotlib. 6. Videant igitur suggestores secularium principum, secretarij, cõfiliarij, ac cooperatores, suæq; salutis prudenter consulant, qui nihili facientes Decretales epistolas pontificum, sanctionesq; canonicas, aut literas Apostolicas, mandataq; Apostolica in eisdem literis designata autoritate laica impediât, & ne vel executioni mandentur, neue pareatur eisdem, moliuntur non ex zelo impediendi abusus, ne videlicet ministerijs ecclesiasticis, curisq; pastoralibus præficiantur indigni ac inidonijs, sed ex affectione humana, qua cupiunt vel suis prouisum iri ratione sanguinis, aut obsequij, aut fauoris humani, vel sua lucra & cõmoda assequi ex literis consensus præstiti. Nondum vidimus eos qui per principes seculares, patronesq; laicos ad ecclesiasticas dignitates, curasq; animarum instituuntur esse doctri-
A **B** **C** **D**

na & vita præstantiores his, qui pleno iure instituuntur ab ecclesiæ pontificibus. Quod si principes, secularesq; iudices zelum Dei habentes, videant indignos, aut malæ vitæ clericos, aut absentes, non residentes autoritate Apostolica præfici episcopatibus, pastoralibusq; curis & abbatijs, cõsiderentq; subiectos sibi laicos præ penuria verbi Dei, & propter negligentiam pastorum in fide & moribus putrescere, non tamen propter hoc possunt ipsi principes sua autoritate laica, episcopos, aut pastores, aut sacerdotes sic institutos, factò eijcere, aut sedibus suis pel-
E

lere, aut iudicium cõtra personas illas ecclesiasticas sibi usurpare, causas cognoscere, & per sententiam condemnare, suspendere, aut spoliare suis episcopatibus aut beneficijs, ille nempe zelus esset non secundum scientiam zelus, quo profus turbaretur ecclesiasticus ordo à Christo institut⁹. Neq; enim in vlla repub. apud seculares homines licitum est in exilium mittere, aut deijcere à gradu suæ dignitatis, aut occidere publicè criminofum priusquam condemnetur à suo iudice. Sed habent seculares principes contra abusus personarum ecclesiasticarum saluberrima remedia. Primum euangelica, deinde canonica iura, secundum quæ inutiles pastores corripiantur, admoneantur, qui si nõ audierint, dicatur præfidi ecclesiæ, qui secundum sanctiones canonicas ecclesiasticam in tales exercet disciplinam. Zelum bonum secularium principum ac iudicum cum discretione, & absq; iudicio usurpatum, cupientium abusus impedire, respiciet Deus, & pro tollendis abusibus cõmunicato pontificis & secularium principum consilio in pace & charitate prouidebit Dominus ecclesiæ suæ. Sed peccata nostra plerumq; merentur, vt tales nobis pastores dentur, qui non de salute animarum, non de expiscandis hominibus

Principes seculares non possunt auctoritate laica deijcere aut corrigere prauos pastores.

A minibus è retribus dæmoniorum, sed de temporalibus commodis, iurisdictionibus in temporalibus rebus parui momenti, & de accipiendis lucris ducatorum sunt solliciti die tota. Vnde Papa & Imperator sunt in ecclesia non tanquam duo rectores summi inter sese diuisi, quorum neuter altrum cognoscit, aut veneratur tanquam superiorem, quia regnum sic contra se diuisum desolabitur. Neq; item sunt tanquam duo iudices subordinati, sic vt alter suam iurisdictionem accipiat ab altero, sed sunt tanquam rectores duo, qui sunt vnus Dei ministri, diuersis officijs deputati, ita vt imperator præsit sæcularibus causis & personis ad pacificum conuictum huius sæculi. Papa verò præsit spiritualibus ad lucrum Christianæ fidei, & charitatis. Et sicuti in vno corpore diuersa membra diuersis funguntur officijs, & summa pace & concordia sibi mutuo seruiunt: Ita in corpore Christi, quod est ecclesia, Papa & Imperator, sint cor vnum & anima vna in Domino diuersis suis fungentes officijs, tanquam anima & corpus in homine vno.

B Ita tamen, vt papalis potestas supra imperialem emineat, sicuti pars intellectiua, quæ æternis & incorruptibilibus inuigilat supra sensitiuam, quæ visibilibus & transitorijs intendit. Atque ita non sequitur ecclesiam esse monstrum propter capita duo, quemadmodum neque monstrum erat ecclesia, cum Christus regnaret spiritualiter in Iudæa, cui præses Romanus in temporalibus præsidebat.

Papa & Imperator quomodo non sunt in ecclesia tanquam capita duo.

Cæterum papa quamuis facultatem eligendi, aut coronandi, aut instituendi imperatorem non habeat ex iure diuino, neque facultas hæc pendeat ex potestate papali à Christo instituta, & ecclesiæ data, vtique tamen ex iure diuino ratione curæ pastoralis, potestatem habet in imperatorem Christianum, perinde atque pater spiritualis in filium, & tanquam pastor in ouem suam, & ideo super his quæ concernunt directionem imperij eius in fide & moribus Christianis, & in causis atque officijs spiritualibus disponendis, & in episcopatibus per loca vel ciuitates instituendis imperator ipse subiectus est papæ, quem tenetur in huiusmodi rebus

C tueri ac defendere. Atq; ita imperator quamuis gladium suum, temporalium rerum iurisdictionem & dominium non habeat à papa, secundum consilium tamen & leges ac constitutiones ipsius debet vti illis sic vt non impediatur, sed promoueat potius finem spiritualis potestatis. Et ideo imperator si laberetur in hæresim, aut denegaret publicam iustitiam pauperibus & oppressis, aut leges conderet in præiudicium Christianæ fidei, iam esset à papa iudicandus & corrigendus. Sic beatus Ambrosius, quamuis non fuerit vniuersalis ecclesiæ episcopus, Theodosium imperatorem excommunicauit. Beatus quoque Innocentius Archadium imperatorem, qui consenserat, vt Ioannes Chrysostomus extra episcopatum suum eijceretur, ab ingressu ecclesiæ prohibuit. 2. quæst. 7. nos si.

Quam potestatem habeat papa ex iure diuino super imperatorem.

Cæterum papa quamuis non posset sæculari principi committere aut dare potestatem excommunicandi aut degregandi, aut ordinandi, vel consecrandi, vel deponendi ab ordine, vtique tamen potest laico, aut sæculari potestati dare potestatem conferendi præbendas, & cognoscendi, seu examinandi causas, deponendi à beneficijs, & causis cognitis priuandi sacerdotes præbendis, eligendi pontificem, inuestiendi pastores, episcopos, & archiepiscopos per prouincias aut ciuitates, quemadmodum Adrianus papa cum vniuersa synodo. 153. episcoporum concessit Carolo Magno imperatori ius & potestatem eligendi pontificem, & vt sine ipsius consensu nemo inuestiretur episcopus, neque consecraretur, vt dicitur. 63. dist.


Theodosius imperator ab Ambrosio excommunicatus.

capite Adrianus.

K

Caput

Caput. III. tractans an sit contra libertatem ecclesiasticam interdici-
cere ne agri, prædia, &c. testamento ecclesie relinquuntur.



Prohibere ne
bona immobili-
a donentur ec-
clesie an sit in-
iquum.

C. de sacrosan-
ctis ecclesijs
L. prima.

L supradictis dubitauerit quispiam forsitan, an iniqua & iniu-
sta, & contra ecclesiasticam libertatem sint mandata secularium
principum ac potestatum statuentium ne prædia aut fundi, aut
agri, ceterave immobilia bona legentur, vendantur, aut donen-
tur ecclesijs, aut monasterijs, seu religiosis domibus, aut hospita-
libus, prohibentium etiam iudicibus laicis, baliuis, & scabinis,
ne ipsi ecclesias, personasve ecclesiasticas inhæredēt, aut inhæredari faciant. Et vi-
debuntur forsitan hæc statuta esse prorsus contra ecclesiasticam libertatem, & in-
iusta atq; iniqua. Nam sunt contra omnia iura tam ciuilia & naturalia, quam ca-
nonica & diuina. Contra ciuilia quidem & naturalia. Constantinus nempe im-
perator. Habeat, inquit, vnusquisque licentiam sanctissimo catholico, venerabi-
lique concilio, id est, collegio, siue monachorum, siue clericorum, decedens bo-
norum quod optauerit relinquere, & non sint cassa iudicia eius, nihil enim est
quod magis hominibus debeat, quam vt supremæ voluntatis, postquam iam
aliud velle non possunt, liber sit stylus. En vides Christianum imperatorem vo-
luisse vnum quemque habere facultatem liberè relinquendi de bonis suis colle-
gio catholico, qui & pro causa æquitatem naturalis iuris adiiciens, nihil, inquit;
magis debitum esse homini, quam vt supremæ voluntatis suæ liber sit stylus, & in-
fra. L. Cassa eodem titulo. Fredericus imperator cassa, & irrita vult esse statuta
contra libertatem ecclesiasticam edita. Insuper mandata huiuscemodi esse con-
tra iura canonica manifestum est ex superioribus. Parag. Denum & talia statuta
seu mandata esse contra ius diuinum videtur. Nam impium est impedire homi-
nes liberos, aut prohibere eis, ne res suas possint in pios vsus, in elemosynas, aut
propter Deum donare, seu dispensare in alimoniam pauperum studiosorum,
qui & sacris literis impendentes operam, tandem valeant ecclesie prodesse. Vi-
detur ergo contra ius diuinum esse mandatum principis prohibentis, ne quis
fundum suum aut prædium donet, aut testamento leget in talem vsum pium.
Sicuti impium esset mādatum quo prohiberetur ne vllus homo ingrediatur reli-
gionem. Vnde videtur hoc mandatum principis esse directè contra consilium
Christi. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.

Præterea impium videtur esse & directè in odium Christiani cultus permitte-
re vnumquemque habere libertatem vendendi laico, aut donandi prædium su-
um liberali donatione amico suo, aut homini sæculari, & prohibere vnicuique
ne vendat illud ecclesie, neue propter Christum largiatur prædium illud in au-
gmentum diuini cultus, vel in alimoniam pauperum peregrinorum, aut infirmo-
rum. Pro contraria sententia videtur. Imperatores, principesque seculares ha-
bent iurisdictionem temporalem, & dispositionem super huiuscemodi tempora-
libus prædijs, & super alienationibus, emptionibus, & venditionibus eorundem,
prout visum fuerit congruere conditioni patriæ, temporis, & reipub. & pro paci-
fico conuictu societatis humanæ. Videtur ergo secularis potestas ad hæc sese ex-
tendere. Respondeo huiuscemodi statuta seu mandata prima facie seu contex-
tione considerata in se videntur esse iniqua, neq; possem ego huiuscemodi statu-
torum conditorem, & seruatorem excusare, nisi ex tolerantia papæ scientis atque
tacentis, & ex causis rationibusque appositis huiuscemodi statutis videretur mi-
hi esse præsumendum huiuscemodi statuta prodijisse ex pia quadam intentione
Christiani principis, sui que concilij prohibentis talem quendam donandi mo-
dum, quo transeant prædia pro perpetuo in manum mortuam sic statuentis, non
in odium ecclesiasticæ libertatis, neque in diminutionem cultus diuini, neque ad
impediendum

Solutio questi-
onis.

A impediendum elemosynam pauperum, aut hospitalium, aut ecclesiarum indi-
gentium subsidijs temporalium rerum, sed ad tollendum abusus, ad moderandum
donationes superfluas, ne respublica in aliqua patria sufficiēter ecclesiasticis præ-
dijs dotata nimium oneretur, & ne religiosa loca superfluis prædijs atque diuitijs
incrassata illarum curis teneantur, neve foundationes antiquæ per nouas superue-
nientes impediatur, sed aptius, & commodius custodiantur, & Dei honorem ac
cultum, ita tamen vt pij principis animus sit paratus libenter suum assensum in
huiusmodi donatione prædiorum impartiri, vbi visum fuerit hoc absque suo, &
reipublicæ præiudicio pro augmento diuini cultus expedire. Princeps sic statu-
ens in aliqua sui domini patriæ, nequaquā prohibet laico ne suum prædium pro-
pter Deum det homini indigenti, aut pauperi, sed ne det vlli collegio, vel hospi-
tali sic vt dominium perpetuo maneat apud tale collegium, vel hospitale. Atque
ita huiuscemodi statutum non est directè contra consilium Christi dicentis: Si

B vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere
me. Neque enim vetat prædia, vel agros vendi & precia illorum pauperibus da-
ri, vel hospitalibus vel religiosis domibus, vel etiam ecclesijs indigentibus in au-
gmentum diuini cultus, neque item absolutè vetat ne talia prædia ecclesijs ven-
dantur aut donentur, sed prohibet ne huiuscemodi prædia sine suo cōsensu trans-
eant in perpetuum ad manum mortuam extra suam iurisdictionē. Ipsi-
us principis est prouidere suæ reipublicæ, ne cum damno totius populi tanta rerum ab-
undantia deputetur ecclesie, vt detrahatur hæredibus, alijsve pauperibus in do-
minio suo temporali indigentibus, quorum necessitatibus, aut indigentijs impre-
sentiarum occurrentibus minister quisque ecclesiasticus tenetur subuenire ex
fructibus etiam suo vsui, suæque fidei commissis supra decentem victum & vesti-
tum sibi superfluis. Neque enim ministrorum ecclesie sicuti supradiximus est sic
thesaurizare, quemadmodum secularium principum, quorum est non solum tem-
poralia bona laicorum, sed & ecclesie contra inuafores tueri atque defendere,
quamuis & ipsa ecclesia non extantibus huiuscemodi pauperum indigentijs, ali-
isve ministrorum ecclesiasticorum, aut fabricæ construendæ, aut reparandæ ne-
cessitatibus, possit etiam thesaurizando pro futuris sibi prospicere. Verum
ne seculares principes arbitrentur sese habere ius domini, aut ius vsurpandi sibi
in temporalibus bonis, quæ superfluunt ministris ecclesie, sciant huiuscemodi su-
perflua esse pauperum. Proinde donemus ecclesias aliquas aut religiosas domos
habere superflua in temporalibus, pro vsu sustentationis ministrorum ecclesie,
aut monachorū, non tamē habent superflua, quatenus illarum ecclesiarū, & mo-
nasteriorum præfides seu abbates sunt patres, & prouisoires pauperū. Et ideo secu-
lares principes non minus erunt sacrilegi, aut raptores si hæc ab ecclesijs auferūt,
siquidem omnia ecclesiastica bona vni loco vel ecclesie superflua sunt pauperi-
bus alijsque pijs locis indigentibus debita, tum pro augmento diuini cultus, tum
pro studiosorum pauperum subsidio, quo alantur in sacre theologie studio, aut
pro alijs pijs causis ecclesiasticis. Magnus profecto abusus prælatorum, qui ex
pretijs fructuum ecclesiasticorum (quos oportebat dispensari pro occurrentibus
pauperum, aut aliorum piorum locorum necessitatibus) annuis ecclesiarum pro-
uentibus augendis vacant, copulantes agrum agro, adeo vt iuxta Isaiæ vaticini-
um, desideriorum ipsorum non sit finis, arescentibus passim præ penuria tot pau-
peribus, tot puellis absque dote remanentibus, tot pupillis, tot viduis, tot orpha-
nis, tot ægrotis & calamitosis, constrictis angustia famis atque vestitus, tot captiuis
deductis ab hostibus Christianæ fidei in exilium. Horum consideratione, inquit
Amb. Aurum habet ecclesia, non vt seruet, sed vt eroget & subueniat necessitati-
bus, addens in tribus generibus necessitatum, videlicet in alimonia pauperum,

Matth. 19. 9

Seculares prin-
cipes non pos-
sunt mittere
manus in bona
ministris eccle-
siae superflua.

Magnus abu-
sus ecclesiasti-
corū, ex fructi-
bus ecclesiasti-
cis emere præ-
dia.

2. off. cap. 38.
& recitatur &
Grat. 12. q. 2.

in redemptione captiuorum, in templo Dei ædificando aut instaurando, licitum esse etiam ecclesiæ vasa sacra confringere & vendere. Temporalia sunt ecclesiæ data, non vt ministri ecclesiæ, episcopi, abbates, & presbyteri sint temporalibus custodiendis, aut defendendis, aut ampliandis occupati, neq; vt propter temporalia assequenda, quibus sustentetur, aut sacramenta ministrent, aut Deum colant, sed vt per huiuscemodi temporalia cultus sustentetur diuinus, & vt ipsi ministri non solliciti de cibo, magis liberè Deo vacare possint. Proinde fini propter quem data sunt ecclesiæ temporalia, maximè obuiant sacerdotes Dei, qui neglectis verbis Dei studijs, postpositisq; spiritualibus ministerijs ad lucrum Christianæ fidei ordinandis, sese totos implicant negotijs secularibus. Secularium ac temporalium rerum administratio seu dispensatio, impeditiua est spiritualis regiminis. Neque ecclesiæ, neque reipub. expedit, quòd temporalia prædia ex pretijs fructuum ecclesiasticorum pauperibus erogandorum, sic emanent, vt transeant in dominia, vel in administrationem eorum, apud quos est sufficiens temporalium rerum copia. Neque expedit item reipub. quòd passim liceat exhereditari filijs, ecclesiam hæredem facere. Vnde & leges seculi statuerunt, ne quis possit filium exheredare, nisi ex causa. Pater quoque ex iure naturali, tenetur filium alere, filiamque dotare. Quicumq; exhereditato filio, inquit Augustinus, ecclesiam vult facere hæredem, querat alium qui suscipiat non Augustinum, imò Deo propitio neminem inueniet. Laudabile factum sancti Aurelij Carthaginensis episcopi. Quidam enim dum filios non haberet nec speraret, res suas omnes, retento sibi usufructu, donauit ecclesiæ, nati sunt ei filij nec opinanti, reddidit episcopus ea quæ donauerat. In potestate habuit episcopus non reddere, sed iure fori, non iure poli. Hactenus Augustinus. 17. q. 4. capite vltimo. Item si quis irascitur filio suo, & moriens exhereditat eum, si viueret, nonne ei filium reconciliare deberemus? quomodo ergo cum filio suo volo habere pacem, cuius appeto hæreditatem, sed planè sic faciat, quod sæpe hortatus sum. Qui enim habet filium, putet Christum alterum, si duos habet, putet Christum tertium, decimum habet, faciat vndecimum Christum, & suscipio. Hactenus Augustinus. 13. quæst. 2. Si quis irascitur. Hæc de temporalibus bonis patrimonij, in quibus succedunt hæredes, sunt accipiendæ secus de fructibus bonorum ecclesiasticorum, aut de prædijs & agris emptis ex pretijs huiuscemodi fructuum collectorum & venditorum. Omnia nempe quæ personis ecclesiasticis de fructibus suorum beneficiorum super moderatum victum & vestitum excrescunt, sunt aut pauperibus, aut locis pijs eroganda, & ideo fundi, agri ex pretijs huiusmodi fructuum venditorum acquisiti, sunt vel ecclesijs vel religiosis locis indigentibus, aut studiosis discipulis dispensanda, pro dilatanda sacra fidei doctrina. Sacræ Theologiæ studium, maximè est Christi ecclesiæ necessarium, non solum propter hæreses confutandas, sed ad euangelizandum verbum Dei, & ad assidue instruendum Dei populum in fide & moribus Christianis. Vnde Hieronymus contra Vigilantium. Hæc vndique vsque hodie perseuerat consuetudo, non solum apud nos, sed etiam apud Hebræos, vt qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra nisi solum Deum, totius orbis foueantur ministerijs. Postremum & hic sciendum, quòd prædia assignata ecclesiæ alicui, seu ministris eius in alimoniam vitæ ad spiritualia officia reipublicæ impendenda, non obligantur Casari ad commune tributum, perinde atque alia prædia, nempe ecclesiæ bona sunt ordinata diuino officio, & ministris ecclesiæ officiantibus designata, pro sustentatione vitæ, quod verò superest, deputatum est pauperibus, aut alicui pio vsui. Atque ita ratione iusta secundum æquitatē naturalem congruit prædia illa ecclesiastica esse immunita à tributis communibus, quibus obligantur secularia prædia prorsus libera, non

Quòd liceat ex pretijs fructuum ecclesiasticorum prædia emere pro ecclesijs.


Facere ecclesiæ hæredem ex herede dato filio.

Superflua ministris ecclesiæ quibus sunt dispensanda.

Prædia ecclesiæ assignata pro diuino cultu, non sunt tributis oneranda.

ra, non sic onerata. Verum quia taxæ honorum alicui pro sustentatione vitæ assignata, non consistit in indiuisibili, sed latitudinem habet, ideo bona rationabiliter deputata pro sustentatione vitæ, onerari possunt, si tanta superuenerit reipublicæ necessitas, vt pro sui defensione expediat prorsus officium illud ecclesiasticum pro tempore potius suspendere, aut in totum extinguere, quam sinere reipublicam periclitari. Vnde ex huius consideratione manifestum est, quamlibet possessionem reipublicæ naturali iure esse pro defensione reipublicæ oneratam debito soluendi tributum, secundum proportionem valoris illius cum alijs, deducto semper onere inde debito, atq; ita temporalia bona dum ecclesijs dantur, transeunt ad ecclesiam cum oneribus suis, tam impositis, quam iusta lege pro necessitate aliqua imponibilibus. Neque princeps potest prædia facere prorsus sic immunita ab oneribus, pro defensione reipublicæ debitis, quin & eadem prædia lege iusta possint rursus ex superuenientibus necessitatibus onerari tributis ac vbligalibus. Hæc tam latè prolixèq; disseruimus, vt demonstrantes quid his in rebus sit naturalis aut diuini iuris, obstruamus ora hominum, iudicantium prædia esse iure diuino sic prorsus immunita, vt contingat mox criminale peccatum, si ex prædijs ecclesiasticis exigantur tributa, vel alia onera pro defensione reipub. Distinguit Panormitanus inter onus certum, & inuariabile annexum: ecclesiastico prædio, & ad illud obligari ecclesiam, & inter onus non sic certum & inuariabile, & ad illud ecclesiam non obligari, sed distinctio huic rei non satisfacit.

IIII. Caput tractans de personis ecclesiasticis, consummentibus prodigè fructus beneficij, & non persoluentibus officium propter quod datum est beneficium, & de pastoribus absentibus à suo grege.



ED hic forsitan ex transcurfu studiosus lector quispiam cupiet scire, Vtrum episcopi, & clerici, aut religiosi, in otio viuentes, & ex temporalibus bonis ecclesiæ, vel monasterio liberaliter donatis seu relictis, teneantur ad restitutionem, si desistant à ministerijs, ab orationibus, horis canonicis, aut à religiosis actibus. Pro huius solutione scire debet studiosus lector, neminè vquam dubitasse, aut in dubium vertisse, quin ecclesiasticus prodigè viuens, prodigèq; cõsumens fructus ecclesiasticos, officium suo beneficio annexum, aut omittens aut exoluens in statu mortalis peccati impoenitens, grauissimè peccet, tanquã sacrilegus, & raptor à Deo puniendus. Neq; tamè propter hoc debet turbari fides nostra, q̄ in ecclesia cernimus multa huiuscemodi môstra hominum, qui non modò nihil præstant, quod ad lucrum Christianæ fidei aut charitatis ædificationem pertineat, sed & prauæ conuersationis exemplo, sunt omnibus scādalo, fructus patrimonij Christi diuino cultui, vsuq; pauperum dedicatos, prodigè ac immoderatè magis cõsumunt, quàm si essent bona sui patrimonij, per omnes dies vitam agentes Sardanapali. Sed alia quæstio est, an ecclesiasticæ personæ huiuscemodi, suorum beneficiorum fructus sic prodigè exponentes, aut pro illicito atq; inhonesto vsu meretricio donantes, aut officium debitum seu horas canonicas negligentes, teneantur fructus consumptos, aut inutiliter expensos restituere. Et pro illius dubij solutione, distinguendū est triplex ecclesiasticorum bonorum temporalium genus. Quædam sunt bona propter Deum collata vel assignata, aut donata clericis, aut religiosis domibus, vel monachis ex liberalitate, vel ex munificencia principum aut laicorum ad sustentationem eorundem clericorum vel religiosorum, non sub aliquo speciali onere, vel pacto & conditione, sicuti bona deputata vsui episcopi pro alimonia ad propriam suamq; familiæ sustentationem, sicuti in præbendis ex decimis ecclesiæ debitis, cuiuslibet canonico relicta est sua portio pro sustentatione sua. Episcopi vel sacerdotes, aut clerici, vel religiosi viuētēs

De sacerdotibus, perditè uiuentibus, an teneantur restituere fructus, quos aut expendant aut consumunt.

Triplex ecclesiasticorum temporalium bonorum genus. Quæ bona ecclesiastica male impesa sunt obnoxia restitutioni.

ex huiuscemodi bonis, non explentes horas canonicas, aliave officia determinata A iure positio ecclesie imposita sacerdotibus, gravissimè peccant ingratitude vitio, sunt quoq; autoritate superioris priuandi vsu huiuscemodi fructuum, sed secundum piam quorundam sententiam non tenentur fructus sic donatos restituere, etiam si non orent pro benefactoribus aut donatoribus, quamuis iure naturali ex debito forsitan gratitudinis pro illis orare teneantur, quemadmodum pauperes suscipientes ad sui sustentationem eleemosynam iure naturali tenentur orare, attamen si non orauerint, non tenentur perceptam eleemosynam restituere, quemadmodum enim dans alteri aliquid liberaliter, vt prouocet animum eius ad proficiscendum secum in urbem Romam, verè transfert dominium, neq; tenetur accipiens restituere, etiam si nolit cum eo proficisci. Ita dans alteri aliquid, vt prouocet animum illius ad orandum. Pro hac sententia faciunt ea, quæ docet beatus Thomas. Secundum est genus temporalium bonorum relictorū episcopo aut pastori, tanquam patri pauperum aut ministrorum ecclesie pro sustentatione diuini cultus, aut pro reparatione fabricæ, & talium bonorū episcopus dispensator est non dominus, & ideo episcopus si vsurpet aut consumat, tenetur restituere. Tertium est genus bonorum donatorum ecclesijs sub certo onere certoque pacto & conditione, vt tale vel tale quid faciant, veluti si relinquatur aut donetur prædiū aliquod ecclesie seu ministro illius sub onere, vt singulis diebus festis verbum Dei prædicet, aut missam celebret, aut horas septem canonicas cantari faciat. Clerici qui de huiuscemodi bonis quicq; prodigè consumunt, aut immoderate, aut indecenter exponunt cognatis non pauperibus, non tenentur ad restitutionem, modò adimpleant onera seu officia, propter quæ data sunt beneficia. Pastor in peccato mortali occulto plerunq; diligenter exercet officia ac ministeria curæ pastoralis docendo, corripiendo, admonendo, sacramenta ministrando, ceteraq; officia, quæ etiam pastor bonæ vitæ foris posset facere. Talis igitur quamuis sibi met ipsi malus grauissimè peccet dum perseueras in scelere, indignus tractat Dei sacramenta, viuere tamè potest de lacte gregis, quem pascendum suscepit, quamuis suis orationibus non proficiat alijs ex vitæ suæ merito. Gerson Cancellarius Parisiensis, Ecclesiastici impcinitentes si officium, inquit, propter quod datum est beneficium adimpleant, faciunt fructus suos, nec tenentur restituere, obligantur tamen in foro conscientie aliter recompenfare benefactoribus ac fundatoribus, præsertim faciendo sibi amicos de mammona iniquitatis, vt per alios suppleant redemptionem & satisfactionè, quam ipsi sine gratia permanentes insufficienter agunt. Deinde & opera prauorum ministrorū ecclesie, quamuis non valeant alijs ex merito vitæ sic extra gratiam operantium utiq; tamen valorem quendam habent ex intentione ecclesie mittentis illos, cuius autoritate fiunt publica ecclesie officia, sacramentorumq; ministeria. Olim Aug. suo seculo vrgentissimis scripturis ac rationibus confutauit Donatistas hæreticos, docentes verba diuina & sacramenta per prauos ecclesie ministros dispensata esse prorsus inania, friuola, & inutilia, soluensque eorum rationes & argumenta, dicit sacramenta, verbaque Dei sancta non prodesse, sed obesse potius indignè tractantibus, seu ministrantibus, utique tamen prodesse alijs dignè sumentibus & audientibus. Vnde aduersus Permenianum. Verba bona quæ pro populo dicuntur in precibus, etiam si à malis dicantur episcopis, exaudiuntur tamen non pro peruersitate præpositorū, sed pro deuotione populorum, quod & in scripturis inuenitur, Num. 23. de Balaam alienigena. Spiritus sanctus quamuis fugiat ministrum prauum ad inhabitandum, & sanctificandum eundem, sic tamen adest illi, seu ministro ecclesie, vt per eum salutem fidelium operetur. Membrum ecclesie mortuum, quamuis non habeat vllum officium spiritualis vitæ ipsum viuificantis ac sanctificantis, utique ta-

Dans pauperi eleemosynam ut prouocet animum eius ad orandum verè transfert dominium etiã ei, qui non intendit orare.
22. quest. 185.
art. 7. q. 187
art. 4. q. 187
lib. 6. quest. 13

Cancel. Gerson Viri ecclesiastici mali impcinitentes faciunt fructus suos si officium impleant in statu mortalis peccati.

Lib. 2. cap. 8.

Quo verba Dei sancta in precibus prauorū sacerdotū aut episcoporū dicta proficiunt.

A men potest habere officium spiritualis vitæ per ipsum operantis vitam, & sanctificationem in alijs. Hanc sententiam Augustini manifestum est esse verissimam in ecclesiasticis sacramentis, veluti in baptismo & ordinatione sacerdotum, vel consecratione eucharistiæ, quæ æquè profunt accipientibus, siue per malum ministrum, siue per bonum dispensentur. Sed dubitandum forsitan videbitur, an veritatem habeat in precibus alijs, quæ cum non sunt sacramenta, non videntur vim habere sanctificandi ex opere operato, veluti cum prauus sacerdos impcinitens horas canonicas absoluit, aut cum canit psalmos, aut vigiliis legit pro defunctis, tum enim sacerdos ille malus videtur huiuscemodi suis orationibus non prodesse alijs. De his autem, & de intellectu scripturarum, quæ huic sententiæ obuiare videntur, latius dicetur in solutionibus argumentorum de legibus humanis, in responsione ad argumentum vndecimum. Hactenus de ministris prauis ecclesie, implentibus onera beneficijs imposita. Verum si huiuscemodi onera prædijs imposita non impleant, non faciunt fructus suos, & idcirco obligantur restituere fructus perceptos, quemadmodum miles militare stipendium non facit suum, si non militet. Sic episcopus, si non pascat gregem, tenetur restituere fructus perceptos ex decimis, prædijs, & agris episcopo relictis sub onere pascendi. Manifestum est autem episcopum aut pastorem non pascere oves bifariam. Primo, quando sine legitima causa non residet in cura sua, ex fructibus pastoralis curæ sibi viuens absque sollicitudine erga gregem sibi commissum. Secundo quando corpore præsens, nihil eorum quæ ad officium pastorale pertinent, est sibi curæ, ad id solummodo sollicitus, vt recipiat temporalia ex grege comoda, veluti dum vult de lacte gregis manducare, sed non vult gregem pascere. Veruntamen & hic sciendum est, quod absens plerumque gregem pascit, dum per alium pascens ex causa legitima in aliena morans ecclesia, cui persona illius est magis utilis & necessaria, vbi magis proficit vniuersali ecclesie ad augmentum Christianæ fidei. Atque ita etiam absens particularem suam pascit ecclesiam, dum ipse pro magna aliarum ecclesiarum necessitate, vel vtilitate absens etiam pro sua ecclesia (cui neque tanta necessitas imminet, neque personalis residentia est necessaria) ita est sollicitus, vt ipsa semper habeat idoneum pastorem, quemadmodum episcopus, pastor ecclesiarum totius diocesis suæ, etiam recipiens decimas ex ecclesijs eiusdem, tenetur gerere sollicitudinem, vt pastores idonei præficiantur singulis ecclesijs suæ diocesis. Vnde plerumque conditio personæ pastoris ita sese habet, vt melius, aut saltem æquè bene pascatur ecclesia sua particularis ab illa persona absente, quam pasceretur ab alia præsentem, & tum pro conditione loci, temporis, & reipublicæ magis expedit, vt pastor ille alijs ecclesijs in rebus spiritualibus necessarius, magisve utilis, etiam suam propriam pascendam teneat ecclesiam absens, quam vt resignet. Super se igitur iudicium Dei timeant pastores non residentes, quomodo perceptos fructus restituant, dum vel absentes pro solis suis solatijs, vel implicantes sese negotijs secularibus, non solum non pascunt, sed perditè viuentes in otio & delitijs patrimoniū Christi consumunt. Neque illos à crimine immunes potest facere, q̄ per alios viros idoneos volūt pascere. Contra tales iam olim clamat propheta: Ve pastoribus Israel, qui pascunt semetipfos. Caterum hic sciendum, quemadmodum in corporali edificio imperare, aliosq; ordinare ac dirigere, quonã pacto debeant operari, est altioris atq; excellentioris artis, actioq; in se magis digna atq; honorabilis, quam imperata exequi, manibusq; operari secãdo, aut dolãdo ligna vel lapides, aliasve materias præparando. Ita & in spirituali edificio ecclesie Christi edificandæ, docere scripturam sacram, euangelizare atq; erudire ad salutem, & ad scientiam alios qui digni & idonei efficiantur, vt sint columnæ ecclesie, & pastores atque rectores populi

Questio.

Quonã modo pastor quispiã pascit absens à loco curæ pastoralis.

De pastore ex causa rationabili nõ residens

Ezech. 34.

Qua sint excellentiora pastoris officia.

Christiani ad proficiendum non sibi solummodo, sed & vniuersali ecclesiæ, excellentioris est virtutis, opusq; magis dignum & honorabile, quàm sacramenta ministrare, dirigere, aut gubernare simplicem populum, qui docendus suscipitur, vt in se solum proficiat. Vnde & hac consideratione Paul. inquit: Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Sic episcopi, quos iuxta eiusdem Pauli doctrinam, oportet esse doctores, & sacræ item theologiæ interpretes, verbo vel scripto docentes alios, qui pastores efficiantur ecclesiarum, vel per studium ad alios docendum sese disponentes, melius faciunt, quàm si particularem aliquem populum sibi subiectum docerent, eique sacramenta ministrarent, clausisque particularium personarum sese occuparent modò illa per alios, aut æquè bene, aut commodius fieri disponant. Verùm & hic cauendum, ne mentiatur iniquitas sibi, & ne negligatur personalis curæ residentia, ad quam iure diuino obligatur, nisi ex causa rationabili pro maiore vtilitate ecclesiæ, absit melius pascens suam ecclesiam absens per vicarium curæ illi sufficientem, cui magis expedit dirigi ac gubernari per superiorem pastorem absentem, qui potestatem amouendi teneat super ipsum, quàm institui in pastorem perpetuum resignata pastorali cura. Plerumque inveniuntur viri digni & idonei, qui eidem ecclesiæ magis proficerent residendo, quàm ipse pastor absens, sed dum illi non sunt parati, aut volentes in eadem cura residere, non tenetur pastor curam alicui ex illis resignare. Vnde in huiusmodi rebus dispensatio est relicta vniuersali ecclesiæ pastori, non vt dispense contra ius diuinum, sed vt relaxet obligationem positui iuris, declaretque obligationem diuinæ legis, ad istum casum non se extendere, & ideo auctoritate papæ dispensatus, vt non resideat in cura pastorali, si absens nullam prestat ecclesiæ æqualem, aut maiorem vtilitatem, sed viuat in otio ex fructibus ecclesiæ, non est apud Deum in conscientia tutus. Si obieceris: Finis personalis residentie in cura pastorali seu episcopali, est, vt grex sibi commissus pascatur, Ergo vbi prouisum est gregi de idoneo vicario qui pascat gregem, aliaque omnia faciat, aut episcopi, aut pastoris officia, videtur episcopus à personali residentia excusatus. Respondeo: Pastor ex iure diuino tenetur residere in ecclesia sua, quia ex iure diuino tenetur pascere gregem sibi commissum. Tenetur enim docere gregem sibi commissum, & visitare, & sacramenta ministrare. Oportet enim episcopum esse doctorem. Insuper & iuxta Ezechielis doctrinam, oportet episcopum consolidare infirmum, sanare ægrotum, alligare confractum, reducere abiectum, requirere perditum. Ex nomine sui ratione episcopus dicitur superintendens, & speculator, sicut in Actibus loquitur ad illos: Attendite vobis & vniuerso gregi. Præterea qui in ecclesia aliqua præbendam vel beneficium accipit oneratum certis officijs, aut ministerijs ecclesiasticis, duobus obligatur, Deo videlicet & ecclesiæ, de qua sumptum accipit Deo quidem obligatur, vt ei debitas laudes exoluat ac oret, & hoc per seipsum debet exoluere, quamuis nõ referat apud Deum quibus hymnis aut psalmis Deum laudet, Ecclesiæ verò obligatur ad impendendum ministerium deputatum, secundum statutum & ordinationem præfide ecclesiæ id statuentis ad suffragium viuorum aut defunctorum, secundum piam intentionem fundatorum, & ideo hoc debitum tenetur exoluere, vel per seipsum, si sit præbenda, quæ requirat residentiam personalem, vel per vicarium, si hoc sufficiat secundum ecclesiæ statutum & consuetudinem. Quòd si quis licitè sit præbendatus in duabus ecclesijs, sufficit vt officium vnum dicat, secundum consuetudinè dignioris ecclesiæ, Vide de hoc Tho. in quolibeto prim. q. 13. Quòd si duo sint prædia, quorum vtrunq; legatum sit ecclesiæ sub onere celebrandi quotidianam missam pro fundatoribus & parentibus ipsorum, manifestum est, quòd vnus clericus possidens vtrunq; prædium, debet duplicare vel per se, vel per alium missarum celebrandarum officia,

1. Corin. 1. c.

An pastor ex causa rationabilis non residens in loco curæ, teneatur curam illam resignare.

Obiectio.

Solutio.

Oportet episcopum esse doctorem rem. 1. Tim. 3. Eccl. 34.

Act. 20. f. Præbendatus duobus obligatur.

De præbenda in ecclesijs duabus.

A officia. Ita quodlibet beneficium simplex, si esset fundatum ac relictum ecclesiæ sub onere cantandi septem horas canonicas in diuersis ecclesijs, manifestum est, quòd possidens plurima huiusmodi beneficia, in diuersis ecclesijs deberet per se, vel per alium duplicare horarum canonicarum officia, vt satisfaciat mortuis, quorum bona recipit. Proinde iusta ratione motus diuus Thomas quodlibeto. 6. q. 8. docet clericum beneficiatum in scholis causa studij residentem, oportere dicere officium mortuorum ordinariè pertinens ad officium ecclesiæ in qua est beneficiatus, vt satisfaciat etiam defunctis ac fundatoribus. Vnde ex hoc ipso quòd clericus est in sacris ordinibus constitutus, obligatur ad horas septem canonicas, & id quidem ex sola dispositione positui iuris, super quo papa dispensare potest, sed ex eo quòd possidet prædium temporale relictum seu donatum ecclesiæ sub onere certi cultus diuini, vt pote vnus missæ hebdomadalis, vel sub onere cantandi septem horas canonicas, obligatur ad onus illud determinatum, & ideo recipiens fructus illius prædij, omittens officium, non facit fructus suos, teneturque receptos secundum ratam temporis prætermissi officij restituere. In huius generis beneficijs temporalibus Papa non sic habet facultatem dispensandi, quamuis & ipse posset temporale pro necessitate pauperum, aut captiuorum, aut pro defensione fidei prædium illud alienare in manus laicas, & extinguere officium ecclesiasticum illi annexum. Quanquam autem in huiusmodi fundationibus pijs, vbi temporalia bona relinquuntur ecclesiæ sub onere spirituali, aut pro ministerio viuus aut defunctis impendendo, non est propriè commutatio secundum iustitiam commutatiuam, quæ æquitatem exigit dati & accepti, nempe spiritualia suffragia ac ministeria gratis sunt dispensanda. Sacerdos enim debet agere officium mortuorum, aut horarum canonicarum non propter temporales fructus percipiendos, sed propter salutem animarum, neque temporalia quæ corruptibilia sunt possunt esse sufficiens pretium spiritualis officij, aut beneficii spiritualis, quod longè & in immensum excedit omne temporale commodum, quemadmodum testatur Apostolus: Si vobis spiritualia seminauimus magnum est si carnalia vestra metamus? Vnde peruersissimæ essent fundatorum intentiones, si ipsi relinquentes temporalia sub onere prædicandi verbum Dei, aut celebrandi missas intenderent obligare ministros, vt hi propter temporalia commoda missas celebrarent, verbum Dei prædicarēt. Veruntamen possunt donatores ac fundatores temporalium rerum adijcere rebus suis condiciones, & pacta honesta de spiritualibus officijs impendendis, ita vt velint donationem esse ratam pro illis, qui huiusmodi condiciones velint obseruare, & alias non, quamquam satius plerumque esset magisque meritorium fundatori voluntatem suam committere discretioni præfide ecclesiæ, & non sic statuere legem obligantem omnes qui huiusmodi sua legata sint accepturi. Vnde & in omni donatione, quæ sit ecclesiæ sub onere certi officij ecclesiastici intelligitur excepta voluntas pontificis, cuius est intendere, an officium tale expediat conditioni loci, temporis, & communitatis, an potius illud vel simile congruat, aut illic, vel in alio loco ordinari. Omnium ecclesiarum particularium est vna respublica, quæ est veluti corpus vnum, & ideo præfide huius corporis relicta est facultas dispensandi vnicuique ecclesiæ, & vnicuique membro, prout opus habet, atque ita pontifex substrahere potest, quod ecclesijs orientalibus superfluum est, & dispensare illa ecclesijs occidentalibus, aut maximè his ecclesijs, quæ recenter conuersæ ad fidem penuriam patiuntur in temporalibus. Cæterum & hic annotandum, quòd quemadmodum regularium canonicorum sub regnula diui Augustini degentium bona temporalia nunc sunt indistincta ac indiuisa per patrem conuentus dispensanda singulis, prout cuiq; opus est in victu, & in vestitu. Ita & olim in cathedralibus,

De septem horis canonicis.

In beneficio ecclesiastico propter officium nõ est propriè commutatio.

1. Cor. 9.

In testamētū quomodo noluerat papa excoptia.

Canonicorum bona olim indistincta dispensantur prout cuius opus erat

dralibus, & collegiatis ecclesiis decimæ, prædia, aliaque temporalia bona ecclesiastica erant indiuisa per episcopum dispensanda secundum vniuscuiusque ministri ecclesiæ necessitatem & indigentiam canonicis communiter infra ecclesiæ claustra commorantibus, sicuti quibusdam in locis in hodiernum vsque diem commonstrant ædificiorum, quæ vetustate perierunt, vestigia. Quod autem superexcreuerat de fructibus illis ecclesiasticis, assignabatur partim pro necessitatibus pauperum subleuandis, partim pro vasis sacris, pro fabricis, & ornamentis ecclesiæ resarciendis, vnde & in hodiernum vsque diem præbendati appellantur canonici à canone, id est, à regula. Discrimen solum est in monasticis votis, quibus non arctabantur canonici præbendati. Atque ita massa tota ecclesiasticorum bonorum per episcopum dispensandorum in cathedralibus ecclesijs erat quadrifariam dispensanda, videlicet pro alimonia Episcopi, pro alimonia ministrorum ecclesiæ, pro indigentia pauperum, & quarto pro reparatione fabricæ, vasorum sacrorum, ac vestimentorum. Postmodum verò crescente ecclesiasticarum personarum cupidine, pro pace, & tranquillitate, ne boni inter malos conuersantes paterentur in temporalibus rebus penuriam, aut dispendium, diuisio bonorum facta est, & assignata vnicuique præbendato canonico sua portio, pro vsu sustentationis propriæ. Ad sciendum igitur, quidnam hisce in rebus sit naturalis & diuini iuris, & quonam pacto viri religiosi, aut ecclesiastici prodigè consumentes ecclesiæ fructus, aut officium debitum prætermittentes teneantur restituere, consideranda sunt ecclesiasticorum beneficiorum genera esse triplicia, atque ea plerumque esse commista, indiuisa, & confusa, vni personæ assignata non tanquam domino, qui possit pro huiuscemodi bonis, pro libito suo disponere, aut donare, aut consumere, sed tanquam patri pauperum ac ministrorum ecclesiæ & prouisorii fabricæ ornamentorum, ac vasorum illius. Longè proinde videntur à veritate euangelica aberrare, qui existimant tantam ecclesiasticorum bonorum affluentiam ac abundantiam esse designatam vni episcopo aut prælato pro sustentatione sua, familiarique sibi necessariæ, tanquam ipse possit ex huiuscemodi bonis familiam suam & equites sibi augere & exponere huiuscemodi, prout libido fert animi, sed verè existimandum est omnia bona supra decentem & honestum statum episcopo condecentem longè superflua esse relicta illi, vt patri & prouisorii pauperum, & ad reparandas fabricas templa, domosque, & alia quæ sunt necessaria in conseruandis ecclesiæ bonis, & ideo episcopi, abbates, ceterique prælati ecclesiastici ex huiuscemodi bonis superfluis, pauperibus aut fabricæ debitis, prodigè exponentes, grauissimè peccant, & iuxta omnium sanctorum patrum sententiam, rapinam committunt & sacrilegium, tenentur restituere ex suis patrimonijs quicquid sic prodigè expenderint. Postremum ad hæc profertur diuisio intelligenda, considerare congruit, Aliud esse donare alteri liberaliter aliquod temporale, vt prouocet illius animum ad agendum spirituale, vel corporale officium, veluti qui dat alteri munuscula liberaliter, vt prouocet animum illius ad proficiscendum secum in urbem Romam, vel ad orandum pro ipso, Aliud verò est donare aliquod temporale alteri eo pacto, eaque conditione vt hoc faciat, vt videlicet vel secum proficiscatur, vel oret, Aliud autem est donare aliquod temporale alteri, tanquàm indigenti, vt subueniat inopiæ & indigentie illius. In primo casu recipiens aliquod temporale non tenetur restituere acceptum, etiam si non impleat causam illam, ex qua alter est motus, seu inductus dare, quia est liberalis & absoluta dominij translatio, neque est donatio sub onere, modo, vel conditione, vt hoc faciat, aut si hoc faciat. In duobus autem postremis casibus accipiens tenetur restituere, si non extet causa, vel conditio, quia acceptum ob causam sub qua is qui donat, solummodo intendit transferre dominium rei causa illa non sequuta obnoxium

Triplicia ecclesiasticorum beneficiorum genera.

Tanta bonorum affluentia relicta episcopo tanquàm pauperum & ecclesiæ prouisorii.

Triplicis modis donandi aliquid ecclesiæ.

A obnoxium est restitutioni, quemadmodum lex docet. Naturali iuri contrarium est, & valde iniquum, vt is qui modum, legem, seu conditionem rei impositam seruare noluerit, rem ipsam nihilominus teneat. C. de contrahen. emp. l. 3. Item in cap. Conquæstus, de foro competenti, dicitur valde esse iniquum, quod ea, quæ collata sunt venerabilibus ecclesijs pro remedio peccatorum, alijs vsibus applicentur. Alijs vsibus intellige, qui sint in præiudicium animæ fundatoris, & in damnum diuini cultus, aut religionis Christianæ. Potest nempe papa dispensare, vt à ministro ecclesiæ recipiente temporalia licite prætermittatur, aut non seruetur tenor dispositionis testamentariæ, dum ipse in dispensando vtiliter gerat animæ fundatoris & ecclesiæ Dei negotium. Hæc ex transcurso aliquantulum à materia principaliter intentata digressi introduximus, non tamen prorsus aliena, valent nempe ad intelligendum, an canones conciliorum, & summorum pontificum & sanctorum patrum de non habendis beneficijs, & pastoralibus curis, & episcopatibus, atque abbatibus, & de seruandis vltimis hominum voluntatibus ita sint fundati in æquitate iustitiæ naturalis, & diuini iuris, vt pluralis quisque in huiuscemodi beneficijs etiam autoritate sedis Apostolicæ dispensatus non sit tutus in conscientia. Cuius resolutio planior videbitur, si primum dissoluatur quæstiuncula. Vtrum secundum se malum, & contra æquitatem naturalis aut diuini iuris sit habere plura beneficia ecclesiastica, aut plures episcopatus, seu pastorales curas. Et vtrum clericus habens præbendam simul & pastorem curam sit in conscientia tutus residens in præbenda dummodo per idoneum vicarium curam suam deseruiat. Et videtur forsitan quod sic. Nam contra ius diuinum est quempiam acceptare aut procurare sibi plura officia ecclesiastica, quorum singulis non potest satisfacere, procurare nempe seu accipere negotium, aut onus supra vires, etiam ipsa ratio interna impium iudicat. Videtur ergo quod procurans, aut accipiens plures præbendas aut curas pastorales aliave etiam beneficia simplicia, diuersaque altaria, quæ ita inter sese distent, vt vnus non possit singulorum officijs satisfacere, faciat contra æquitatem naturalis & diuini iuris. Præterea contra æquitatem naturalis iuris est vnum ecclesiæ ministerium occupare loca multorum ministrorum in diminutionem cultus Dei, aut diuini ministerij. Videtur ergo contra ius diuinum esse, vnum habere plures præbendas, aut pastorales curas. Tertio secundum doctrinam Pauli Apostoli, per locum à contrario sensu contra ius diuinum videtur de lacte gregis manducare, & gregem non pascere, de fructu alienæ vineæ edere, & eam, neque plantare, neque fodere, & stipendium pro tutela reipublice accipere, & reipublice non defendere. Videtur ergo contra ius diuinum esse pastorem absentem ex fructibus gregis sibi commissi viuere, & gregem illum non pascere. Ad quæstiunculam præfatam respondeo, absurdum est dicere, quod habere plura ecclesiastica beneficia, aut personaliter non residere in cura pastoralis sit simpliciter & absolutè contra ius diuinum, & secundum se malum, sicuti mentiri, furari, aut adulterari, nempe ecclesia in hac pluralitate beneficiorum & non in residentia legitur dispensare vt patet in c. de mult. de præben. & dig. hæc tamen nunquam dispensauit ecclesia, aut Romanæ ecclesiæ pontifex, vt vlli homini liceat furari, mentiri, aut adulterari. Ad primum argumentum respondeo, Impium & contra ius naturæ esse obligare se ad plura officia, quibus neque per se, neque per alium possit simul satisfacere his, quibus ex acceptis temporalibus stipendijs obligatur. Ad secundum respondeo, Contra æquitatem naturalem esse vnum ecclesiæ ministerium occupare multorum ministrorum loca in damnum, seu præiudicium animarum & ecclesiæ, seu in diminutionem diuini cultus siue ad viuendum in otio & luxu ex bonis ecclesiæ, secus aut vbi ex persona illa vna multorum loca occupante nullum patitur ecclesia damnum, seu præiudicium, eadem persona etiam non dispensante

Tenor dispositionis testamentariæ interdum licite non seruatur.

Vtrum multa habere beneficia, aut non residere in cura, sit secundum se malum.

1. Corin. 9

Quo & quando habere plura beneficia sit contra ius diuinum.

dispensante bona illa prodigè, sed ad augmentum diuini cultus, aut ad pauperū alimoniam. Ad tertium respondeo contra legem naturalem esse manducare de gregis lacte designato pastori in alimoniam vitæ ad pascendum gregem illum, & non curare, vt grex ille pascatur seu custodiatur. Contra ius item diuinum est pastorem à loco curæ suæ abesse, absque rationabili causa, vt in otio viuere, & fructus superfluos sibi accumulare aut prodigè, seu pro libito expendere, sed non est contra æquitatem iuris naturalis de fructibus pastori alicuius parochiæ superfluis viuere, & in eadem parochia, neque residere, neque adhibere illi parochiæ vllum spirituale officium. Nam & laici pauperes ex fructibus alicui ecclesiæ superfluis sibi dispensatis licitè viuunt. Plerunque etiam laici, aut infirmorum hospitalia recipiunt totius parochiæ decimas. Pastori itaque alicuius parochiæ, quamuis ex diuino iure debeat alimoniam vitæ, nequaquam tamen ex iure diuino debentur illi omnes decimæ illius parochiæ. Neque etiam vlla decimarum quota cum sufficiat eundem pastorem habere alimoniam designatam sibi, siue ex prædijs illius parochiæ, siue aliunde.

Caput. V. tractans de mandatis principum imponentium vectigalia vel tributa.



Quid tributū.
Quid vectigal.

Statuta de soluendis vectigalibus. 4. modis sunt iniusta.
Rom. 13. a

De potestate prelati super Christum.
Iuan. 19. b

Iudæi quæ ratione obligabantur tributum dare Cæsari.

Philo.

X superioribus manifestum est mandatis principum secularium, iudicum, aut magistratum non esse obediendum iniuste imponentium vectigalia, pedagia, gabellas, tributum. Verum hic sciendum, quod tributa & annui census sunt redditus ex prædijs, aut agris debiti. Vectigalia verò seu pedagia, quæ vulgo appellantur gabellæ à transeuntibus exiguntur, & hæc quadrifariam contingit esse iniqua. Parag. Primum propter defectum authoritatis vectigalia imponētis, veluti si tyrannus occupans reipub. vectigalia imponat, licitè in foro conscientiæ fraudantur vectigalia. Vnde Paulus cum dicit: Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Itaque subditi estote non propter iram solum, sed & propter conscientiam. Non de potestate usurpata, sed de potestate ordinata loquitur. Nam qui aut potestati usurpatæ resistit, aut eam fraudat non soluens tributa, Dei ordinationi non resistit, neque conscientiam lædit, licet enim inuasi tyranno aut intruso in regnum, vel in imperium, vel in papatum, aut episcopatum, resistere, eumq; tanquam hostem cautè illudere. Vnde & Christus de potestate iurisdictionis non usurpata, sed ordinata loquitur ad Pilatum: Non haberes in me potestatem vllam, nisi tibi datum esset desuper, hoc est, non haberes potestatem tanquam iudex examinandi me, & inquirendi de vita & moribus meis, iudicialiterq; absoluendi, vel condemnandi me secundum causæ exigentiam, nisi tibi desuper datum esset, desuper inquam, hoc est, vel à Romano Cæsare, vel à Deo cœlitus, vnde Bernard. ad episcopum Senonensem: Romani præsidis potestatem Christus super se fateatur cœlitus ordinatam. Proinde & Iudæi iusta ratione obligabantur tributū seu census dare Cæsari. Pilatus peccauit quidem peccato iniqui iudicij, condemnans Christum innocentem, sed non peccauit peccato usurpati iudicij, suscipiens causam Christi vt hominis, à Iudæis accusati iudicandam. Vnde ipse constitutus à Cæsare, habuit super Iudæos potestatem, ipsis Iudæis sua sponte subijcientibus se Romano Imperio, etiam cum iuramento fidelitatis ipsis Romanis præstito. Nam quemadmodum testatur Philo Iudæus, regnavit Herodes Ascalonita tyrannico principatu, annis vno & triginta: post quos, Iudæis fatigatis tyrannide eius, ipsique iurantibus sese permansuros in fide ipsius & posterorum à Romano imperio constituendorum, regnavit legitimo principatu annis sex. Hæc Philo. Vnde & hoc fidelitatis iuramentum præstiterunt ipso anno incarnationis Domini nostri Iesu, sicuti supputari potest ex breuiario temporum eiusdem Philonis, vt verificaretur

A retur propheta aduentus Messia iam instantis, dum sceptrum regale atq; ducale à populo Iudæorum fuerit tunc ablatum atq; translatum in Romanos. Atque ita edictum quod exijt à Cæsare Augusto, perueniens in Iudæam, fuit non à potestate usurpata, sed à legitima. Iusta igitur ratione obedierunt edicto iustus Ioseph & Maria benedicta, tanquam subiecti Cæsariæ maiestati, quemadmodum & ipsi Iudæi sponte confessi sunt, abnegantes regem Messiam in lege promissum, Non habemus, inquiunt, regem nisi Cæsarem.

Luca. 2. a
Iohan. 19. c

B Secundo contingit pedagia iuste esse imposita propter immunitatem rerum, pro quibus vectigalia exiguntur, veluti si pro rebus ecclesiasticarū personarum vectigalia exigantur, vt patet in capite, Quanquam, de censibus, libro. 6. Aut si statutum generaliter disponat vectigalia exigenda esse pro his rebus, quæ quisque ad vsum suum, suæque familiæ defert. Nam & vtroque iure humano, Canonico videlicet & imperiali, sub grauissimis pœnis interdictū est. Nam & de lege imperiali sancitū est sub pœna capitis, ne exigatur vectigal pro his rebus, quæ vel reue huntur proprii vsus causa, aut gratia ruris exercendi seu seminandi, vel deportantur ad fiscum seu ad ærarium publicum. Ea verò quæ extra prædictas causas, vel negotiationis gratia, id est ad vendendum deportantur, sunt pro quibus oportet vectigalia soluere. Cod. De vectigalibus. l. Vniuersis. Deinde in bulla cœnæ Domini dicitur, Excommunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia imponunt, vel prohibita exigunt.

Vectigalia iniusta secundo modo.

C Tertio, statuta & mandata quibus iubentur vectigalia solui, contingit esse iniusta, ob violationem distributiue iustitiæ, veluti si vectigalia sic imponantur, vt plus grauentur hi, qui ratione iusta minus sunt grauandi, vt pote si magis indigentes grauentur plus, aut æqualiter cum ditioribus, minusq; indigentibus. Iniquum est pauperem pro rebus, quas vsu suo consumendas defert, tantundem ad supportandum reipub. onera soluere, quantum diues soluit pro similibus rebus æqualis ponderis ad vsum suum delatis. Ad hanc enim rationem supra dicta lex intendebat, decernens ea, quæ quisque pro vsu suo suarumque prolium & familiæ defert exempta esse à lege soluendi vectigalia. Onera nempe quæ pro communi bono grauant singulos, debent taxari iuxta personarum facultates. De statutis autem oppidorum aut cõmunitatum imponentiū æqualia onera pauperibus & diuitibus in mensuris vini & cereuisiæ, aut frumētū ad molendinū deferendi, infra lati.

Tertio sunt statuta iniusta.

D Quarto contingit huiuscemodi statuta esse illicita, ob defectum finalis causæ, veluti si vectigalia imponantur, non pro communi bono reipub. sed pro priuato principum aut magistratum commodo. In omnibus hisce casibus non tenetur quispiam in foro conscientiæ ad solutionem vectigalium, potestq; licite fraudare gabellas occultè: neq; tenetur ad satisfactionem vllam aut restitutionem, si non soluerit is, qui iniquo statuto aut mandato grauat, quemadmodum in foro conscientiæ nõ tenetur, si videat fieri abusum huiuscemodi vectigalium, veluti si quæ pro communi bono reipub. imposita sunt, applicentur ad priuatorum hominum commoda, vel si quæ ad tempus pro aliqua necessitate communis boni fuerint ab initio imposita, cessante necessitate illa, prorogentur aut perpetuentur pro sola voluntate principis, populo non consentiente.

Quarto de soluendis gabellis, iniusta sunt statuta.

Quando est licitum fraudare gabellas.

Ad intelligendum autem quid sit in huiuscemodi rebus naturalis & diuini iuris. Sciendum est ex dictis, quemadmodum personæ ecclesiasticæ ex fructibus beneficiorum perditè & in otio viuētēs, prætermittētēs officia seu ministeria, ecclesiasticis beneficijs imposita, tenentur restituere quicquid receperint de fructibus ecclesiasticis propter officia spiritualia dispensandis, sicuti habet Hieronymus in commentarijs Isaiæ. 3. Raptores sunt qui temporalia accipiunt, & non seminant spiritualia, alimoniam vitæ ceu stipendium accipiens, vt laboret in vinea, si non laboret,

De clericis & fructibus ecclesiasticis perditè viuētibus & officium negligentibus. Tenent restituere.

boret, tenetur restituere quicquid acceperit, sicuti & episcopatum aut pastorem A curam, seu aliud quoduis beneficium suscipiens, ut ad annum fructibus gaudeat, neque deseruiens, neque deseruire intendens, postea huiusmodi episcopatum seu pastorem curam, aut aliud quoduis beneficium dimittens, tenetur perceptos fructus restituere, quia beneficium datur propter officium. Neque hac in re hominem in foro conscientiae tutum facit dispensatio papae, neque suffragatur in conscientia personis ecclesiasticis, qui in otio & in delictis consumpserunt fructus beneficiorum, praetermittentes officia spiritualia, propter quae acceperunt beneficia: nam contra ius diuinum papa dispensare non potest. Sic reges quoque ac principes exigentes tributa, vectigalia, caeteraque temporalia, tanquam ministri & defensores reipublicae iure naturali & diuino obligantur rempublicam tueri & defendere, & ideo si sub praetextu tutelae, ac superuenientis defensionis reipublicae exigant, & extorqueant a populo alia onera & tributa extraordinaria, non propter tuendam rempublicam, sed propter priuata sua aut suorum commoda, ad ditandum eos, qui nihil aut parum admodum de reipublica sunt meriti, tenentur restituere, tales nempe extorsiones sunt oppressiones, iniuriae & violentiae. Neque enim imperatori, neque papae homines subiciuntur perinde atque serui dominis suis carnalibus subiecti sunt, alioqui lex Christiana esset secundum temporalia bona maioris seruitutis, quam lex Moysi, per quam Iudei nequaquam efficiebantur hominum serui. Temporalia igitur hominum Christianorum bona non sunt subiecta potestati regum aut pontificum, tanquam ipsorum dominia, nempe seruum sub domino ea quae acquirunt, domino suo carnali lucratur, quae & dominus potest pro suo lucro & commodo sibi applicare. Populus autem liber sub principibus & pontificibus ea quae acquirunt non regi aut principi, sed acquirunt ea sibi, sic tamen ut populus, pro loco & tempore interdum non sua solum, sed & seipsum teneatur pro necessitate aut custodia reipublicae expendere, & tum ecclesiarum pontifices, principesque reipublicae moderatores, ius habent in temporalia bona, etiam ecclesiae pro augmento diuini cultus designata. Ex his igitur manifestum est, neque papam, neque secularem potestatem posse pro suo lucro aut commodo, temporalia subditorum bona sibi usurpare, aut alienare, aut decimare, seu onerare, nisi eatenus solum, quatenus est in necessitatem vel utilitatem ecclesiae, aut communis reipublicae, vel ex alia causa, propter quam populus quispiam aut tenetur dare, aut meretur priuari rebus suis temporalibus. Neque enim hac in parte discrimen est inter stipendia ecclesiae pro ministerio ecclesiastico donata episcopis, & stipendia quae reges seculi exigunt pro tuitione reipublicae ad custodiam seu utilitatem communis boni. Vtrique enim, iuxta Pauli Apostoli doctrinam ministri Dei sunt recipientes temporalia, propter ipsum ministerium, & ita utrique, si non impleant ministerium, propter quod datur temporale commodum, in oculis Dei habentur tanquam raptores, & oppressores ecclesiae. Deus autem cum per prophetam Samuelem dicit, Hoc erit ius regis, agros vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis, non de iure rectitudinis & iustitiae, sed de iure usurpationis loquitur, sicuti ex processu textus est manifestum. Verum ex alio respectu discrimen est, quia principis est tenere exercitum, & thesaurizare pro futuris periculis, ut paratus sit resistere hostibus irruentibus. Pontificis autem est pauperibus dispensare, quicquid ultra decentem victum & vestitum excreuerit. Ex his consideratis manifestum est mandata iniqua esse, quibus vectigalia subditis imposita pro defensione reipublicae in usum & commodum priuatum conuertuntur. Unde & domini temporales cum possunt obstare hostibus atque latronibus ingrassantibus si negligunt, permittentes rem suam publicam in parte, vel in toto praedari, ac spoliari tenentur ad restitutionem damnorum passis, quia ipsi sunt deputati custodes reipublicae, & tenentur quantum in se est defendere, dicente Apostolo Pauli de ipsis. Ideo ipsis tributa praestatis, ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes, red-

Potestas superior quomodo potest subditorum bona onerare.

1. Cor. 9. b

2. Reg. 3.

Discrimen inter seculares principes & pontifices.

A dite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Necessitates reipublicae propter quas licet vectigalia imponere sunt stipendia ministrorum reipublicae, reparationes ac conseruationes pontium publicorum, & domorum communium, ac mœnium defensionis reipublicae. Quaedam etiam fuerunt imposita vectigalia, seu pedagia ad custodiam viatorum, & ad itinera tenendum secura. Transierunt necessitates illae, in defuetudinemque abierunt onera, pro quibus fuerunt imposita, sed perseverant prohdolor, vectigalia, & tributa plerumque in magnum grauamen reipublicae. & quia huiusmodi bona temporalia propter occurrentes reipublicae necessitates secularibus principibus assignata, nunc plerumque sunt commissa caeteris patrimonialibus bonis principis. Idcirco ipse discernere tenetur, ut haec non pro libito, tanquam sint sua patrimonialia, sed ipse etiam est huiusmodi bona prouidè expendere in eiusdem reipublicae necessitates, & utilitates, aut in fiscum, seu ararium publicum thesaurizare, ut cum opus fuerit dispensentur in reipublicae utilitates, alioqui si principes reipublicae moderatores existiment licere sibi pro libito prodigere huiusmodi temporalia tributa, vectigalia, & emolumenta propter defensionem reipublicae donata & assignata consensu populi, & sese nouis necessitatibus reipublicae superuenientibus posse passim imponere grauamina noua, timeant supra se iudicium Dei, ne sint in oculis Dei pauperum & reipublicae oppressores, qui constituti sunt tutores & defensores. Ab his prudenter cauent pii principes Christiani, modo considerent sese esse ministros Dei constitutos ad dirigendum homines sibi subiectos, non ut seruos suos, & mancipia, sed ut homines liberos in pace & tranquillitate secundum iura legesque praescriptas, portantes, ut inquit Apostolus, gladium ad vindictam malorum reipublicae. perturbantium, laudem verò bonorum. Si qui verò principes existimant omnia esse sua secundum dominij proprietatem, sibique licitum esse usurpare subditorum bona pro libito tanquam sua, iam non politicum, sed tyrannicum erit reipublicae gubernaculum. Super omnes autem timeant iudicium Dei, hisce in rebus consultores, suggerentes haec principibus.

C Caeterum quia his nostris seculis impositiones, & exactiones vectigalium seu pedagiorum propter aliquam ex supra dictis quatuor causis contingit plerumque esse illicitas, ideo non facile ingerendus est scrupulus huiusmodi vectigalia fraudantibus, praesertim pauperibus dum coguntur aequaliter cum diuitibus supportare reipublicae onera, ex rebus quas pro necessitate ad usum vite suae & prolium consumunt, consideratione etiam habita quod utrumque ius humanum, tam canonicum videlicet, quam civile reprobet statuta quatenus exiguntur vectigalia aut alia onera persolui, pro huiusmodi rebus quae ad usum propriae indigentiae aduehuntur. Verum hic sciendum quod ciuitates aut communitates sibiipsis imponentes collectam seu modum colligendi pecuniam ad subeundum onera communia, non secundum iustitiam distributiuam, sed secundum exigentiam quietis & pacis, ciuibus omnibus consentientibus, ut quisque subditus illi communitati soluat modicum quid, secundum ea quae defert per portam, vel secundum ea, quae deportat ad molendinum, vel ex taberna vinaria, aut cereuisiaria non videntur iniuste agere, neque censenda sunt huiusmodi eorum statuta iniqua & iniusta si ipsi sua sponte seipsum propter bonum pacis & tranquillitatis grauantes hisce suis statutis nemini iniuriam faciunt, veluti dum quarta aut quinta mensura cereuisiae aut vini cedit arario publico ciuitatis aut communitatis, in his enim difficile foret secundum proportionem taxae diuitiarum & onerum, onerare singulos.

D Ex supradictis liquidum est, quod nec a mortali peccato, nec ab excommunicationis poena excusantur magistratus aut ciuitatis ministri, qui prohibent subditis laicis ne vendant clericis quicquam, aut ne ab eisdem emant, aut blada molant, vel qui absque rationabili causa, sed ex odio aduersus clerum immunitate gaudentem, prohibent laicis ne vina aliaue bona clericorum pro usu ipsorum aduecta, in penora

Necessitates propter quas imponuntur vectigalia.

1. Pet. 2. e

Quomodo ingerendus sit seruis pauperibus defraudantibus vectigalia.

De oneribus impositis super mensuras vini aut cereuisiae.

imponat, vel qui super hac re molestia ingerunt, ne per portas vrbis aduehere valeant: secus autem si faciant id ex rationabili causa, habentes argumenta probabilia de fraude, vel de reb⁹ illis exponendis venalitati ad quaestum secundum negotiationem clericis prohibitam, pro quibus & lex imperialis soluenda statuit esse vectigalia.

An ecclesiasticus personis liceat negotiari.

Duplex negotiationis genus


Verum hic obiter ex transcurso ad intelligendum quonam pacto accipiendi sint canones ac constitutiones prohibentes clericis negotiationem, & pro quibus rebus emptis debeant solui vectigalia, & cur negotiatio laicis in se licita, sit clericis prohibita. Sciendum est duplex esse genus negotiationis. Vnum est negotiationis lucratiuae, qua quis emit res ad quaestum, ut reuendat easdem, veluti cum emit vinum aut blada, aut metallum causa lucri, ut illa eadem rursus, aucto pretio, vendat, & haec est prohibita ecclesiasticis. Similiter & negotiatio politica, qua videlicet quis emit ea, quae sunt ciuitati aut militiae seculari necessaria, curam gerens secularis communitatis, & haec itidem est clericis prohibita, sicuti & prohibitum est eis in temporalibus curam habere secularis communitatis. Pro hac sententia sunt decreta sanctorum patrum multa: Vnde Aug. in lib. 33. quaest. Antequam ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari, facto autem ecclesiastico non licet. 88. di. c. Fornicari. Item Hiero. Negotiatorum clericum, ex inope diuitum, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Eadem dist. Negotiatorum. Christus eiecit ementes & vendentes de templo, insinuans, inquit beatus Gelasius, quod in ecclesiastico loco non debent talia exerceri, sicuti nec per ecclesiasticas personas, Nemo enim militans Deo implicat se negotijs secularibus. Vnde etiam. 88. dist. decernitur deiciendus episcopus sacerdos, vel diaconus, seculares curas assumens. Clerici quoque exercentes negotiationem talem lucratiuam, sunt excommunicandi, & si sese, admoniti non correxerint, deiciendi, ut dicitur in ca. Sub interminatione, ne clerici vel monachi, & caet. Est autem ratio, cur huiusmodi negotiatio sit ecclesiasticis personis interdicta, quia & mentem implicat curis secularium rerum, atque ita eandem auocat a studio rerum spiritualium. Deinde quia difficile est in ea seruare iustitiam, periculumque peccati huiusmodi negotiationi insidiatur, sicuti dicitur Eccl. 26. Duae species difficiles & periculosa mihi apparuerunt, difficile exiit negotians a negligentia, & non iustificabitur caupo a peccatis labiorum. Et infra ibidem, ca. 27. Sicut in medio campaginis lapidum palus figitur, sic & inter medium venditionis & emptionis angustiat peccatis. Negotiator peccatis inter emptionem & venditionem angustiat, dum vult rem minoris emere, & eandem plura vendere quam valeat, atque ita iuxta Leonis papae sententiam, difficile est inter vendentis & ementis commercium non interuenire peccatum. Aliud est genus negotiationis non lucratiuae, quae non sic assidua est, secundum quam quisque emit rem aliquam ad usum suum & familiae, aut vendit rem suam, quam vel dono, vel laboribus, vel artificio sibi congruo, vel ex suis praedijs & agris acquisiuit, veluti si quis blada aut vina emat, non ut reuendat, sed ut in familia sua utatur eis: vel si artifex emat rem aliquam tanquam materiam, de qua velit aliquid operari, secundum artificio personae suae congruum, ut sic res artificiales ex illa materia operatas vendat ita, tamen ut principalis intentio sit, non ex materia empta lucrum inuenire, sed ex laboribus honesti artificij viuere. Et huiusmodi negotiationis genus non est prohibitum clericis, ut manifestum est ex decretis & concilijs sanctorum patrum, docentium clericis ac monachis licere etiam artificio facere, ut res artificata vendatur pro sua vel indigentium sustentatione, sicuti faciebat Paulus, qui erat artis scenofactorij, id est funifex, aut tabernaculorum seu tentorium factor. Vnde Hieronymus ad Rusticum monachum, Si habentes potestatem Apostoli de euangelio viuere, laborant manibus suis, ne quem grauent, cur tu in usus tuos successura non praepares, vel fiscellum texe iunco, vel canistrum lentis plecte viminibus, & caet. Licetum est ergo clericis

Clericis quomodo licet negotiari, aut artificio corporale exercere.

Artificioso victum quaerere. Vnde simplices clerici & monachi, qui sese non prorsus curis spiritualibus actiuae vitae ad proximos obligarunt, sed dedicauerunt sese ministerijs quibusdam diuini cultus & actionibus vitae contemplatiuae, quia non possunt iugiter intenti esse studijs, lectionibus, orationibus, & contemplationibus, ideo horas & tempora habent, quibus interim vacare possint, aut honestis artificiolis, aut laboribus in rure, quemadmodum dicitur in concilio Ananethensi. 91. dist. & in cap. 1. de celeb. mis. Sic angelus dixisse legitur beato Antonio, nunc lege, nunc ora, nunc cum feruore labora. Verum caueant clerici ne exercent artificio, quo operentur ea quorum usus est, aut ut in pluribus abusus, aut ecclesiasticis personis incongruus aut dedecens: vnde facere secularia ornamenta vanitatis, seu instrumenta lusoria, taxillos & chartas, seu arma bellica, eaque vendere pro sua sustentatione, prorsus est clericis illicitum, sicuti & illicitum eis est his rebus uti.

B

Caput sextum tractatus de mandatis principum indicentium bellum, & de militibus vltro accurrentibus.



Actenus de mandatis & statutis principum secularium contra ecclesiasticam libertatem, aut iniuste imponentium vectigalia. Iam de mandatis principum aut regum iubentium militibus aut seruis, aut subditis ire ad bella, aut occidere quempiam.

Ad sciendum igitur, quonam pacto liceat obedire huiuscemodi mandatis secularium principum, sciendum est, quod princeps aut rex contra ciuitatem aliquam vel prouinciam, siue intra, siue

De mandatis principum indicentium bellum.

extra dominium reipub. habens iustam bellandi causam non terminabilem, neque per superioris iudicis sententiam, sententiaque executionem, neque per hostium offerentium pro viribus satisfacere respicientiam, potest ius dicere pro republica, bellumque indicare. Tum enim princeps ille contra suae reipub. iniuriatores, suarumque possessionum detentores, gerit personam iudicis procedentis ad crimina puniendam, & ad resarciendam damna illata, & ad recuperandum sua. Veruntamen priusquam bellum est inchoatum, hostibus seu iniuriatoribus offerentibus plene satisfacere, non solum de iniurijs & rebus, sed & de sumptibus ac damnis, tenetur princeps a bello desistere, & satisfactionem admittere, quia bellare non est voluntatis, sed necessitatis, ut inquit Augustinus. 23. q. 1. Noli. Cessat autem belli necessitas, dum plena offertur satisfactio. Secus vero dum bellum est inchoatum, quia tum ipsi hostes sua sponte subiecerant sese extra statum satisfaciendi in statu iustitiae vindicatiuae, dum primum nolentes conditionem iustae pacis recipere & satisfacere, digni efficiuntur vltione, ita ut iam ad habendam pacem debitam, non sufficiat illis emendare quod laeserint: sed in arbitrio regis est bellum continuare ex necessitate qua est inchoatum, nisi pro conditione loci, temporis, & personarum suggerat lex charitatis oportere etiam a bello inchoato desistere, quamuis autem priuatae personae nequaquam liceat propter rapinam aut iniuriam sibi factam, procedere ad caedem, & ad mortem hominum, qui pertinaciter renuit reparare & restituere. Vtique tamen hoc licet principi & iudici, cuius est pertinacium hominum crimina, utpote iniuriam reipublicae, & oppressiones, atque rapinas, violentasque praedas, etiam morte vindicare, siquidem vindicare seu punire crimina, non est priuatae personae officium, sed iudicis gerentis personam principis.

Obiecerit forsitan quispiam. Iudicis est vindicare seu punire crimina non extraneorum, sed subditorum. Videtur igitur princeps non effici iudex hostium extraneorum. Nam si non valeat sententia lata a non suo iudice, qua ratione indictio belli a principe lata contra extraneos hostes, poterit habere vim sententiae iudicis.

Obiectio.

Respondeo. Reus etiam extraneus, ratione commissi criminis de foro iudicis

Solutio.

cis efficitur, etiam si fuerit constitutus in alieno territorio, dummodo iudex iste non habeat in territorio illo alieno iudicem vllum, qui paratus sit administrare iustitiam, & cogere illos ad emendam & satisfactionem condignam, atque ita necessitate compellente, princeps efficitur iudex hostiū, etiā extraneorū suā temp. perturbantium. His præmissis, ex superioribus est manifestum, quomodo & quando miles, aut subditus, aut baliuus tenetur obedire regi præcipienti, & occidere aut bellare, vel hostes inuadere. Neque baliuus tenetur obedire regi præcipienti, vt suspendat ipsum tanquam latronem, quem nouit ipse baliuus innocentem, quia rex præcipit contra legem Dei, qua dicitur: Infonem & iustum non occides, & ipse quoque Baliuus agit contra idem præceptum, & contra illud: Erue eos qui ducuntur ad mortem. Veruntamen hic sciendum est, quod si rex ex sententia contra illum iuris ordine lata præcipiat illum occidi, tenetur Baliuus obedire, nisi possit illius innocentiam demonstrare, aut aliā liberare innocentem, neque obediendo regi facit contra præceptum Dei iubentis: Non suscipies vocem mendacij, neque in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies, & infra: Infonem & iustum non occides. Quia hoc intelligitur infonem non conuictum testibus iuris ordine. Et hanc interpretationem ex scriptura discimus, In ore duorum vel trium stabit omne verbum: & hoc etiam seruandum esse in iudicio ad mortem, patet Deute. 17. In ore duorum vel trium testium peribit, qui interficietur. Sic & illud, Maleficos non patieris viuere, intelligitur de his maleficis, qui testibus iuris ordine conuinci possunt. Siquidem & hanc interpretationem docet scriptura, Nemo moriatur, vno cōtra se dicente testimonium. Sic igitur obediēs non peccat baliuus innocentē occidens ad iussum regis. Secus autē est si rex hoc præcipiat ex ira, vel odio, vel alia causa irrationabili cōtra innocentē nō conuictū iuris ordine, quia tū oportet baliuum Deo magis obedire q̄ hominibus. Sed hic duo occurrunt dubia. Primum an iusto bello in obfione ciuitatis principi iubenti omnes in ciuitate interfici tam infantes q̄ foeminas, aliosq; infonem teneantur milites obedire, & innocētes simul cū impijs interrimere: & videtur q̄ sic, quia in submersione Sodomæ & Gomorræ De⁹ simul infantes cum impijs submersit. Secundum dubium. An baliuus nihil sciens de innocentia, vel malicia illius, quē rex occidi iubet, debeat passim obedire regi præcipienti, atq; mandanti: & videtur quod sic. Nam ipsius baliui non est cognoscere, vtrum præceptum regis sit iustum, an iniquum, sed eius est exequi præceptum, quia ei non cognitio causæ, sed executio demandatur. Contra dices forsitā. Nemo potest occidere quenquā, nisi sciat illum esse cōuictum iuris ordine, vt moriatur, vel aliā reum mortis, quem autoritate principis iubētis valeat occidere. Præterea baliuus si teneretur obedire, ergo & iudæorum & Pilati ministri tenebātur obedire principibus præcipientibus occidere Christū, & dicētibus ipsum esse legis Mosaicæ destructorem, atque ita inferiores Iudæi non peccassent Christum occidentes, præsertim hi qui per ignorantiam fecerunt, habentes zelum legis suæ, non secundum scientiam, quemadmodum Paulus in lapidatione Stephani, cū ipsorum non fuerit cognoscere, an Christus fuerit destructor legis, an nō, atque ita sequeretur ministros Iudæorum interficientes filium Dei non peccasse. Item neque peccassent ministri gentiliū principum, qui occiderunt martyres Christi iudicatos ad mortem, secundum tribunalia iudicū infidelium. Ad primam dubitationem respondeo. Quamuis iusti & innocentes plerumque puniuntur simul cum impijs à Domino Deo ad probationem patientiæ ipsorum & ad augmentum gloriæ, aut ad cautelam, & in bonum eorum, ne malicia mutet intellectum eorum. Subditi tamen in facto & delicto sui principis innocentes ab alio rege, cui iniuria est facta, licitè puniri non possunt, nisi subditi opponant se pro

Quādo prætor aut miles tenetur obedire præcipienti duci aliquid occidere.

Exod. 23. a
Proverb. 24. b

Exod. 23.

Deut. 19.

Exod. 22. d

Deut. 19.

An aliquando in bello, foemina & pueri p̄ sint occidi cum impijs & nocentibus.

A se pro iustitia facienda, & tum adhærentes principi suo nolenti parti læsæ satisfacere, efficiuntur rei atque nocentes. Atque ita subditi innocentes vt pueri, foeminae, infantes, alijque iusti etiam in bello iusto contra patriam suam pro delicto principis sui occidi non possunt, neque mutilari, aut bonis spoliari seu incarcerationi, quamuis interdum terra tota pro delicto principis subijciatur ecclesiastico interdicto, per quod non sic fit damnum subditorum innocentum, licet subtrahantur ipsis mysteria sacra ad detestationem criminis in principe, & ad accelerandū conuersionem illius, sed huiuscemodi pœna damni spiritalis, quam patitur innocens propter interdictum positum sufficienter recompensatur per obedientie bonum. Ad id autem quod in quæstione dicitur de infantibus innocentibus submersis in subuersione Sodomæ & Gomorræ. Respondeo hoc nil esse contra propositam resolutionem. Nam Deo iubenti, aut homini, aut angelo interficere totam communitatem oportet obedire, Ipse enim est Dominus vitæ & mortis.

B Deinde neque constat infantes illos in Sodoma fuisse innocentes, & ex impijs per fidem parentum factos esse iustos. Ad secundam quæstionem respondeo.

Cum actus iudicis hominem damnantis sit actus publicus, facile baliuus scire poterit, an rex priuata sua voluntate, an publica lege iuxta tribunal iustitiæ imperet occidere. Quod si rex forte absens mittat hominem quempiam tanquam condemnatum, reum mortis occidendum, baliuus ipse cum sit nudus minister & executor iustitiæ regiæ potestatis, obedire debet, imperanti regi nisi rationes & causas habeat sufficētes, quibus rationabiliter moueatur ad opinandum, aut credendum regem imperare contra publicę iustitiæ normam. Sic & de militibus iussu regis euntibus ad bellum, dicendum est. Subtiliter enim consilia & diffinitiones principum inquirere, non est subditorum, quorum est hac in re de suis principibus bonam habere æstimationem, vel saltem præsumere eos iustam habere bellandi aut occidendi causam, donec manifestata fuerit belli aut occisionis iniustitia. Vnde August. Vir iustus, si forte etiam sub homine rege sacrilego militet, recte potest illo iubente bellare, si quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel vtrum sit, certum non est. Ita fortasse, vt reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi, hoc de militibus subditis regis, qui rege, consilioq; regis imperante bellare tenentur in bello, de quo an iustum sit non certò sciunt, non quod debeant contra conscientiam, aut contra dubiū conscientiæ bellare, sed q̄ teneantur præsumere regē imperantem habere iustam bellandi causam, etiam quamuis illam ipsi ignorent, quia eorū nō est consilia principū discutere. Milites autē qui bellis indictis pro solo stipendio ad militiā vltro sese offerunt parati seruire vtriq; parti, non curates de belli iustitia vel iniustitia in statu sunt damnationis æternæ, donec resipiscant, sicuti & hi qui solū ad prædas, & clades intēdunt, oportet enim milites seruire do-

D Arinā Iohānis Baptistæ dicētis ad ipsos, Neminē concutiatis, neq; calumniā faciatis, sed estote cōtenti stipendijs vestris. Vnde ex superioribus liquidū est, iniustū esse principis præceptum aut mandatū, quo subiectus populus, non secundū proportionē grauiatur oneribus: veluti si princeps exercitus mandet rusticis & ciuibus, apud quos militiā declinare contigerit, vt alant milites & equos, iniustū est mandatū. Princeps etenim milites alere debet ex ærario publico, & prouentibus, quos populus secundum proportionem diuitiarum tribuere debet, quamobrem & ciues illi ac rustici præ ceteris grauari non debent, neque milites excusantur ex hoc, quod eis stipendium non soluitur, quoniam non propter hoc bona illorum rusticorum ac ciuiū sunt illis obligata, nisi fortè milites sint, aut in extrema famis necessitate, aut omnino necessarij ad defensionem reipublicę illorum rusticorum, non habentes aliunde stipendium. Iam enim vtiliter gerentes nego-

De militibus pro solo stipendio paratis in-differenter seruire omnibus principibus.

Luce. 3. e
Milites nō possunt rusticos excedere, etiam si non detur eis stipendium.

rium illorum rusticorum non possent absque præiudicio & damno magno illorum à bello discedere, tametsi plerumq; etiam in casu illo princeps, cuius est particularem illam rusticorum communitatem defendere teneatur rusticis illis stipendium militibus solutum ex arario publico refundere, aut ad tempus à tributis soluendis liberare secundum proportionem stipendij persoluti. Neque principis aut capitanei dissimulatio facit milites in conscientia tutos. Ex his igitur manifestum est, quòd dum constet aut imperium regis non procedere ex tribunali publicæ iustitiæ, aut sententiam eius continere errorem intolerabilem vel manifestam iniquitatem: iam balius & licitor in occidendo, & miles in bellando, nullatenus debent obedire: veluti si iubeat rex occidere quempiam, eò quòd sit ille Christianus aut religiosus, aut sacerdos, aut prædicator arguens publicam principum adulteria, pauperum oppressiones, aliæque crimina, quibus scandalizatur res publica. Quamuis enim fortassis non quilibet credere teneatur, neminem interficiendum esse, propterea quòd Christum colat, sicuti patet in eo, cui nunquam de Christo quippiam est reuelatum. Vnusquisque tamen tenetur vitare errorem ac credat quempiam interficiendum esse propter hoc quòd Christum colit.

Sed hic dubitauerit fortassis quispiam, vtrum maleficus seu reus teneatur obedire principi seculari iubenti vt vadat ad carcerem, vel maneat in carcere & in captiuitate. Deinde vtrum iudex secularis licitè possit tormentis aut cruciatibus torquere captiuos ad prodendum crimina sua, vel aliorum. Ad primum respondeo. Malefactor quisque propter crimen aliquod commissum reus mortis, quamuis priuquam est in manu iudicis, aut potestatis secularis licitè possit fugere, & non teneatur vltro, neq; sese offerre captiuum, neq; se dare in potestatem iudicis etiam iubentis, vt ille vel in carcerem vadat, vel in potestatem ipsius sese tradat, vtique tamen si ià factus est captiuus obligatur iustæ sententiæ iudicis, aut magistratus secularis obedire, tametsi nò semper teneatur illud facere ad quod sequitur sententiæ illius executio. Sed pro illius conclusionis intellectu, operepretiu est scire duplices esse pœnas, ad quas seculares iudices solèt reū condēnare. Quædã sunt ad quas damnât, vt reus patiatur solū illatas. Aliæ sunt ad quas damnât, vt reus etiã eas agat. Qui ad prioris generis pœnas damnatur, tenetur patiēter ferre illas ab exēcutore iustitiæ illatas, vtpote mortē, verbera, suspendiū, similesq; pœnas, quas sibi metipso inferre nequit. Verū quia nò est condemnatus ad manendū in carcere, aut ad non exeundum, ideo non obligatur illic manere, sed licitè potest ostijs apertis exire carcerem, ac fugere, & de hoc nulla est inter doctores questio. Sed an liceat vincto ac incarcerato ostium carceris effringere, & vincula ad sese liberandum, & ad fugiendum dirumpere, in quæstionem vertitur.

Henricus Gandauensis, quodlibeto nono, respondet hoc non licere, propterea quòd iudex habet potestatem claudendi illum in carcere, & vincendi illum, & ideo sic vinctus non sine iniuria iudicis, inquit, rumperet vincula & carceres, sicuti cum iudex est in actu occidendi, si rebellaret, peccaret, & faceret iudici iniuriam. Verum de priori parte illius opinionis probabilior est sententia aliorū dicentium malefactori sic iustè vincto ac incarcerato, nisi iuramentum à se præstitum obuiet, etiam liceret effringere vincula & ostia carceris ad sese liberandū, vt solutis vinculis, valeat fugere propter ius naturale, quod secundum animam habet in membra corporis sui vtēdi illis, ad custodiam animæ suæ in corpore, q̄ diu potest. Potest itaq; corpore suo & manibus vtī pro sua liberatione, quamuis non possit neq; executori in actu executionis iustitiæ repugnare, neq; custodibus carceris, aut baliuis curam captiuorum gerentibus resistere, aut inferre violentiam, aut percutere illos, aut pugnare contra eosdē. Baliui nempe & executores iustitiæ, vtpote ministri reipub. ius seu potestatem habēt hęc faciendi in maleficos, sic

vt supra

A vt supra diximus, & infra latius dicemus qualificados, tenenturq; iuxta iuramenta ab ipsis præstita plerumq; sic procedere contra eos iustam habentes causam illos inuadendi & in carcerandi, ipsi verò malefici, nullam habent iustam resistēdi, aut contra pugnandi causam. Deinde & homines, quibus neq; custodia carceris, neq; persona in carcere captiua commissa est, licite possunt cooperari captiuo ad fugam & liberationem e carcere, tametsi sit illis illicitum carceres aut fores, aut seras infringere. Nam si crimen est grande effringere fores, aut seras domus priuatae, longe maius est crimen effringere carceres & seras domus publicæ, quæ cōmunitatis est. Secus autem est de ipso captiuo, is nempe vincula sibi dirumpens, aut dissoluens, neque iniuriã facit custodi carceris neque iudici, sed suo iure vtitur ad custodiam vitæ suæ. Imputent igitur custos & iudex sibiipsis, quòd cū non custodierint diligentius, neque carcerem firmauerint fortius. Reus verò qui ad posterioris generis pœnas iusta sententia damnatur, tenetur facere illud, ad quod B faciendum est condemnatus, videlicet si condemnatus est, vt peregrinetur ad talem vel talem locum, vel vt in exilium vadat, vel in ciuitate aliqua, aut in carcere permaneat, & non exeat designatum sibi limitem, tenetur infra præfixos sibi terminos permanere. Si quis verò iudex damnet maleficum, vt is sibi inferat prioris generis pœnas, veluti vt sese interficiat, aut mutilet, venenū mortiferū accipiat, aut panem vitæ necessariū à se abijciat, & nò sese pascat, iniusta est sententia, neque tenetur maleficus obedire, etiã si damnatus sit ad mortē, vt fame moriatur, si habeat panem, tenetur seipsum pascere, quāuis autē nullus teneatur sic damnato tanquā in extrema necessitate constituto cibū ministrare, vtique tamen licitè ministrat cibum, nisi factò prohibeatur. Ad secundum dubium respondeo.

Iudex secularis neminē potest cogere tormentis aut cruciatibus ad prodendum vel ad accusandum seipsum, vel alterū de crimine, ad quod sequitur mors sui vel alterius, nisi super crimine illo publica infamia reū vexet. Arbitramur quoq; nò C solam infamiã sufficere, vt liceat iudici seculari infamatum ad quæstionē ac torturā ponere, nisi simul & adsint alia indicia, quibus rationabiliter iudicis anim⁹ moueri potest ad credendū crimē esse commissum ab eo qui est infamatus. Balius aut præfectus reipub. torturā faciens, absq; indicijs seu argumētis prauis, peccat grauissimo mortali peccato, & iniquè torquens, tenetur læso satisfacere de iniuria & damno. Ex supradictis sequitur. Iudex secularis torquens reos siue condemnatos ad mortem, siue ex sufficientibus indicijs detentos in carcere, extorquēs ab ipsis, vt reuelent ei suos complices malefactores occultos, & nò diffamatos, mortaliter peccant, quia sicut is qui prodit crimen occultum quod transijt, mortaliter peccat. Ita & mortaliter peccat is, qui alium cogit vt prodatur tale crimen occultum, præsertim cum is qui crimen commisit iam sufficienter pœnituit, aut si nondum pœnituit, nemo patitur inde præiudiciū aut damnum. Proinde malefactor ipse D quantūuis grauibus tormentis fuerit coactus, tenetur non prodere crimen fratris occultum, nisi crimen illud occultum sit verisimiliter iterandum, aut futurum in reipub. aut proximorum damnum & nocumētū, quemadmodū accidit in hæreticis molientibus subuertere fidem, in latronibus, incendiarijs, proditoribus in scelere perseverantibus, & in huiuscemodi casibus prudens sit sacerdos audiens peccata eorum, informetq; illos, vt sciant quidnam debeant facere. Et quia secularis potestatis est damnis atque periculis reipub. obuiare, & crimina vindicare ad terrorem aliorū, ideo potest ipse de huiuscemodi criminibus occultis in perniciem aliorum iterandis, quæstionem facere in tortura, si verisimilem habeat suspicionem, eum quem captiuū detinet noscere taliter criminosos, eumq; propter prædictas causas debere reuelare illos in scelere perseverantes. Hactenus de mandatis principum aut secularium iudicum.

Caput

Verum malefactor condemnatus ad mortem licite possit fugere, aut amercia et forscarcere effringere.


De maleficio damnato in carcere, an licite possit fugere et vincula carceris dirumpere.

De iudicibus, & baliuis secularibus torquentibus in carceribus eos ut crimen prodant.

Caput septimum de mandatis episcoporum præcipientium pastoribus sub se positus, excommunicare aliquem, vel excommunicatum denunciare, aut reuelare crimen tam de se quam de altero.

An episcopo præcipienti pastor ut excommunicet quem tam pastor non esse innocens se obedire debet.

Questio.



EX supra dictis liquidum est quando, & quomodo sacerdos tenetur obedire episcopo præcipienti, quatenus à communione separet & excommunicet, vel excommunicatum denunciet subditum sibi parochianum, quem tamen ipse nouit innocentem. Episcopus enim si hoc præcipiat fieri in hominem secundum tribunal publicum, iam sacerdos obedire tenetur, etiam si sciat hominem illum esse innocentem, nisi apud episcopum possit impetrare absolutionem ab huiuscemodi onere. Sed rogabit hic forsitan quispiam. Quid si sacerdos sciat non solummodo hominem illum esse innocentem, sed & episcopi sententiam esse iniustam, an teneatur ipsi obedire? Et videtur quòd sic, quoniam sacerdotis inferioris non est cognoscere, an superioris sententia iusta sit an iniusta, neq; ipsi causæ cognitio, sed sola executio demandatur, quemadmodum dicitur in decretali. Pastoralis, de officio delegati, ubi sic legitur. Quia verò sæpe contingit quòd executio sententiæ ordinario demandatur, quæsiuisti, an si ordinarius ipsam iniustam esse cognouerit, debet eam executioni mādare, an sit ei potius subsistendum: attendentes itaque quòd non cognitio, sed executio tantum demandatur eidem. Respondemus, quòd cum ordinarius teneatur obsequi delegato, et si sciat sententiam illam iniustam, exequi nihilominus tenetur eandem, nisi apud eum efficere possit, ut ab hoc onere ipsum absoluat. Respondeo.

Solutio.

Aliud est scire sententiam delegati esse iniustam, id est, contra ius litigatoris latam: Aliud est scire sententiam delegati esse nullam, utpote latam esse auctoritate literarum manifeste falsarum, vel per instrumenta falsa, ceteraque testimonia, quæ delegatus iudex potuit aut debuit de iure repellere. In hoc enim casu secundo, executor non tenetur obedire, quia potest innocentem via iuris liberare, ostendendo delegati sententiam esse iniustam. Secus in casu priori, quia tum obedire tenetur, modo tamen faciat quantum in se est, ut sententia contra innocentem lata informetur, aut si hoc non potest, ut ab huiuscemodi executionis onere supportetur. Hic iam si dixeris, Vir non tenetur episcopo obedire præcipienti, ut commisceatur carnaliter mulieri petenti debitum, cum qua in facie ecclesie contraxit, si in conscientia etiam occulta deprehendat illam, cum qua sic contraxit, non posse veram esse coniugem suam: ergo neq; sacerdos obedire debet episcopo præcipienti, ut excommunicet illum, quem nouit in occulta conscientia sua esse innocentem. Respondeo consequentiam illam non valere. Nam commisceri mulieri, quæ scitur non esse vxor, est secundum se malum & prohibitum diuino iure: excommunicare autem vel punire hominem, qui scitur innocens, non est secundum se malum, cum possit per additionem circumstantiæ interdum fieri licitum, sicuti & percutere, aut contristare, aut confundere, aut fallere hominem etiam iustum, plerumq; sit licitum, tam propter bonum publicum, quam propter utilitatem illorum qui percutiuntur, aut falluntur: sicuti homines mente capti, & pueri qui peccare non possunt, iusta interdum ratione ceduntur virgis, contristantur terroribus. Amplius autem ex superioribus patet mandata ecclesie & prælatorum generaliter expressa, esse intelligenda saluis semper legibus naturalis & diuini iuris. Et ideo sacerdos, qui per confessionem nouit desponsandam mulierem esse futuri sponsi propter crimen occultè commissum affinem, aut cognitam à fratre sponsi, non tenetur impedimentum hoc reuelare episcopo præcipienti omnibus scientibus impedimentum, ut reuelent ipsum sub excommunicationis pena,

De mandatis pastoris præcipientis, ut oēs scientes impedimentum in matrimonij reuelent ipsum.

A pena, quia hoc casu episcopus si intenderet præcipere, ut reuelarentur ea quæ per solam confessionem sciuntur, iniquum esset præceptum. Ipse quoque sacerdos hoc casu si hoc reuelaret, sigillum confessionis infringeret, redderetque confessionem odiosam, quod est contra naturalis iuris legem. Veruntamen sacerdos talis, quantum est in se laborare debet, ut matrimonium sic contrahendum impediat. Qui verò impedimentum extra confessionem solus nouit, tenetur correptione præmissa fratrem denunciare pastoris qui prodesse potest. Cæterum accusatus, aut infamatus non tenetur neque alium, neque seipsum prodere ad mandatum iudicis reuelando crimen, super quo iudex non potest contra ipsum secundum iuris ordinem procedere, aut inquisitionem facere. Crimen quatenus est occultum, eatenus exemptum est ab inquisitione & iudicio tribunalis humani, quoniam iudicia tribunalis humani ad publicam potestatem & scientiam pertinet. Unde & grauius peccant iudices, & monasteriorum, atque ecclesiarum prælati, qui in subdito, vel in accusato, vel diffamato super vno crimine inquirunt de criminibus alijs, super quibus nulla præcessit infamia. Quòd si quis sese ingesserit ad scrutandum secreta fidei: & prouocauerit nos dicere ea, quæ eum minus rectè agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere, sententia est Originis, distinct. 43. ca. In mandatis, ubi glossa docet esse dolum quendam bonum. Si verò quispiam secundum formam iuris à iudice interrogatus est super crimine, de quo præcessit infamia, aut super quo apparent indicia manifesta, tale crimen simul & personam, quæ crimen perpetraverit indicantia, tenetur reus iudici secundum formam iuris præcipienti exponere veritatem, quam nouit tam de seipso, quam de alio. Pro ampliori intellectu istorum sciendum est, quòd iudex præsidens, tribunali iustitiæ potest præcipere, & præcepto suo subditos obligare, iuramentumque exigere ut sibi pandant, aut reuelent crimen illius, contra quem iure procedit. Cæterum iudex ex officio suo potest, & debet procedere contra alterum in triplici casu. Primo quando is apud iudicem accusatur, tum enim precedente inscriptione, per quam ipse accusans sese ad penam talionis obligat, ex officio suo iudex contra accusatum debet procedere. Secundo quando contra illum super crimine illo ad aurē iudicis peruenit infamia per clamorosa insinuationem, ex qua scandalum populo generatur, tum enim iudex pro sola infamia etiam non extante accusatore ex officio suo illum vocare debet, & contra eum procedere inquirendo, testesq; audiendo de crimine super quo est infamatus, non autem super alijs criminibus, de quibus nulla præcessit infamia, & tum si iudicialiter condemnari non potest, canonica est purgatio indicenda propter scandalum aliorum. Tertio iudex debet procedere contra alterum, quando frater qui peccauit, denunciatur ei, tum enim si iuxta doctrinam euangelij præcessit secreta admonitio, seu correptio, & post admonitionem testium inductio, iudex ex officio suo tenetur contra illum procedere ad conuincendum talem, si peccatum sit in damnum corporale, vel spirituale proximi, aut in reipub. pernitiē, & tum quisq; etiam non requisitus, sciens futurum proximi crimen multitudini periculosum, debet vltro suaque sponte crimen denunciare, ut peccatum alioqui futurum in damnum vel nocumentum aliorum impediatur. Verum in accusatione & in inquisitione finis est pena peccantis propter commune bonum, ut & ceteri timorem habeant: In denunciatione autem simplici, & euangelica finis est penitentia & emenda delinquentis, & ideo si præcedat accusator vel infamia, potest iudex præcipere alteri, & exigere iuramentum ab illo, ut reuellet veritatem, quam nouit, teneturq; subditus prælato sic præcipienti obedire, & veritatem quam de se, vel de alio nouit, reuelare. Si autem per viam simplicis denuntiationis sit modus agendi, & ad emendam videlicet ac penitentiam delinquentis, iam iudex, cui crimen

An accusatus vel infamatus de crimine teneatur obedire iudici mandanti, ut seipsum prodatur.


Iudex in triplici casu contra alterum debet procedere.

crimen denunciatur, non potest præcipere subdito, aut exigere iuramentum ab eo, vt reuelet crimen, quod nouit de illo qui denunciatus est ipsi, quia tum crimen est illi reuelatum, non vt iudici, sed vt priuatæ personæ quæ prodesse potest, & non obesse. Vnde aliud est accusare aliquem apud iudicem: aliud est denunciare illum iudici. Neque obstat quòd crimen illius quem superiori denunciat, sit manifestum aliquibus, & tale quod testibus probari possit, veluti si duo vel tres iurati affirmant aliquem, crimen aliquod perpetrasse sese videntibus, tametsi non laborat contra eum infamia, non est inquisitio contra eum facienda, reusque ipse si reputet se occultum, & nondum infamatum, non tenetur iudici inquirenti & mandanti seipsum prodere. Vnde & is qui denunciat, hoc agit non propter commune bonum, vt ad exemplum aliorum puniatur is, qui crimen commisit, sed vt is qui peccauit, resipiscat & pœniteat, & ideo non oportet iudicem, cui crimen sic est denunciatum procedere ad publicam correctionem, neque potest per per viam inquisitionis testes examinare contra denunciatum, quàm diu ad aures eius non peruenerit damnosa infamæ insinuatio, quam sine scandalo, aut præiudicio reipublicæ simulare non potest. Si vero crimen alicuius super quo non præcedit contra reum infamia sit futurum in damnum, aut in nocumentum multitudinis, veluti si hæreticus sit, qui hæresim suam docere intendit, aut proditor, qui ciuitatem sit traditurus, tum si vel acceleratur imminens periculum, vel non est spes proficiendi per admonitionem huiusmodi, aut per testium inductionem, oportet me absque secreta admonitione, & absque testium inductione ad denuntiationem procedere, teneorque veritatem quam noui reuelare illi aut tanquã iudici, si & alij sint testes crimen illud scientes, aut tanquam priuatæ personæ, quæ potest prodesse, & non obesse, si solus ego nouero crimen illud futurum. Atque ita in criminoso contra quem non volat infamia: aliud est de crimine præterito, aliud de futuro, quia ex crimine quod transijt, non imminet multitudinis periculum, & ideo non oportet me super illo fratrem denunciare, nisi præcedente admonitione, qua præmissa si videam eum impœnitentem, & simul adsit spes emendæ ex denuntiatione illius, oportet denunciare. Postremum denuntiatione facta ecclesiæ seu iudici ecclesiastico, non mox tenetur ecclesiasticus iudex contra illum denunciatum via iuris procedere, atque decernere eum nolentem obedire, habendum esse tanquam ethnicum & publicanum, sed eiusdem ecclesiæ seu iudicis est prudenter considerare, quid expediat reipublicæ, ne sic procedendo plus turbet, plusque mali quàm boni adferat, veluti dum censura ecclesiastica non prodest, neque ei qui de ecclesia eijcitur, neque ecclesiæ, quæ ex illo iam foris eiecto, plus dispõdij patitur. Ad illum enim sensum vergit sententia Christi ad discipulos, dicentis, Nolite eradicare zizania, ne simul conculcetis & triticum. Contra criminosum autem de crimine occulto, quod futurum est in damnum, aut perniciem alicuius communitatis, modus procedendi debet esse non solum ad emendam & pœnitentiam delinquentis (quia tum si de peccatis emenda seu pœnitentia prorsus desperaretur, non oporteret neque corripere, neque testes inducere, neque denunciare) sed etiam ad obuiandum damnis & periculis alioqui imminentibus ciuitati, aut fratri, & ideo tum oportet procedere ad denuntiationem, etiam tametsi prorsus desperaretur de futura pœnitentia delinquentis. Vnde Christus non dixit, Si frater tuus peccare intendat in futurum, corripe eum, & cæt. sed si peccauerit in præterito. Veruntamen si peccatum illius futurum posset etiam impediri secreta correptione fraterna, tum oportet etiam illam præmittere absq; denuntiatione facienda ipsi ecclesiæ.

Caput

A

Caput octauum tractans de pontificum sententijs, de excommunicationibus, & vbi, quando, quomodo, & qui debeant excommunicatos vitare.



Actenus de præceptis aut mandatis episcoporum aut iudicum præcipiendum subditis iudicibus, aut sacerdotibus, vel alijs subditis, vt excommunicent, vel excommunicatum denuncient, aut crimen tam de se quàm de alijs reuelent. Iam de alijs quibusdam mandatis eorum differendum, videlicet de sententijs eorum, & excommunicationibus & censuris. Ex superioribus est manifestum, quòd sicut licitè fraudatur gabella, quæ iniuste fuerit imposita, ita licitè quoque in foro conscientiæ innocens non soluit illud ad quod per sententiam, quæ secundum allegata & probata iuste fertur, est condemnatus, veluti si condemnatus quispiam sit ad restituendum, quod non abstulit, conuictus per falsos testes, qui seruato iuris ordine, repelli non potuerunt. Vnde manifestum est, quòd à iudice plerunque aliquid iuste auferitur alicui, qui id ipsum iniuste patitur. Deinde & ex superioribus licitum est, quòd maritus non tenetur ad mandatum iudicis superioris adulteræ vxori occultæ debitum reddere, quoniam iudex si hoc sciret, nequaquam illud præciperet in præiudicium mariti, quippè qui cognoscens vxorem suam adulteram bigamus fieret. Quòd si in illo casu iudex vellet virum esse obligatum ad reddendum mulieri debitum, quòd vir ipse posset vtique sine peccato facere, iniquum esset ipsius mandatum, quia contra ius debitum marito factum. Quamuis autem maritus non posset eandem adulteram sic occultam, à domo eijcere propter scandalum alioqui euenturum, vtique tamen potest eam à thoro repellere, potestque sibi in defectum probationum ius dicere, quemadmodum diximus supra de mandatis principis iubentis ire ad bellum. Sic & is qui rationabiliter incipit aut dubitare de seruitute eius, cum qua contraxit, aut certo cognoscere eam seruam esse, non tenetur obedire ecclesiæ præcipienti, vt illi debitum reddat, eò quòd ipsa cum qua contraxit non sit vera vxor eius.

Sententia quæ secundum allegata & probata fertur contra innocentem, an liget.

Dices forsitan: Vir iam deprehendens eam cum qua contraxit seruam seu mancipium, potest denuò consentire in illam, atque ita poterit eam iam ex nouo consensu superueniente factam vxorem cognoscere maritali affectu, tenetur ergo obedire episcopo præcipienti, vt eam tractet maritali affectu. Respondeo argumentum non concludere, neque enim tenetur in tam magnum sui præiudicium consentire in eam tanquam in vxorem, quemadmodum neque in principio ipse liber homo tenebatur obedire prælato præcipienti, vt cum non libera contraheret. Vnde licitum est obedientiam denegare prælato, si ipse actu debito, consentiat, vt sibi in tali casu non obediatur, sicuti & detentio rei alienæ sit licita, domino consentiente actu debito, tametsi actu illicito prauè dispositus pro nunc dissentiat, quemadmodum non teneor gladium depositum reddere homini iam constituto in ira & furore, volenti, aut semeipsum, aut alium occidere. Contra verò si dixeris: Teneor pecuniam debitam soluere creditori, qui illam prodigè est consumpturus, atque in animæ suæ periculum abusurus in scorta, in meretricia.

De marito, qui ignoranter contraxit cum serua

Respondeo: In casu hoc nisi soluerem illi debitum, deterius ageret. Vnde etiam liceret furioso gladium reddere, vbi verisimiliter furiosus ipse deterius ageret, non reddito suo gladio. Neque oportet, quòd si prælatus peccet præcipiendo, quòd ergo subditus non teneatur illi obedire, veluti si nouerim principem habentem iustam bellandi causam, humana cupiditate bellum gerere sola libidine dominandi, aut vlciscèdi, ego nihilominus teneor illi obedire, quamuis ipse non iustitiæ zelo bellum gerat. Vnde præcipere aliquid, potest esse illicitum duobus modis, Vno quidem modo, ratione actus, qui præcipitur, quia videlicet ille est

Præcipere aliquid alteri duobus modis illicitum.

M

illicitus,

Matth. 13. d

Crimen occultum quomodo denunciare oportet.

Matth. 18. b

illicitus, & tum nemo potest obedire. Altero autem modo, ratione intentionis **A** præcipientis solum, cum videlicet actus, qui præcipitur est licitus, sed intentio finis propter quem præcipit, est prava, & tum non oporteret si prælatus peccet præcipiendo, quod idem subditus non teneatur obedire, sicuti & iuxta doctrinam Petri **1. Pet. 2.** Apосто. Seruus tenetur subditus esse suo domino, non solum bono atque modesto, sed etiam dyfcologo. Loquitur enim Petrus de seruo iuxta seruitute obligato, qui tenetur domino etiã dyfcologo seu pravo, aut ex sola libidine imperanti obedire, non in illicitis aut nefarijs actibus, sed in his quæ ad ius corporalis seruitutis pertinent. Sunt enim apud paganos & impios etiam iuxta temporalium rerum dominia, iustæque seruitutes ac possessiones quamobrem & iusti, verique Christiani multis possunt modis fieri debitores, aut subditi illis absque præiudicio libertatis Christianæ. Sic seruus Christianus apud infideles captiuus, non peccat obediens domino suo, cooperans illi in actibus externis, qui in se liciti sunt, tametsi sint illiciti ex intentione domini præcipientis, veluti dum ducit dominum suum ad templum Idoli sui, sicut accidit de eo, qui in templo Remnon sustentauit dominum suum adorantem sua Idola. Sic licitum est puellæ Christianæ portare caudam dominæ suæ euntis ad delubrum Idoli. Ex his insuper manifestum est iniustè excommunicatum non esse obligatum seruare excommunicationis mandatum, neque ipse alios tenetur vitare, neque ipsum tenentur vitare alij, quibus constiterit sententiam esse iniustam, nisi vel ratio scandali, vel alia extrinseca occurrens causa iuxta legem charitatis exegerit. Multa enim sunt in se licita, nullo præcepto diuino in se prohibita, quæ pro loco & tempore consilium charitatis docet esse illicita. Sententiam excommunicationis iniustam appello non eam solummodo, quæ secundum iuris peritos nulla est, utpote vel lata à non suo iudice, vel continens intolerabilem errorem, sed & eam etiam, quæ iniusta est ex parte causæ, videlicet dum lata est, aut propter causam iniquam, aut propter causam non extantem, falsis videlicet præsumptionibus, aut testimonijs subnixam, atque ita **C** non est hac in parte differentia inter sententiam, quæ nulla dicitur, & inter eam quæ aliqua est, sed iniusta ex parte causæ. Habes pro hac sententia doctrinam Origenis, Augustini, Hieronymi, Gelasij, & aliorum. Origenis homilia. 14. super Leuiticum. Frequenter quis exit de ecclesiæ castris, etiam si per episcopi vocem non abijciatur. Sicut econtrario interdum fit, ut aliquis non recto iudicio eorum, qui ecclesiæ præfunt, depellatur & foras mittatur, sed si ipse non ante exijt, hoc est, si non ita egerit, ut mereatur exire, nihil læditur in eo quod non recto iudicio foras mittitur ab hominibus. Atque ita fit ut interdum is, qui foras mittitur intus sit, & ille foris, qui intus retineri videtur. Hæc Origenes. Item si quis fidelium iniustè, inquit Augustinus, fuerit anathematizatus, potius ei oberit, qui facit, quam qui hanc iniuriam patitur. 11. quæst. 3. Illud planè. Item Gelasius. Sententia si iniusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum & eius ecclesiam, neminem potest gravare iniqua sententia. Ita ergo ab ea se non absolui **D** consideret, qua se nullatenus prospicit obligatum. 11. quæstio. 3. Cui est illata. Item Hiero. qui non recto iudicio foras mittitur, si non ita egit, ut mereretur exire, nihil læditur ex eo, quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. 24. quæstio. 3. Si quis non recto, &c. Sententia ergo quæ secundum veritatem damnat innocentem, non est sententia in se habens vim obligandi, quamuis aliunde quandoque oporteat innocentem parere tali sententiæ, puta si sententia in se non explicet huiuscemodi iniustitiam, aut si explicet non est alijs manifesta. Unde iniustè excommunicatus plerumque secundum legem charitatis debet patienter ferre excommunicationis sententiam, sed ad hoc non obligatur ex vi latæ sententiæ, quæ iniusta est, quam etsi ecclesia plerumque innixa præsumptionibus **veritatis**

An Christianus inter Saracenos captiuus peccet ducendo dominum ad delubrum Idoli sui. 4. Reg. 5.

De sententia excommunicationis iniustæ, aut nulla, an liget.

Sententia damnans innocentem

A veritatis tulerit, quia tamen veritati ex parte causæ non respondet; sententia ipsa in foro conscientie minimè ligat iniustè excommunicatum, qui tamen propter hoc nequaquam potest contemnere authoritatem, aut ecclesiæ ordinationem, quæ à Deo est in eiusdem ecclesiæ ædificationem data, & ideo si nihil mihi concius sum eius criminis, propter quod sum excommunicatus, licitè possum celebrare in occulto, licitè quoque poterit mihi in diuinis communicare in occulto quisquis nouerit me innocentem. Veruntamen in publico oportet etiam satisfieri iudicio humano, ut homines manifestè videant nos non contemnere authoritatè ecclesiæ. Caterum qui nimium tribuunt legibus, & mandatis, neglectis saluberrimis præceptis euangelicis, sciant ex loco euangelij, vbi Dominus noster Iesus legitur dedisse ecclesiæ potestatem excommunicandi, solum consequens esse eundem hanc potestatem excommunicandi dedisse nõ pro libito, aut voluntate, non pro quolibet perpetrato peccato, sed pro contumacia, qua ab ecclesia **B** correptus peccator manet incorrigibilis ac impœnitēs. Si verò vel à te, vel ab ecclesia correptus sese correxerit, eum non esse habendum sicut ethnicum & publicanum, etiam si septuagesies septies peccauerit, totiesque sese correxerit. Si te scilicet corripientè, ut inquit Christus, audierit, lucratus es fratrem tuum, si verò te non audierit, dic ecclesiæ. Si ecclesiã nõ audierit sit tibi ethnicus & publicanus. Toto processu illo Christus aperte & absque vlla tergiversatione insinuat peccatorè tum esse habendum sicut ethnicum & publicanum, si ecclesiam audire contempserit, neque vltra quicquam ex illo loco sequitur, atque ita neminè esse excõmunicandum propter perpetratum mortale peccatum, de quo iam pœnitet, paratus satisfacere tã ecclesiæ quam parti, quam suo læsit peccato. Vnde & in temporalibus debitis, pars si nolit satisfacere suo creditori ad tribunal ecclesiæ vocatur atque citatur, actum demum si iudex comperiat voluntatem illius detinendi rem alienam esse contumacem iuxta Christi doctrinam, decernit illum habendum esse sicut ethnicum & publicanum. Hic iam si dixeris. Ex doctrina ibidè, si solū sequitur peccatorè pro cõtumacia esse excommunicandum: nõ videtur igitur ecclesia habere facultatè excommunicandi peccatorè criminofum ipso facto, quod est cõtra cõmunem ecclesiæ vsum, & contra canones, quibus ecclesia pro multis criminibus sententiam excommunicationis infert, talè vel tale crimen cõmittentibus, neque expectatur vlla correptio aut admonitio, aut peccatis cõtumacia, quinimo si mox post crimè perpetratum peccans pœniteret, maneret excõmunicatus, donec per absolutionè reconciliaretur. Respondeo. Crimè sub excõmunicationis pœna interdictum ipso facto secum adferre voluntatis ipsum perpetrantis cõtumaciã, & hanc solutionem fundari in scripturis patet, si consideremus ecclesiam nõ infligere excõmunicationis pœnam pro vilo opere, nisi pro peccato mortali. Sic autè peccans in dolo, est scilicet, & ex animo opus quod ecclesia punit perpetrans. Veruntamen ius diuinum propter nullum crimè quamlibet enorme videtur ipso facto excommunicare quemquã, præterquã hæreticū qui propter doctrinam hæresis (quod maximum est crimen) vitandus est iuxta sententiã Iohannis in canonica sua secunda, si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nõ adfert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis, & cæt. Vnde Corinthius qui vxorè patris sui habuit, quod crimè erat maximum etiã apud gentes abominabile, nõ erat ipso facto excommunicatus, quippe quem Paulus excommunicari iussit, & authoritate ecclesiæ auferri à Corinthiorum consortio.

Demum ad planius intelligendū, an præceptum ecclesiæ iubentis, ut vitemus excõmunicatos, liget nos sub reatu peccati mortalis, an venialis solū, & an interdū nullius peccati sit reus qui excõmunicatos non vitat. Sciendū est ex superioribus hoc præceptū ecclesiæ de vitandis excõmunicatis, quod & deriuatū est ex lege

Iniustè excõmunicatus licitè celebrat in occulto.

Matth. 18.

De sententia excommunicationis ipso facto lata.

1. Co 5.

Quomodo præceptū ecclesiæ præcipiens nobis ut vitemus excõmunicatos liget sub pœna peccati mortalis, aut venialis.

naturali & diuina duas generales habere exceptiones, vna non tam est exemptio A ab illa lege, quam legis eiusdem quedam ciuilis interpretatio, seu limitatio secundum regulam charitatis. Alia est exemptio generalis beneficio canonum indulta ad subueniendum periculis & conscientijs timoratorum hominum. Secundum prioris generis exemptionem manifestum erit preceptum illud ad multos casus sese non extendere si consideretur preceptum hoc interpretandum esse saluis his, quae iubet ac consulit lex charitatis. Preceptum etenim ecclesiae posituum pro charitate institutum contra eam militare non potest, & ideo dum communicatio mea cum excōmunicato est aut utilis, aut necessaria, vel illi, vel alijs pro salute seu pace, aut aedificatione animae illius, aut aliarum animarum, vel necessaria illi, vel mihi pro vita corporis conseruanda, aut pro magno aliquo excōmunicati hominis damno vitando, veluti si videam bouem, aut asinum hominis excōmunicati lapsum in foueam, non solum modo possum, sed & teneor iuuare eundem excōmunicatum ad subleuandum bouem, aut asinum e fouea. Item excōmunicatos extrema necessitate famis cōstrictos teneor alere, quemadmodum & ego extrema, vel arcta necessitate famis cōstrictus licite possum ab illis emere, aut petere vitæ meae necessaria, quamuis non possum cum illis mercari, aut negotiari, aut alios contractus non sic necessarios, neque ordinatos ad spirituale fructum exercere. Vnde etiam pro magno temporali lucro vel commodo medio eorundem excōmunicatorum procurando non licet mihi excōmunicatis ipsis communicare, etiam etsi illud temporale commodum esset vtile ad ecclesiae structuras, vel ornamenta, secus autem si esset vtile ad salutem animarum, aut spirituale aedificationem ecclesiae, quemadmodum & in his, quae concernunt fauorem animae ipsius excōmunicati licite possem illi communicare admonendo, corripiendo, aut docendo ea quae spectant ad salutem. Sic & licite possum predicare verbum Dei coram excōmunicatis. Cæterum subtractio communionis ab excōmunicatis cum sit iussa, vt sit poena quaedam excōmunicati non hominum innocentium, aut aliorum non excōmunicatorum, ideo excōmunicatus non eximitur à debito ad quod mihi iure naturæ obligatur. Proinde & licite possum ab eo petere, exigere, aut recipere debiti solutionem, & in ius vocare atque citare illum, impetitusq; à me in iudicio tenetur respondere, vel per se vel per alium. Potest etiam ipse excōmunicatus pro sui tuitione per seipsum respondere, quamuis ipse neminem in ius vocare possit, neque petere aut exigere debiti sui solutionem. Huiuscemodi ergo sunt prioris generis exemptiones à precepto ecclesiae iubentis nobis, vt vitemus excōmunicatos, quas & iubet & consulit lex naturalis aut charitatis. Aliae sunt exemptiones generales beneficio canonis indulta, ad subueniendum conscientijs timoratis secundum certum quoddam genus excōmunicationis, & secundum certas quasdam personas. Primo secundum decretum concilij Constantiensis excōmunicatos generali sententia iuris, vel hominis non designatos nominatim, non tenetur quis vitare, neque in diuinis, neque in sacramentorum administratione, aut receptione, quamuis iure naturali & diuino quisq; cum sit obligatus non dare sanctum canibus, teneatur eis sacramenta non ministrare, sicuti nec taliter excōmunicati sacramenta licite ministrare possunt. De hoc decreto Constantiensis concilij supra patuit. Secundo per beneficium canonis à precepto vitandi excōmunicatos etiam nominatim designatos, excipiuntur omnes, qui ante excōmunicationem familiariter tenebantur adherere excōmunicatis, vt vxores, filij, serui, ancillae, mancipia, rustici seruietes, necnon & omnes alij, qui non adeo curiales sunt, vt eorum consilio scelera perpetrentur, illi quoque qui ignoranter communicant excōmunicatis. 11. q. 3. Quoniam multos, &c. Huiuscemodi enim personae, quia ante sententiam excōmunicationis tenebantur eis ad

Exemptioes canonu in quibus secundum legem charitatis non tenemur vitare excōmunicatos

Exceptiones beneficio canonu indulta quibus non tenemur vitare excōmunicatos

A eis ad obsequium familiare, & post excōmunicationem beneficio canonis id agente, non solum possunt eis communicare, sed & tenentur, vt habet textus Innocentij Papæ in capitulo, Inter alia, De sententia excōmunicationis. Ex quo sanè textu liquidum est hanc clausulam generalem, necnon omnes alios, qui non adeo curiales sunt, &c. intelligendam esse non vniuersaliter de omnibus, qui non adeo curiales sese exhibent, vt eorum consilio scelera perpetrètur, alioqui omnis vir bonus possit communicare excōmunicatis, quia nemo vir bonus adeo curialis est, vt eius consilio scelera perpetrentur, sed specialiter de omnibus alijs seruietes, vt dictio seruietes, quae praecessit intelligatur in accusatiuo omnes repetita, & tum liquidus erit sensus, vt dicatur, necnon & omnes alios, supple seruietes, atque ita omnes qui operas suas locauerunt, vel qui pro mercede conducti etiam non in domo, sed in rure commorantes, intelliguntur exempti eiusdem canonis indulto, quamobrem & possunt communicare patrifamilias excōmunicato. Sic & in communionem episcopi qui excōmunicatus est: à peccato excusantur sacerdotes cohabitantes ipsi & omnes qui de illius familia sunt. In communionem quoq; Abbatis excōmunicati, à peccato excusantur monachi veruntamen in his quae superioritatem dignitatis concernunt, neq; familiares episcopi neq; monachi tenentur obedire excōmunicato episcopo vel abbati. Ex his igitur teneas, quod filius non emancipatus tenetur obedire patri suo excōmunicato, & seruus domino suo excōmunicato, & omnes familiares patrifamilias excōmunicato, & vxor marito excōmunicato, & monachi abbati, tametsi ipsi episcopi aut abbates sic excōmunicati non possint officia iudicis exercere, neque eligere, neque electionem de se factam acceptare, neq; beneficia conferre. Sed hic dubitauerit forsitan quispiam, an ecōtrario etiam paterfamilias aut abbas, vel episcopus possit licite communicare filijs, aut seruis, aut vxori, aut familiaribus suis excōmunicatis. Ad hoc sunt qui respondent hoc non licere, quia patris est regere familiam totam & vxorem. Deinde canon praefatus, Quoniam multos, non excepit patres aut maritos. Hanc quoq; sententiam tenet glossa in eodem canone. Quoniam multos, nempe patresfamilias, inquit, subditos suos filios, aut familiares seu vxores coercere debuerat, ne in causam anathematis incideret. Verum hoc ita limitandum censeo, vt intelligatur illa vitatio esse, non in fauorem eorum qui sunt excōmunicati, & ideo patresfamilias licite possunt ab excōmunicatis seruis suis aut filijs, aut vxoribus exigere debite seruitutis obsequia, alioqui si per excōmunicationem filij & serui excōmunicati essent ab obedientia superioris debita liberi excōmunicationis censura, cederet illis in fauorem, vnde nec societatem in mercimonijs aut contractibus vel rebus alijs, propter superuenientem excōmunicationem in socium, teneor dissoluere si non possum hoc sine prauidicio meo facere, atque ita paterfamilias non tenetur repellere suos commensales aut seruos & ancillas, postquam inciderunt in excōmunicationem. Veruntamen sunt haec omnia accipienda saluis iuribus legis naturalis, & charitatis, quibus pro loco & tempore obligamur communionem nostram subtrahere à peccatoribus etiam non excōmunicatis. Cæterum quia canon, Quoniam multos, docet eos qui ignoranter communicant excōmunicatis excusari, sciendum est quod ignoranter dicitur quis communicare excōmunicatis, dum nescit eum cum quo conuersatur excōmunicatum esse, & hoc bifariam potest contingere. Vno quidem modo, quia nescit eum fecisse opus propter quod est excōmunicatus. Secundo dum opus quidem nouit propter quod à canone vel à iudice excōmunicatus est, sed ignorat canonem vel sententiam iudicis pro facto illo excōmunicationem inflixisse. Et hoc rursus contingit bifariam. Vno modo dum scit illud factum esse illicitum atque damnatum ver-

Filij, serui, ancillae, & vxores non tenentur vitare patresfamilias excōmunicatos

Filij serui & familiares tenentur obedire patrifamilias excōmunicato

An paterfamilias excōmunicato communicare possit

De comunicantibus excōmunicatis ex ignorantia

bi gratia, scit eum percussisse clericum, grauiterque in percutiendo peccasse, sed nescit excommunicationis vinculum, propter hoc esse infligendum, ignorans ius seu canonem inferre censuram excommunicationis pro peccato illo. Similiter, si quis nouerit aliquem scienter contraxisse aut cum moniali, aut in gradu consanguinitatis, affinitatis canonica institutione interdicto, sed nescit eum qui sic contraxit propter tale peccatum esse excommunicatum. Alio modo dum nouit illud esse factum, sed ignorat ipsum esse illicitum aut damnatum. Atque ita nesciuit illud esse dignum vlla excommunicatione, verbi gratia, si quis nouit religiosum quendam absque licentia parochialis presbyteri ministrasse laicis sacramentum eucharistiæ aut vnctionis extremæ, aut solemnissasse matrimonium, sed ignorat factum hoc esse peccatum aut illicitum, & excommunicatione inuolutum. Similiter si quis nouerit sacerdotem quempiam absoluisse alterum à casibus soli sedis Apostolicæ in bulla cœnæ Domini reseruatis, aut commutasse vota castitatis aut religionis, aut peregrinationis ultramarinæ, aut visitationis sancti Petri aut sancti Iacobi in Compostella, sed nescit eundem sacerdotem qui sic absoluit, propter hoc esse vinculo excommunicationis innodatum, ignorans extrauagantem Xistinam, quæ excommunicationis vinculum infert omnibus sic absoluentibus etiam & si absoluaueat vigore indulti Apostolici cœcedentis potestatem absoluedi ab omnibus excessibus semel in vita, nisi in eodem indulto sit specialis licentia ex certa scientia sedis Apostolicæ super basibus illis expressa. Ex quibus patet quod bifariam contingere potest me ignorare, vel me ipsum, vel alterum esse excommunicatum vno quidem modo secundum ignorantiam facti, quia prorsus nescio, vel me vel alterum fecisse opus quod excommunicatione affectum est, & sententiam latam esse per quam excommunicatio infligta est. Alio modo secundum ignorantiam iuris, quia videlicet nescio ius excommunicationem infligere pro tali facto seu opere.

Caput nonum tractans de ignorantia: quid sit, quoruplex, & quæ à peccato excuset.

Multiplex ignorantia.



ED hic obiter pro intellectu dictorum & dicendorum permitendum est ignorantiam bifariam accipi. Vno modo generaliter pro nescientia, seu carentia nuda alicuius rei, quæ etiam fuisset in Adam, qui priusquam peccauerat, multa ignorabat etiam de his, quæ super ipsum futura erant, nondum expertus seruitatem diuinæ iustitiæ. Vnde & sic accepto vocabulo ignorantia potuit peccatum primorum parentum tam Adæ, quam Eux dici factum esse ex ignorantia, vtrisque ignorantibus pœnæ subsequenter acerbitatem. Verum ignorantia talis in eis, neque peccatum erat, neque pœna peccati, sed neque ignorantia facti, aut iuris, quod scire debuerunt. Alio modo accipitur ignorantia specialiter, vt complectatur non solummodo carentiam scientiæ alicuius in intellectu, sed & voluntatis affectionem, aut iniuriã, aut negligentiam, sociam aut prauam. Et hæc est aut peccatum aut pœna peccati. Secundum talem autem ignorantiam Adam, vt inquit Apostolus, non est seductus, sed mulier, quam obrem & Adam interrogatus à Deo nõ ait, mulier seduxit me, sed mulier, inquit, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Mulier verò interrogata, quare hoc fecisti? respondit: Serpens decepit me, & comedi. Putabat enim mulier esse verum quod serpens suggerebat. Verum illa seductio mulieris seu ignorantia praua in muliere non erat primum eius peccatum, quamuis enim non sit sequuta, sed præcesserit peccatum operis, est tamen sequuta peccatum internæ elationis, neque enim mulier verbo serpentis credidisset, nisi iam menti ipsius amor propriæ potestatis inesset, & superba quædam de se præsumptio, super quo habes doct. August. Ignorantia sic accepta diuiditur in ignorantiam facti, & in igno-

Tim. 2. d
Genes. 3.

de Ciuitate
Dei, cap. 11.

A in ignorantiam iuris. Facti ignorantia est, qua ignoratur vel opus aliquod factum esse, vtpote si quis ignoret nuptias inter istas personas esse contractas, aut sententiam excommunicationis in hanc personam esse latam, aut hunc cibum esse mortiferum, aut hanc rem esse alienam, vel furto sublatam, aut patri meo donatam, aut hoc animal esse hominem, aut nesciat hunc hominem esse patrem suum, aut Iudæum, aut Saracenum, aut cognatum, aut affinem, aut esse aliam quàm coniugem suam. Iuris verò ignorantia est, qua ignoratur ius, constitutio, seu lex aliqua siue humana, siue diuina, veluti cum quispiam ignorat nuptias semel ritè contractas esse indissolubiles, aut commixtionem carnalem cum non sua vxore esse veritam & illicitam, aut illicitum esse accipere lucrum pro pecunia mutuata, aut nescit connubia inter consanguineos, & affines esse illicita seu interdicta, aut nescit hæreticos aut percutientes clericos esse ipso facto excommunicatos. Vnde ignorantia qua nescio commixtionem cum hac persona cum qua contraxi in facie ecclesiæ esse fornicationem, interdum est facti ignorantia, interdum iuris. B Nam si nouero hanc personam esse consanguineam aut affinem in tertio, vel quarto gradu consanguinitatis, aut affinitatis, sed nescio ius prohibere talium personarum connubia, tum est iuris ignorantia. Si verò nouero ius hoc prohibere, sed nescio personam hanc mihi esse consanguineam, vel affinem, tum est ignorantia facti. Pariformi ignorantia, qua nescio hunc hominem esse excommunicatum, interdum est facti, interdum iuris. Vtraque ignorantia tam facti, quàm iuris, quadrifariam diuiditur, vtpote in ignorantiam affectatam in ignorantiam crassam & supinam, in ignorantiam probabilem, & in ignorantiam inuincibilem. Affectata ignorantia est in his qui nolunt intelligere vt bene agant, vt qualiter debeant incedere, & quid cauere intelligant, quales sunt qui cupiunt esse in tenebris, vt absque conscientia remorsu suæ libidini vacent, de quibus scriptura loquitur: Dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Ignorantia crassa & supina est in his, qui ex desidia & segnicie non curant addiscere ea quæ oportet scire, aut credere, aut agere, aut cauere. C Ignorantia probabilis est in his qui studium & laborem impenderunt, vt scient. Ignorantia inuincibilis est, quam quis etiam faciendo quantum potest, vincere aut superare non potest. Nulla ignorantia inuincibilis est peccatum, etiam si fuerit ignorantia communissimorum articulorum fidei Christianæ, aut aliorum quæ sunt ad assequendum salutem, seu remissionem peccatorum necessaria. Et ideo pagani, ac gentiles, infideles secundum infidelitatem acceptam pure negatiue, qui neque vnquam audierunt quicquam de fide Christiana, neque habere potuerunt à quo discerent, non punientur propter vllum infidelitatis peccatum, sed propter alia crimina, quæ & si sine fide in Christum remitti non possunt, vti que tamen per lumen rationis internæ vitari potuerunt, cuiusmodi sunt adulteria, periuria, homicidia, falsa testimonia. Et quamuis talis ignorantia inuincibilis super his, quæ sunt ad salutem necessaria non possit esse in Christianis iustis, aut in his, qui ex toto corde confugiunt ad illum. Implicat nempe contradictorias sententias aliquem esse iustum, & eundem ignorare hoc quod protunc est ipsi ad salutem seu ad iustitiam habendam necessarium. Nequaquam tamen repugnat talem ignorantiam esse in paganis & infidelibus. Ignorantia verò eorum quæ sunt ad salutem necessaria, si sit vincibilis, id est, per studium & diligentiam voluntatis superabilis, peccatum est propter negligentiam voluntatis omittentis addiscere ea quæ scire tenetur. Et ideo sic ignorans peccat non continuo actu, sed tunc solum cum est negligentia voluntatis omittentis addiscere, & operam ad sciendum impendere. Ex supradictis patet responsio quæstionis, qua solet interrogari, vtrum in homine vllò adulto possit stare ignorantia inuincibilis, de his

Ignorantia facti

Ignorantia iuris

Ignorantia facti
& iuris quæ
duplex.

Nulla ignorantia inuincibilis est peccatum.

his rebus, quæ sunt illi pro tunc ad salutem necessaria. His præmissis confide-
 randæ sunt tres sententiæ, quarum prima commonstrat quonam pacto ignorantia,
 qua ignoro alterum excommunicatum esse, excusat me communicantem illi,
 reliquæ duæ commonstrant quonam modo ignorantia, qua ignoro me ipsum excō-
 municatum esse interdum excusat, interdum non excusat me ab excommunica-
 tionis pœna, aut ab irregularitate, vel à peccato, si sic ignorans me excommunica-
 tum esse diuina celebrauero, vel sacramenta accepero, vel ministrauero.

Prima sententia ex superioribus manifesta est. Probabilis ignorantia, qua igno-
 ro alterum esse excommunicatum, siue fuerit facti seu operis, propter quod alter
 est excommunicatus, siue iuris seu sententiæ excommunicationem fulminantis
 excusat me comunicantem illi siue in diuinis, siue extra diuina comunicauero
 eidem, secus si fuerit ignorantia affectata, crassa, aut supina. Secunda sententia.
 Probabilis ignorantia iuris humani, qua ignoro me esse excōmunicatum propter
 opus quod perpetravi diuina lege prohibitum, non releuat me ab excommuni-
 cationis vinculo. Et ideo si quis faciat opus diuina lege damnatum, seu prohibi-
 tum, positiuæque constitutione Apostolica excommunicatione affectum, excom-
 municationis vinculo innodatur, etiam si probabiliter ignoret ius seu canonem
 infligentem excommunicationis pœnam. Si verò quis opus aliquod damnatum
 fecerit sola constitutione episcopi seu ordinarij excommunicatione affectum, ex-
 communicationis vinculo non innodatur si probabiliter ignorauerit constitui-
 onem illam episcopi fulminantem pro tali facto excommunicationis pœnam.
 Nam ex capitulo, Vt animarum, de constitutionibus libro 6. consideranda est dif-
 ferentia inter constitutiones ordinariorum, pœnam excommunicationis inferen-
 tes, & constitutiones sedis Apostolicæ seu canones iuris communis excommuni-
 cationem fulminantis. Excōmunicationem nempe fulminatam autoritate Apo-
 stolica seu per canones Apostolicas, incurrit mortaliter peccans, etiam quantum-
 uis probabiliter, & inculpatè ignorauerit canones illos sententiam excommuni-
 cationis fulminantes, excōmunicationem verò inflictam per statutum ordinariorū
 nō incurrit etiā mortaliter peccās, si probabiliter ignorauerit statutū illud, pœnā
 excōmunicationis infligens, secus si ignorantia super huiuscemodi ordinariorū sta-
 tutis, pœnā excōmunicationis inferētibus fuerit crassa & supina, veluti si huiusce-
 modi statuta ordinariorū sint talia, quæ quotidie in ecclesijs per presbyteros paro-
 chianos publicantur & euulgantur, quæ & ipse si fecisset quæ illius parochiæ ho-
 mines communiter facere consueuerunt, adeundo ad templum & ad sermones,
 ignorare non potuit, nam talis ignorantia non excusat facientem opus damna-
 tum ab excommunicatione, etiam per solum statutum ordinarij inflicta. Et hæc
 est resolutio in capitulo, Vt animarum, de constitutione, libro. 6. vbi sic legitur,
 Vt animarum periculis obuietur sententijs per statuta quorumcunque ordinari-
 orum prolatis, ligari nolumus ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa
 non fuerit, aut supina. Statuto episcopi, quo in omnes, qui furtum commiserint,
 excommunicationis sententia fulminatur, subditi eius extra territorium eius fur-
 tum committentes minimè ligari noscuntur, cum extra territorium ius dicen-
 ti non pareatur impunè. Hactenus illius decreti tenor, ex cuius parte priori sum-
 pto argumento à speciali sequitur, quòd sententijs per constitutiones apostolicas
 prolatis, ligantur etiam ignorantes probabiliter ignorantia, sicuti & glossa notat ibi-
 dem. Vnde & ante editionem capituli huius, sententijs per statuta ordinariorum
 prolatis ligabantur transgressores etiam ignorantes probabiliter huiuscemodi
 ordinariorum statuta excommunicationem inferentia. Verum contra hanc
 sententiam secundam obiecerit fortassis quispiam argumentū iurisperitorū quo-
 rundam & præsertim Angeli de Clauasio in summa, qui in verbo excommunica-
 tio

Argumentum.

A tio septimo casu vltimo docet probabilem ignorantiam canonis vel statuti excō-
 municationem pro opere lege diuina damnato inferentis, hominē facientem opus
 illud excusare ab excōmunicatione, sed non à peccato, probat, quia talis peccans
 solum offendit legem diuinam contra quam se facere nouit, Non offendit autem
 canonem aut conditorem eius, dum absque omni culpa ignorauerit canonem
 illum, & ideo solum puniri, inquit, debet pœna legis diuinæ, quam præuaricatur,
 non pœna canonis. Si ergo neq; canonem, neq; ipsius conditorem offendit, qui ip-
 sum canonem inculpabiliter ignorauerit, consequens videtur ipsum non esse pu-
 niendum pœna statuta per canonem. Respondeo non valere consequentiam. *Solutio.*
 Vnde soluunt hoc argumentum iurisperiti, & Scotus in quarto sententiarum dist.
 6. in quarto principali articulo. 2. Quotiescunq; aliquis committit factum diui-
 no, inquit, iure prohibitū, nihil refert siue ignorauerit siue nouerit canonem in-
 ferentem excommunicationis pœnam, quia dum mortaliter peccat, est in dolo,
 in culpa atq; in contemptu non canonis quidem aut conditoris illius, sed diuinæ
 legis, quam transgrediens mortaliter peccat. Quemadmodum in criminalibus, si
 quispiam perpetraverit crimina pessima, secundum leges ciuiles corporali mor-
 te punienda, is reus est mortis, etiam si ignorauerit legem imperialem adijcien-
 tem pro huiuscemodi criminibus supplicium mortis per ignem. Caterum vide
 solutionem huius infra latius in solutione dubitationis primæ.

Tertia sententia est. Probabilis ignorantia positiuæ iuris cōmunis prohibentis
 opus aliquod in se licitum, iureque naturali & diuino concessum, quamuis excu-
 set à peccato facientem ex huiuscemodi ignorantia opus tale videlicet sola hu-
 mana lege prohibitum, similis tamen probabilis ignorantia iuris communis ful-
 minantis sententiæ excommunicationis pro tali opere non excusat eum qui abs-
 que omni causa excusante scienter contra legem humanam facit opus illud, quo-
 minus incidat excommunicationis pœnam, quantumuis probabiliter ignorauerit
 canonem, qui infert pœnam illam. Exempli causa. Sola lege humana prohi-
 bitum est accipere in vxorem eam, quæ attinet in quarto consanguinitatis vel af-
 finitatis gradu. Si quis ergo foeminam aliquam taliter sibi attinentem, accipiat,
 sciens hoc esse contra ecclesiæ prohibitionem, non solum mortaliter peccat, sed
 & excommunicationis vinculo innodatur, etiam etsi probabiliter ignoret cano-
 nem excommunicationis vinculum inferentem. Atque ita homines quantumuis
 probabiliter ignorauerint canonis sententiam excommunicationis pro facto ali-
 quo inferentes, iusta ratione excommunicantur pro transgressione legis, etiam
 purè humanæ, si mortaliter peccauerint in ipsa transgressione. Verumtamen
 sicut probabilis ignorantia positiuæ legis, opus illud prohibentis excusare eum
 poterit à mortali peccato, in faciendo opere, pro quo canon pœnam excommu-
 nicationis infligit. Ita & propter talem ignorantiam probabilem legis humanæ
 prohibentis opus, poterit immunis esse ab excommunicatione. Atque ita distin-
 guere oportet inter probabilem ac inculpatam ignorantiam humanæ legis, opus
 aliquod prohibentis & probabilem ac inculpatam ignorantiam humanæ legis
 pro opere prohibito excōmunicationem inferentis, verbi gratia, episcopus sta-
 tuto suo synodali si excommunicat omnes adulteros manifestos, & omnes clan-
 destinè, aut sine bannis matrimonium contrahentes, & omnes qui affinem seu co-
 gnatam vxoris propriè carnaliter cognouerint, aut qui incestu peccauerint, in
 his casibus quamuis peccet quispiam grauissimè & mortaliter, non tamen
 incidit excommunicationis pœnam, si probabiliter ignorauerit sta-
 tuta seu mandata episcoporum, pro huiuscemodi peccatis
 excommunicationis censuram fulminantium, se-
 cus si ignorantia illius fuerit crassa & supina.

De probabili-
 ter ignorantia
 in statutis episcopi
 si oportum.

Caput. X. in quo dantur solutiones quædam vtilis ad sex dubitationes de constitutionibus canonicis, & statutis synodalibus excommunicationem inferentibus.

Qua ignorantia ab excommunicatione excusat.



LX supradictorum consideratione nonnullæ soluntur dubitationes. Prima an probabilis & inculcata ignorantia iuris communis aut canonis, seu statuti pœnam inferentis pro opere damnato seu prohibito, ita excuset vt faciens opus illud ex tali ignorantia non efficiatur reus pœna illa, verbi gratia, an is qui facit opus damnatum probabiliter ignorans opus illud esse excommunicatione affectum propter huiuscemodi ignorantiam sit immunis ab excommunicationis vinculo, præsertim, cum talis ignorantia canonis seu constitutionis pœnam fulminantis fuerit inculcata. Neque enim populus simplex obligatur scire casus omnes & canones excommunicationem fulminantes, cum vix docti etiam iurisperiti cordetenus sciant omnes huiuscemodi constitutiones.

Secunda dubitatio. Talis ignorantia inculcata canonis excommunicationem fulminantis, si ab excommunicatione non releuat neque excusat facientem opus humana aut diuina lege damnatum, an ergo similiter talis ignorantia iuris in alijs, releuet seu excuset ipsos à peccato in communione illorum excommunicatorum, veluti dum communicant taliter excommunicatis, scientes quidem illos sic esse criminosos, aut perpetrasse opus lege damnatum, sed ignorantes taliter criminosos esse excommunicatos, verbi gratia, an is qui scit alium vel contraxisse clandestinè & sine bannis, aut cum consanguinea, vel affine, vel percussisse clericum aut constitutum in sacris ordinibus duxisse vxorem, ignorans quòd vel ius commune, vel ordinarij inuoluat tales excommunicationis vinculo, excusetur à peccato communicans eisdem. Tertia dubitatio, an is qui scienter facit opus aliquod diuina lege damnatum, ignorans operis circumstantiam seu qualitatem propter quam pœna infertur, excusetur à pœna, verbi gratia, an is qui iniuriolè percusserit aliquem, ignorans illum esse clericum, propter ignorantiam illam sit immunis ab excommunicationis vinculo, & videtur quòd sic, nam si quis percusserit hominem, ignorans eum esse patrem suum, non meretur pœnam legis constitutam contra percussores parentum. Item ignorantia iuris excusat à pœna imposita contrahenti vetitas nuptias, vt patet de incestis & inutil. nup.

Quarta dubitatio, cum multiplicia sint operum genera, pro quibus excommunicatio ipso iure infligitur, an ergo in quauis excommunicatione pro quouis opere consulens aut mandans fieri opus excommunicatione affectum sit ipso facto excommunicatus, perinde atque eiusdem operis executor. Et videtur quòd sic, nam participans excommunicato in crimine propter quod infligitur excommunicatio eadem pœna illaqueatur. Quinta dubitatio, vtrum iudici, qui sub pœna excommunicationis me in testem vocans præcepit mihi vt revelem crimen fratris quod solus vel cum altero nouerim, teneat obedire. Sexta dubitatio, vtrum homo iustus iam videlicet de crimine commisso intus pœnitens possit iusta ratione excommunicari. Ad primam dubitationem patet responsio negativa ex supra dictis. Nam quemadmodum vt excommunicatio iustè sit lata ab homine, non requiritur contemptus sententiæ humanæ per quam infligitur, sed sufficit contemptus seu negligentia alterius legis, quam quis mortaliter peccando transgressus est. Ita vt excommunicatio iustè sit à iure lata non requiritur contemptus iuris seu canonis excommunicationem inferentis, sed satis est interuenisse contemptum seu mortalem negligentiam aut incuriam in legis transgressione, propter quam canon seu ius decreuerit hominem excommunicationi subiaceret. Atque ita potest quisq; esse excommunicatus à canone ignorantia probabili

A bili & inculcata ignorans sese excommunicatum esse. Nam quoties quis factum committit diuino iure illicitum, nihil refert siue ignoret, siue scientiam habeat canonis excommunicationem adiicientis, & ideo scienter percussens hominem quem nouit clericum aut sacerdotè, aut monachum, aut monialem, aut vllius religionis conuersum aut nouitium, verè est excommunicatus etiam & si prorsus ignoret pœnam excommunicationis pro tali percussione esse constitutam, ignorans sanctæ ecclesiæ canones, decretales, quibus docetur, quòd monachi & moniales, conuersi atq; nouitij, vnà cum clericis gaudent eodem priuilegio canonis. Si quis suadente. 17. quæst. 4. vide de hoc si placet in decretalibus capitulum, Non dubium, & capitulum, Veniens, & capitulum, De monialibus, de sententia excommunicationis, & capit. Religioso, in texto eodem titulo, quamobrem & sic ignoranter excommunicatus irregularis efficitur, si ordines sacros in illo statu accipiat, sicuti patet ex capitulo, Cum illorum, de sententia excommunicationis. Obiecerit forsitan quispiam. Huic sententiæ obuiare videbitur capitulum, Apostolica, de clerico excommunicato ministrante, vbi planè docetur, quòd is qui probabiliter ignorat sese esse suspensum à diuinis si celebrat excusatur, secus si fuerit ignorantia crassa & supina, quia tum indiget dispensatione Apostolica. Ex cuius textus sententia simul & rubrica, & glossa, doctores ibidem docent, quòd suspensus vel excommunicatus, si huius suspensionis vel excommunicationis probabiliter ignarus celebrat, non efficitur irregularis, neque peccat celebrando. Quod videtur contrarium decretali prædictæ, Cum eorum. Respondeo, Decretalis, Cum eorum, de sententia excommunicationis loquitur in casu speciali, cum videlicet quis fuerit in excommunicationis & suspensionis vinculum lapsus per violentam manuum iniectionem in clericos. Tales enim quamuis iuris ignari nesciant sese excommunicatos esse, & à diuinis suspensos seu prohibitos, nihilominus ordinem suscipientes, aut diuina celebrantes innodantur irregularitate. Et quia pœnæ sunt restringendæ, non videtur decretalis illa ad alios casus suspensionis amplianda. Vnde & decretalis illa loquitur de excommunicatione inflicta propter opus iure diuino damnatum, qualis est violenta manuum iniectio in clericum. Decretalis autem Apostolica, loquitur de his qui propter alios casus in iure expressos sunt suspensi, qui si probabili, & inculcata ignorantia nesciant se suspensos, aut excommunicatos esse, irregularitatem non contrahunt diuinis se ingerentes, sicuti neque excommunicati maiori excommunicatione iuxta præfatam decretalem, Apostolicam, peccant celebrantes, aut diuinis interesse, aut sacramenta ministrantes, si probabili & inculcata ignorantia, nesciunt sese excommunicatos, aut suspensos, quia tunc nesciunt huiuscemodi diuina officia esse prohibita & interdicta sibi iam de peccato, propter quod sunt excommunicati, pœnitentibus. Atq; hic ita particularis occurrit casus, in quo sacramentalis absolutio à peccatis excommunicato impensa est valida, quando scilicet excommunicatus ille ignorans sese excommunicatum secundum ignorantiam iuris, vel facti à culpa excusantem suscipit absolutionem à peccatis, & propterea quamuis is qui sic ignoranter excommunicatus à peccatis absoluitur, teneatur postea quam nouerit sese esse excommunicatum quærere, & obtinere absolutionem ab excommunicatione, nec possit rursus sese diuinis immiscere, non tamen teneatur peccata semel confessa rursus confiteri, aut absolutionem procurare ab eisdem, Hæc interim prætermisissis varijs, & contrarijs iurisperitorum interpretantium super hac re sententijs huic proposito nostro sufficiunt, ad intelligendum aliquem esse verè excommunicatum excommunicatione maiori, qui propter probabilem ignorantiam iuris excommunicationem fulminantis nesciens sese excommunicatum esse, non peccat diuina celebrando, aut sacramenta recipiendo.

Vnde

Qui ignorat se excommunicatum si ordinetur sit irregularis.

Vnde Bālius, aut secularis iudex nihili faciens, contemnens ac negligens ec-
 clesie canonem aut episcopi seu dicecesani statutum, vel præceptum, si clericum,
 vel monachum etiam pessimè meritum ex Zelo quodam iustitiæ sine commissio-
 ne spiritualis iudicis apprehendere, incarcerare, in vinculis obtinere, torquere,
 & punire contra ecclesie prohibitionem præsumpserit, excōmunicatus est, quan-
 tumuis probabiliter se excōmunicatum ignoret. Ad secundam dubitatio-
 nem similiter responsio ex supradictis est manifesta, quòd videlicet is qui com-
 municat excōmunicatis, etiam sciens illos fecisse damnata opera, propter quæ
 sunt excōmunicati, sed probabiliter ignorans canones iuris cōmunis constitu-
 tionesque synodales pro huiuscemodi operibus damnatis excōmunicationis
 vinculum infligere, in communione cum eisdem excōmunicatis, est immunis
 tam à peccato, quàm à vinculo excōmunicationis minoris, quia ex tali ignoran-
 tia est in ipso probabilis ignorantia facti, qua ignorat illos excōmunicatos esse.
 Secus autem si fuerit ignorantia crassa, & supina, quamuis neque tum etiam secun-
 dum indultum concilij Constantiensis teneretur vitare illos sic generaliter à iure
 excōmunicatos, & ideo hæc secunda dubitatio iam post indultum illud Con-
 stantiense non est magni ponderis, quandoquidem immunis sit à peccato etiam
 is qui scienter communicat generaliter, & non nominatim excōmunicato si-
 ue in diuinis, siue extra diuina. Veruntamen discrimen est, quòd presbyter paro-
 chianus probabiliter ignorans eos excōmunicatos esse, posset eis de peccato
 pœnitentibus eucharistiæ sacramentum ministrare, quod non posset eis etiam
 pœnitentibus de peccatis ministrare, si sciret illos sic generaliter excōmunica-
 tos esse, nisi prius à suo iudice obtento absolutionis beneficio ab excōmunica-
 tione. Ad tertiam dubitationem respondeo: Quamuis ad hoc, vt quis pro-
 pter mortale peccatum sit ipso iure excōmunicatus non requiratur scientia seu
 notitia canonis excōmunicationem inferentis, vtique tamen requiritur scien-
 tia, vel negligentia legis prohibentis, seu damnantis opus, pro quo excōmuni-
 catio infligitur. Requiritur insuper, vt in faciendo opere habeat scientiam qua-
 litatis, aut circumstantiæ propter quam canon sententiam excōmunicationis in-
 fluxerit, & ob defectum conditionis huius, si quis iniuriose percutiat clericum
 nutriendum comam, aut aliàs laicali veste ambulantiem & conuersantem, putans
 eum esse laicum, non incidit in excōmunicationem, vt est textus in capitulo.
 Si verò de sententia excōmunicationis. Sic percutiens hominem probabiliter
 ignorans eum esse patrem, non incurrit pœnam lege impositam percussoribus
 parentum. Item si magistratus fecerit statutum contra ecclesiasticam libertatem,
 ignorans statutum, hoc esse contra libertatem illam, non ligatur excōmunica-
 tionis vinculo, vt est textus in capitulo, Nouerit, de sententia excōmunicati-
 onis. Sic probabilis ignorantia iuris excusat à pœna imposita contrahenti veti-
 tas nuptias, si contrahens inculcata ignorantia nesciat nuptias tales vetitas esse.
 Vnde si quis contrahat cum aliqua, quæ in quarto consanguinitatis gradu attinet
 mulieri, quam carnaliter cognouit inculcata ignorantia ignorans iura canonica
 aut ecclesiam tales nuptias prohibere à vinculo excōmunicationis est immu-
 nis, & id quidem non propterea quòd probabiliter ignorat canonem inferen-
 tem pro tali contractu excōmunicationis sententiam, sed propterea quòd
 probabiliter & inculpatè ignorans tales nuptias vetitas esse non peccauerit con-
 trahendo, secus si fuerit ignorantia affectata, seu crassa vel supina, cum enim sicut
 mortaliter peccat sic contrahendo, Ita pro peccato illo mortali excōmunicati-
 one inuoluitur etiam ignoranter. Quarta dubitatio erat: Vtrum mandans,
 aut suadens seu inducens, aut consulens alteri, vt faciat opus quod est excōmuni-
 catione affectum sit ipso facto excōmunicatus, perinde atque is qui facit. Et
 videtur

Post indultum
 Constantiense
 scienter commu-
 nicare excōmuni-
 cato licet.

An consulens
 peccatū & al-
 ter factū com-
 mittens, eque
 sine excōmuni-
 cati.

A videtur quòd non, neque enim pari pœna plectitur, qui adulterium committit,
 & is qui adulterium fieri mandat, aut consulit. Respondeo sic cooperans, aut
 consulens in casibus quibusdam excōmunicatus est, in quibusdam autem excō-
 municatus non est. In his enim consideratio habenda est ad superioris sententiã,
 seu constitutionem, quæ si decreuerit etiam sic participantes in crimine excō-
 municationi subiacerent, tum manifestum est sic mandantes, aut cōsulentes esse ex-
 cōmunicationis vinculo innodatos, Nempe excōmunicatio est pœna inflicta, vel
 per iudicis sententiam, vel per constitutionem humanam, & ideo excōmunica-
 tione non inuoluitur quisquam, nisi quatenus sententia iudicis, vel constitutio su-
 perioris ex intentione fertur in aliquem propter crimen ab illo commissum.
 Et quia sententię iudicum, & constitutiones pontificum in aliquem seu in aliquos
 excōmunicationem fulminantes sunt variæ & multiplices ad solutionem huius
 quæstionis opus est distinctione. Nam aliud est me scienter communicare alteri
 homini iam excōmunicato impendendo ei auxilium, consilium, aut fauorem
 ad perpetrandum crimen aliquod propter quod non est excōmunicatus. Ali-
 ud verò est me scienter communicare alteri homini iam excōmunicato impen-
 dendo auxilium & consilium ad reiterandum vel perpetrandum crimen propter
 quod est excōmunicatus. Aliud verò est me scienter communicare nondum
 excōmunicato, impendendo ei auxilium, consilium, aut fauorem ad pepe-
 trandum crimen excōmunicatione affectum. Secundum primum communi-
 onis modum quamuis grauissimè peccem, iuuans aut mouens excōmunicatum
 ad perpetrandum crimen aliud, non sum tamen propter hoc excōmunicatus,
 & ideo in vinculum excōmunicationis non cadit mulier, quæ fornicatur, aut
 adulteratur cum homine qui propter læsionem iniuriosam clerico illatam ex-
 comunicatus est. Iuxta secundum autem participationis modum, si videlicet
 communicauero alteri iam excōmunicato in crimine propter quod fuit ex-
 comunicatus siue nominatim sit excōmunicatus per iudicem, siue generali-
 ter per superioris constitutionem, sum excōmunicatus eadem excōmunica-
 tione maiore. Neque hac in parte me releuat indultum Constantiensis concilij,
 quia in criminibus excōmunicatione affectis ius commune non solum excōmu-
 nicat illius criminis executores, sed & eos qui in eodem crimine cōmunicat his,
 qui propter ipsum crimen tale sunt excōmunicati, vt patet in capit. Nuper, &
 in capit. Si concubinæ, de sententia excōmunicationis, vbi excōmunicatio
 per participationem criminis extenditur ad personas, contra quas ipsa non fuit
 lata, veluti si concubinæ publicè clericorum excōmunicentur etiam & clerici
 concubinarij eadem sententia maioris excōmunicationis inuoluuntur si post la-
 tam sententiã eisdem communicant in crimine propter quod extitit excōmuni-
 catio in ipsas fulminata. Sed hic est diligenter obseruandum hanc participatio-
 nem seu communionem in crimine intelligendum esse, non per solam commu-
 nionem præsentis personalis cum illo, sed per communionem cooperationis con-
 silij aut mandati. Et ideo si contra sacerdotem concubinarium sententia excō-
 municationis sit fulminata, aut propter crimen concubitus, aut propter perseue-
 rantiam in tali statu, quia scilicet non vult suspectam derelinquere, eadem senten-
 tia inuoluitur etiam concubina, nolens abire quātumlibet proponat ab actu for-
 nicario abstinere. Eadem item sententia innodantur serui & ancillæ, necnon &
 omnes alij etiam extranei, qui illos fouent, iuuant, vel mouent ad sic permanen-
 dum, secus de commorantibus aut corporaliter conuersantibus eisdem sine adiu-
 torio. Vnde & hac ratione si excōmunicatus sit sacerdos quispiam concubinari-
 us propterea quòd manens in tali statu, tenens videlicet in domo concubinam,
 missam celebrat, excōmunicatus est etiam, qui illum sic excōmunicatum ad
 celebrandum

Communicatio
 excōmunicato,
 in crimine tri-
 variâ accide.

celebrandum iuuat, & is qui missæ seruit, non autem is qui sine adiutorio missam illius audit. Secundum tertium autem communionis modum, si videlicet communicauero alteri nondum excommunicato, mandando illi aut impendendo ei auxilium, consilium & fauorem ad perpetrandum crimen excommunicatione affectum, iam quamuis criminaliter grauissimeque peccem, non tamen sum excommunicatus, veluti si cooperer ad hoc vt religiosus quispiam aut temerè dimittat suum habitum, aut matrimonium contrahat, aut aliud quid faciat, quo factò ipse excommunicationis vinculo inuoluitur, ego non propter hanc cooperationem in crimine damnato sum excommunicatus, quia in iure non inuenitur talis communicatio cum nondum excommunicato excommunicatione maiore esse affecta, nisi in tribus casibus. Primus est, si excommunicatio sit lata in aliquem, qui tale crimen commiserit, & in omnes qui talis criminis participes fuerint, sicuti patet in capit. Quod in dubijs, de sententia excommunicationis. Secundus est quando excommunicatio fulminatur, non solum in executores criminis, sed & in eos qui dant auxilium, consilium aut fauorem ad perpetrandum crimen illud, sicuti in multis capitulis iuris inuenitur expressum, vt capit. Ad liberandum, de Iudeis, excommunicantur non solum qui Saracenis arma & ferrum deferunt, & qui in piraticis nauibus curam exercent, sed & hi etiam qui auxilium vel consilium præstant. Tertius casus est in casu manus violentæ in clericum, quia non solum illius violentiæ executor, sed & mandans, inducens & consulens, & non impediens, excommunicatus est, vt patet ex capit. Quantæ, de sententijs excommunicationis. Cæterum officiales qui tenentur impedire ac obuiare cæteri que omnes qui negligunt huiuscemodi violentiam impedire, scientes sese absq; periculo & damno posse obistere, eodem anathematis vinculo innodantur, vt patet ex eodem capit. Quantæ, de sententia excommunicationis, veruntamen hic sciendum est, quòd si solus interior consensus, vel complacentia voluntatis non præstans causam violentiæ foris clerico illatæ, non inuoluit ipsum sic consentientem excommunicationis vinculo, quemadmodum neque mandatum seu præceptum sæcularis potestatis iubentis clerico, vt vel in exilium vadat, vel infra terminos alicuius ciuitatis sese contineat. Sic ergo specialis est casus de excommunicatione consulentium & mandantium violentiam fieri clericis, secus in excommunicatione, pro criminibus alijs, sicuti iam patuit. Ex his igitur consideratis patet responsio ad præfatam dubitationem quartam, qua interrogatum est, vtrum mandans fieri aliquid, quod sub pœna excommunicationis latæ sententiæ prohibitum est fieri, vel cooperans, inducens aut consulens, seu instigans alterum vt faciat opus tale, sit ipso factò excommunicatus, perinde atque eiusdem operis executor.

Quinta dubitatio erat: Vtrum vnus testis solus sciens aliquem commisisse homicidium, vel adulterium, vel aliud crimen quoduis vocatus ad ferendum testimonium debeat iudice præcipiente sub pœna excommunicationis vt reuelet, intimare crimen illud, quod solus vidit. Et an subditus teneatur obedire episcopo, vel superiori generaliter sub pœna excommunicationis præcipienti, vt quisque sciens malefactorem, qui tale crimen commiserit, reuelet ipsum sibi. Huius quæstionis solutio ex supradictis patet, Nam si iudex in iudicio procedat contra aliquem processu legitimo, vt pote contra eum, qui de tali crimine sufficientibus indicijs est infamatus, tum testis sic vocatus etiam si solus viderit, tenetur iudici veritatem reuelare. Si verò is contra quem procedit, non sit de tali crimine infamatus, tum quantumuis notorium fuerit crimen illud, neque iudex potest contra illum procedere, neque actor sceleris sic occultus, tenetur iudici seipsum prodere. Neque is qui vocatus, vt sit testis, qui vidit crimen fieri, potest in iudicio interrogatus actorem de tali crimine non infamatum reuelare. Et ideo in casu illo

Mandantes, consulentes & officiales non im-
pedientes clericum
percuti, excom-
municantur.

illo non potest etiam processum inquisitionis seu examinis generalis contra illum instituere, neque ad valuas ecclesiæ sub excommunicationis pœna præcipere omnibus & singulis, qui actorem criminis scirent, vt infra certum tempus reuelent. Neque potest idem uigore eiusmodi processus generaliter facti denunciare excommunicatos omnes, qui ante præfixum terminum eiusdem sceleris actorem non reuelauerint. Quòd si in crimine aliquo siue notorio, siue non notorio super quo non volat contra actorem infamia, iudex ecclesiasticus sic generalem inquisitionis processum fecerit, & omnes non reuelantes generaliter excommunicatos denuntiauerit, intelligant scientes & non reuelantes sese huiusmodi processus vigore, excommunicationis vinculo non obligari, quam diu contra eosdem actores criminis clamosa infamiæ insinuatio non processerit, quia tribunal iudicis quod publicum est, non se extendit ad inquirendum contra aliquem de crimine tali non infamato. Et ideo iudici sic præcipienti, non tenetur subditus reuelare eiusmodi occultum sceleris actorem, etiam quantumuis publicum fuerit crimen, nisi fortè in casu, vbi innocens propter tale crimen falso infamatus, alioqui puniretur, quem absque sui periculo posset liberare, aut præseruare ab iniuria, criminofum illum, aut reuelando, aut denunciando. Vnde & ad impediendum innocentis infamiam, iniuriam, & oppressionem, aut ad reparandum famam & damnum illatum, is qui iniuriam intulit etiam quantumuis occultus fuerit, tenetur etiam crimen suum proprium reuelare, & famam suam propriam perdere, si alioqui alterius infamiæ, aut iniuriæ obuiare non possit. Et ideo iudex potest contra actorem occultum libelli famosi palàm sparsi in aliquem generaliter procedere, & sub excommunicationis pœna præcipere, vt actor ille publici libelli famosi occultus, sese prodat in publicum, quemadmodum beatus Gregorius libello famoso in loco ciuitatis publicè contra Castorium notarium suum posito, iussit vt quisquis hoc fecisset, priuatus existeret participatione corporis & sanguinis Domini, qui si sic prohibitus, latens corpus & sanguinem Domini sumere præsumperit anathematis, inquit, ultione percutiatur, & vt fallax ac pestifer à sanctæ ecclesiæ corpore sit diuisus. Si autem in eandem ciuitatem ingressus, publicè poterit docere quæ dixit vel fortè sciens se non posse ostendere, quæ scripsit, errorem suum fuerit apertè confessus, participatione sanguinis & corporis Domini non sit priuatus, quinta, quæstione prima, capitulo, Quidam. Vnde Valentinianus & Valerius iusserunt eos qui spargunt in loco publico libellos famosos, capite esse puniendos, eosque qui tales libellos inuentos non statim corruerint, vel igne combusserint, sed vim earum dolosè manifestauerint, simili pœna plectendos. C. de famosis libellis. l. Si quis.

Ex his manifestum est, quòd tam ipse testis qui solus nouit, quàm actor sceleris non infamatus, si à iudice interrogetur, an noscat illius criminis actorem, & sub iuramento requisitus, vt eum si nouerit reuelet, tenetur illum non reuelare, & absque mandato, quantum in se est, facere, ne ex responsione sua actor sceleris veniat apud iudicem in suspicionem vel infamiam. Insuper & ipse vocatus ad ferendum testimonium à iudice sub iuramento coactus, vt veritatem quam nouit de actoris scelere dicat, & an sciat illum fecisse tale crimen, licitè respondet, se hoc nescire, intelligendo dictum suum de ea scientia, per quam possit vt testis veritatem reuelare. Nam cum testimonium debet esse actus iudicij publicus, non potest ferri contra eum qui prorsus est occultus. Reuelare enim actorem criminis prorsus occultum, non est testem esse, sed criminis proditorem.

Verum quemadmodum iusta & legitima causa auferendi famam alteri est vel spiritualis necessitas, aut ipsius, aut aliorum, vel exclusio iniuriæ, vel iniustitiæ, seu oppressionis innocentum, veluti cum iam imminet subuersio in doctrina fi-

De libello famose.

nota hec

dei, aut desolatio ciuitatis, nisi prodatur hæreticus, aut is qui ciuitatem est traditurus, aut furti restitutio fieri non potest, nisi fur ipse reueletur. Ita & propter spiritalem vel corporalem alterius necessitatem tenetur quis crimen occultum vel testificando, vel denunciando reuelare ad impediendum innocentis iniuriam, & grauamen, etiam & si sub secreto, ac interposito iuramento promiserit illum, neque reuelare, neque denunciare, quemadmodum dicit doctor sanctus. Verùm & hic annotandum est, quòd aliud est reuelare aliquid episcopo, vel superiori vt iudici. Aliud est hoc reuelare ei vt patri, qui prodesse potest, & non obesse, & plerunque obligatur quis ad secundum reuelandi modum, qui tamen neque obligatur, neque potest reuelare secundum priorem modum. Ceterùm & id sciendum, quòd sicut accusatio, quæ solùm fieri potest de publico crimine non obligat accusatorem ad vllam reparationem famæ eius, quem accusauit, quamuis crimen, quod paucis fuerat notum, fecerit venire in publicum, seu in notitiam multorum. Ita & testis reuelans in publico iudicio crimen alterius quod ipse vnà cum altero sibi præfente fieri vidit, perhibens testimonium veritati quam nouit, non aufert actori criminis famam, quin potius actor criminis seipsum infamauit cum publicè peccauit. Atque ita publicatio criminis, quæ per accusationem vel testificationem fit in iudicio publico, neq; famam aufert, neque facit occulti criminis prodicionem, sed solùm facit magis venire in publicum id quod ex natura actus commissi publicum erat, facere autem crimen publicum magis venire in publicum interdum est præceptum ad custodiam, & ad necessitatem iustitiæ in republica. Interdum verò est non præceptum, sed licitum propter aliam vtilitatem aliquam. Et ideo si quis crimen alterius, quod duobus aut tribus est notum, vel ex loquacitate, vel ex odio, vel ex ira, vel ex animo detrahendi reuelet multis, qui hoc ipsum ignorabant, facit quidem contra charitatem, & ex animo proximum lædens grauissimè, & mortaliter peccat, sed non obligatur ad restitutionem famæ, quoniam fama non est ipsi de rigore iustitiæ debita cum peccatum eius sit tam publicum, vt iam iudicialiter, iustaque lege iudicari & puniri possit coram omni populo. Sexta dubitatio erat.

Vtrum homo iustus iam videlicet de crimine seu contumacia pœnitens possit iusta ratione excōmunicari aut fieri, aut esse excōmunicatus. Respondeo ex supradictis, Quamuis nullus possit excommunicatione maiori excommunicari nisi propter peccatum mortale, vtique tamen potest quis esse excommunicatus iam intus Deo per internam charitatem sociatus, veluti dum iusta ratione excommunicatus intus pœnitet & conteritur cum desiderio absolutionis accipiendæ. Sic potest incipere excommunicatus esse, qui extra statum est omnis mortalis culpæ. Nam sicuti iam patuit, potest quis ignoranter fieri excommunicatus pro opere damnato, sciens quidem opus illud esse malum, sed inculpata ignorantia, nesciens canonem, pro opere illo excommunicationem infligere. Vnde & in tali casu D pœnitens perpetrati operis non videtur peccare sese ecclesiæ sacramentis immiscens. Item si quis peremptoriè sub pœna excommunicationis citatus, venire contempserit, deinde cum factum fuerit sibi impossibile præfixo die sese præsentem exhibere ex corde pœnituerit, priusquam contumacia fuerit in iudicio relata, tum iudex postea audiens relationem contumaciæ ipsius, iusta lege sententiam excommunicationis profert in eum pro priori contumacia, etiam iam coram Deo per pœnitentiam deleta. Item secundum canones excommunicatus est, quisquis mandauerit, aut licentiam dederit alteri, vt vel percutiat clericum, vel iniuriam inferat, aut grauamen iudicibus seu alijs personis etiam laicis consanguineis, aut familiaribus, propterea quod sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti protulerint vel fieri procurauerint, vel promulgari fecerint,

22. quest. 33. in corpore. arti. 7.

Testis reuelans crimem nõ aufert famam.

Diminuit famam interdum nõ obligatur ad reparationem

A cerint vel sententiam latam seruauerint, hæc excommunicatio infligi censetur non pro tempore quo mandat, sed pro tempore, quo mandatum suum sortitur effectum, & ideo si re integra, id est, si iniuria nondum illata, is qui mandauit seu licentiam dedit, mandatum ita reuocauerit, vt non sequatur effectus, iam mandans non est excommunicatus. Si verò sequatur effectus, iam mandans est excommunicatus etiam quantumuis de reuocando posse suum fecerit, pœnitueritque priusquam iniuria fuerit irrogata. Neque obstat quòd tempore iniuriæ illatæ mandans ille pœnitens sit in charitate. Quemadmodum enim excommunicatus dum incipit pœnitere, habereque cor contritum ac humiliatum, manet excommunicatus, id est, separatus à communionem sacramentorum, ac diuini cultus actuumque Christianorum, donec per ecclesiæ clauis absoluat. Ita & interdum is, qui in charitate est, potest fieri excommunicatus pro mortali peccato, quod ante commiserat, neque sententia illa excommunicationis ob id censenda est in B iusta quòd feratur contra pœnitentem. De hoc quid sentiant Doctores, habes decretalem. Quicumque de sententia excommunicationis libro sexto, habes de hoc censuram Petri de palude, distinctione decima octaua quarti sententiarum.

Objicies forsitan: Nemo debet ab homine excommunicari, nisi pro contumacia, nam secundum doctrinam Christi quantumlibet peccauerit quis, si fratrem vel ecclesiam corripientem audierit, iam corripientem lucratus est fratrem suum, neque est vltra progrediendum, vt habeatur tanquam Ethnicus & Publicanus, si ecclesiam audire voluerit. Videtur igitur quòd sententia excommunicationis contra absentem pœnitentem lata pro contumacia, de qua iam intus pœnitet sit nulla. Præterea is qui in charitate est, iam de peccato suo pœnitens, non potest iusta ratione communionem sacramentorum priuari, neque ab ecclesia præscindi, neque sathanæ tradi, neque priuari ecclesiæ suffragijs. Videtur igitur neminem in charitate existentem posse, aut esse, aut fieri excommunicatum, C neque à canone, neque ab homine, cum secundum patres excommunicati sint separati à sacramentis & à fructibus orationum, & suffragiorum ecclesiæ.

Respondeo argumentum vtique concludere ecclesiam illam non excommunicare, id est, ponere extra communionem internam, quæ charitate constat, sed non inde sequitur ecclesiam illum non excommunicare seu ponere extra communionem externam fidelium, quæ constat conuersatione societatis Christianæ, & participatione sacramentorum. Et quamuis excommunicatio non nisi pro culpa & contumacia commissa sit infligenda. Ipsa tamen excommunicatio non est culpa, sed pœna, & ideo potest infligi pro contumacia, de qua iam quis intus pœnituit. Quemadmodum malefactor per gratiam Deo intus recōciliatus interdum licitè accusatur, iudicatur ad mortem, condemnatur pro crimine commisso, de quo in foro conscientie coram Deo pœnituit, quandoquidem propter D vtilitatem reipublicæ, expedit plerunque non dimittere crimen impunitum, vt & ceteri timorem habeant. Magni & sancti viri nonnulla peccata morte punierunt, quo & viuentibus metus incuteretur, & illis qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum quod augeri posset si viuerent. Verbis Petri Apostoli Ananias & vxor eius ceciderunt, Actuum 5. Helias multos affecit morte, & propria manu, & igne diuinitus impetrato. Ita & peccator iam intus Deo recōciliatus interdum fit iustè excommunicatus pro mortali culpa, aut contumacia, de qua iam intus pœnitens contritus est, donec etiam satisfecerit ecclesiæ.

Deinde quemadmodum is, qui est iusta sententia propter actualement contumaciam aut mortalem culpam ab homine vel ab iure scienter excommunicatus est, manet excommunicatus. Neque potest se diuinis ingerere, etiam quantumuis fuerit intus pœnitens, contritus de culpa, vel contumacia, propter quam est ex-

communicatus, sed debet iam etiam charitate iustificatus abstinere à communione Christianorum fidelium, & à participatione sacramentorum donec fuerit per ecclesiae claves reconciliatus ecclesiae. Ita & is qui mandauit interfici aut percuti clericum, aut sacerdotem, & is item qui mandat percuti laicum propterea quòd ipsum excommunicari procurauerit, quantumlibet poenitens posse suum fecerit de reuocando mandato, excommunicationis vinculo innodatur. Et id quidem pro eo tempore, quo is cui mandatum dedit, clericum vel sacerdotem interficit, aut percutit, quamuis ipse qui mandauit tempore illo poenitens nequam peccet non potens impedire eum iam absentem, cui mandatum dederat percutiendi, de excommunicatione fulminata in mandantes & in praestantes consilium, vel auxilium ad iniectionem manuum violentarum in clericum, habes decretales. Sicut dignum, de homicidio, & capitulum, mulieres, de sententia excommunicationis. Item ponatur quis iuste pro mortali crimine excommunicari à canone probabiliter ignorans sese excommunicatum esse, is si confiteatur de peccato illo sacerdoti qui eundem absoluet, ritè videtur effectum sacramentalis absolutionis assecutus, postea tamen cum rescierit sese fuisse excommunicatum, tenetur abstinere à diuinis, donec pro peccato illo absolutionem ab excommunicatione impetrauerit. Et cum in argumento assumitur is qui peccauit, si correptus ecclesiam audierit, iam est frater Christo acquisitus, neque potest iusta ratione priuari comunione sacramentorum. Respondeo eum sic poenitentem iam esse acquisitum Christo, sed non inde sequitur eum non posse iusta ratione ad tempus priuari sacramentorum comunione, nam & propter veniale peccatum innodatus minori excommunicatione, item publicè poenitentes etiam à perceptione eucharistiae prohibentur, deinde & homines plerumque absque propria culpa propter suspensionem vel interdictum ab ingressu ecclesiae à diuinis & à perceptione sacramentorum arcentur. Sed huiuscemodi difficultates forsitan volet quispiam euadere, & dicere in supradictis casibus homines fieri excommunicatos, non cum sunt in charitate & poenitentes, sed cum sunt in mortali peccato & contumaces, & reddunt sese impotentes ad comparandum in iudicio, vel ad iniquum mandatum cum effectu reuocandum, veluti cum is qui citatus est ad comparandum, aut qui mandatum vel consilium dedit ad clericum percutiendum, negligit transire tempus, quo erat sibi possibile comparere, & percussione cum effectu impedire, reuocando mandatum, nam & vsq; in tempus

*
¶ Cum auctor plurima his connectenda decreuisset (interim dum tertius excuderetur liber) ad perfectum deducere: morbo correptus, antequam hæc facere posset, factis concessit, vt in huius libri praefatione diximus.

IOANNIS

A Ioannis Driedonis à Turnhout

Sacrae Theologiae Professoris apud Louanenses,
De libertate Christiana,

LIBER TERTIVS.

Caput primum, in quo recitantur argumenta, quibus demonstrari videtur, leges constitutionesque humanas repugnare libertati Christianae, easque in foro conscientiae non obligare.

Reliquum est in hoc libro aduersariorum obiecta diluere, nosque difficultatum & perplexitatum dissoluere. Et quia hoc congruè praestare non possumus, nisi eorum argumenta repetamus, plurimamque adijciamus, quae videntur scrupulos ac difficultates ingerere, congruit primum recitare argumenta quaedam sophistica, quibus probari videtur esse contra Christianam libertatem, adijcere diuinis praecipis vllas leges humanas aut constitutiones, quae sint obligatae in foro conscientiae. Primum argumentum recapitulat scripturas in principio huius libri pro Christiana libertate allatas. Vbi spiritus Dei, ibi libertas. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Iusto non est lex posita, sed impijs, periuris. Spiritualis omnia iudicat, ipse verò à nemine iudicatur. Ex his & id genus scripturis alijs videtur consequens esse homini iusto, qui in actibus suis spiritus sancti imperio ducitur, non esse praescribendas vllas leges de externis rebus, de quibus Christus & Apostoli nihil praecipunt. Praeterea minor atque infirmior est lex humana, quam lex diuina veteris testamenti secundum caeremonialia & iudicialia praecipia, sed lex diuina secundum illa praecipia non ligat hominem iam liberum Christiana fide & charitate. Videtur ergo vnumquemque Christianum, iam factum adoptionis filium, ac liberum à praecipis iudicialibus veteris legis, non posse constriungi vlla lege aut constitutione humana, obligante transgressorem sub poena peccati, aut sub reatu aeterni supplicij, nisi & simul accedat naturalis, aut diuini iuris obligatio, seu necessitas, quae ligaret, seclusa etiam omni humana lege ac praecipione. Et confirmatur argumentum. Lex Moysi, si iuxta Pauli doctrinam, cessauit adueniente fide in Christum; propterea quòd lex illa solum fuit paedagogus in Christo, dicente Apostolo: Lex paedagogus noster fuit in Christo, at vbi venit fides, iam non sumus sub paedagogo. Paedagogus autem dicitur, qui pueros agit & ducit, eos ab illicitis reprimens, & ad recta dirigens timore poenarum. Cum ergo omnis lex positiua, seu humana solum detur vt sit paedagogus in Christum, vt per illam scilicet coerceatur paruulorum petulantia, contumaciumque hominum insolentia, & per illam curentur atque proficiant homines ad fidem & charitatem Christi. Consequens videtur hominem iam habentem fidem & charitatem, non constriungi vlla lege positiua. Lex euangelij est sufficiens ad salutem, nam aliud nihil Christus suis discipulis imposuit, quam vt euangelium praedicarent omni creaturae. Eunt, inquit, in vniuersum mundum, praedicate euangelium omni creaturae. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et planius apud Matthaeum: Eunt, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quaecunque ego praeciui vobis, non dicit, docentes eos seruare, quae ego praeciui vobis, & quae praelati sunt vobis praecipuri. Quod & Apostoli fideliter exequentes, nusquam in scripturis

Argumentum primum
2. Cor. 3. d
Gala. 5. c
1. Tim. 1.
1. Cor. 2. d

Gala. 3.

Argumentum II.

Marc. ult. d

Matth. 28. d

in scripturis sacris leguntur præceptis euangelij vlla adiecisse præcepta humana. & confirmatur argumentum. In veteri lege Pontifices aut principes, non poterant præceptis Dei adijcere vlla alia præcepta, quemadmodum dicitur Deutonomij quarto: Nunc Israel audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te, non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Quod ego præcipio tibi, hoc tantum facito, nec addas quicquam, nec minuas. Neque Adam primus parens legitur filijs suis vllas dedisse leges. Neque Petrus, neque Apostolus Paulus, neque cæteri Apostoli in scripturis sacris leguntur vllas condidisse leges, aut vlla decreta. Vnde & decreta quæ dicuntur Apostolorum canones, quorum meminerunt Isidorus & Gratianus, sumpta sunt ex Apocryphis scripturis, neque vllus antiquorum patrum illorum meminit. Doctrina euangelica si sufficiat cuilibet ad salutem, continet ergo omnia ad salutem necessaria. Atque ita consequens videtur, potestates humanas, videlicet principes aut Pontifices, non posse nouas leges condere, aut instituire obligantes sub reatu æterni supplicij. Reatus æterni supplicij est quid supra tribunal humanæ potestatis, non de foro mortalis hominis, sed de foro solius Dei immortalis. Videntur ergo ecclesiarum prælati, non habere potestatem sic obligandi sub reatu æterni supplicij, quod neque ipsi possunt transgressoribus inferre. Ecclesiarum principes atque prælati sunt, quibus data est à Deo potestas, non ad onerandum miseras hominum animas, non ad laqueum & periculum animarum, sed ad populi ædificationem & vtilitatem, non possunt ergo viam qua itur ad regnum cælorum, facere magis difficilem, ac onerosam. Superaddere autem Christianæ legi præceptisque decalogi alias quasdam leges, aliaque præcepta, quorum transgressiones sunt subditis vel laqueus vel periculum venialis aut mortalis culpæ, est viam Dei, qua itur ad regnum cælorum, facere magis arduam & onerosam, & difficilem. Vnde & ipse Christus videtur idcirco coarguisse Scribas, & Phariseos, præsumentes populum Iudaicum alijs factitijs legibus onerare. Alligant, inquit, onera graua, & importabilia, & in humeros hominum imponunt, digito autem suo nolunt mouere illa. Phariseis item accusantibus discipulos Christi, quod transgrederentur traditiones Seniorum, respondit Christus: Hypocritæ bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labijs me honorat, &cet. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas & mandata hominum. Videtur igitur non esse in potestate prælatorum. Christianæ legi addere alias leges sub reatu æterni supplicij obligantes. Leges humanæ, si vim habeant obligandi, solum ligant secundum rationabilem intentionem præipientium. Intentio autem prælati aut ecclesiæ præipientis videtur neq; esse rationabilis, neq; prodiens secundum charitatis spiritum, si velit fragiles homines positiuam legem transgredientes obligari ad culpam, siquidem hanc possit impedire intendens obligare illos ad solam temporalem pœnam. Vnde Papa ecclesiæ pater locum tenet Christi, qui vult omnes saluos facere, & perdere neminem. Debet igitur benignitatem illius imitari, & gestare in suos subditos viscera misericordiæ. At si nouam suam legem ipse cõstituat, cum obligatione ad mortalem culpam, quomodo subditorum saluti studet? Cur non magis habet rationem infirmitatis humanæ, quæ nunc per negligentiam, nunc per fragilitatem humanam huiusmodi constitutiones prætermittit. Superiores potestates solum sunt ordinate à Deo, ad dirigendum & erudiendum populum rebellem naturali ac diuina lege, & ad coercendum eos, qui transgressores sunt naturalis aut diuine legis, aut pacis, aut tranquillitatis reipub. turbatores. Videtur ergo humana lex, aut cõstitutio solum esse vtilis, quando talis est, quæ temporali pœna coercet eos, qui transgressores sunt dininarum institutionum. Antecedens patet. Nam secundum scripturas, qui populo

Argumentum. III.

Argumentum. IIII.

Matth. 23. a

Matth. 23.

Argumentum. V.

Argumentum. VI.

A populo præsidet, habet potestatem non super iustos, quàm diu manserint iusti, sed super improbos solum, dicente apostolo Paulo. Iusto lex non est posita, sed adu-
 teris, impijs & sceleratis. hoc est, lex superioris pœnam statuens transgressori diuinae legis posita est, non propter iustos, qui sua sponte, amoreque iustitiæ faciunt ea, quæ sunt diuinae legis. Sed propter rebelles inobedientes, id est, transgressores, aut naturalis, aut diuinae legis. Lex, inquit Paulus, propter transgressores posita est, vt lasciuiens atas, inquit Hieronymus, metu pœnæ refrenetur. Vnde & Apostolus ad Romanos, cum dixisset: Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subdita, tandem adiecit: Si malum feceris time, non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex seu ultor in iram ei, qui malè agit. Neq; videtur suffragari, quòd defensores humanarum, & ecclesiasticarum potestatum, pro se adducunt verbum Saluatoris, dicentis: Si eccliam Dei non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, in quo præsertim loco probata videtur potestas ecclesiastica, quam habet prælatus nomine ecclesiæ in populum Christianum. Nam hoc ipsum Christi verbum magis obuiare videtur. Manifestum enim est ex coherentia sententiarum, verbum Saluatoris acceptum esse in eo casu, vbi admonitus quispiam, seu correptus, vt faciat id quod est diuinae legis, vt scilicet peccare desistat, respiscensque pœnitentiam agat. Tunc enim si audire noluerit, manseritque incorrigibilis, habendus sicut Ethnicus & Publicanus est, hoc est, à consortio Christianæ ecclesiæ abhorribilis & detestabilis. Saluator igitur cum non loquatur ibidem de obedientia præstanda ecclesiæ super posituius legibus, aut mandatis humanis, sed de obedientia præstanda, super faciendo aliquo opere, ad quod quisque diuino iure obligatur. Consequens videtur ex huiusmodi scriptura non posse concludi, eum habendum esse vt Ethnicum & Publicanum, qui non est prælato ecclesiæ obediens, nisi cum rebellis est prælato, aut corripienti, aut punienti crimen aliquod commissum contra diuinam legem, aut præcipienti aliquid, quod alias diuina lege æquum, & iustum est. Si ergo potestas superioris in scripturis fundata est solum ad erudiendum, corripiendum, corrigendum & arguendum transgressores diuinae legis, vt & ipsi, & cæteri timorem habeant. Consequens videtur, nullam esse superioris præceptionem, quæ ad culpam obliget transgressorem. Sed solum leges & constitutiones humanas tunc vtilis & recipiendas, quando coercent temporali pœna eos, qui sunt transgressores legis Christi. Præterea si transgressio quelibet humanæ legis sit culpa, consequens erit, ex abundantia humanarum legum, & constitutionum abundare & delicta. Inutile autem ecclesiæ, quicquid fuerit occasio mali, vnde abundant delicta in ecclesia. Expediret igitur potius sublatis esse omnes cõstitutiones humanas quàm tot multiplicatis præceptis populum onerare. Cuilibet Christiano ad vitam æternam assequendam sufficit obseruatio mandatorum decalogi. Nam adolescentulo interroganti quidnam sibi foret necessarium ad assequendam vitam æternam, Respondit Christus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & exponens decalogi præcepta, nihil commemorat de obseruandis cõstitutionibus humanis, quin potius coarguit scribas & Phariseos, ex. 29. cap. Esaiæ, vbi dicitur: Timuerunt me mandato hominum, & doctrinis, Ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo, Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Lex euangelica secundum doctrinam Apostolorum ex institutione Christi, est lex libertatis, respectu legis veteris, quæ respectu nouæ legis, fuit lex seruitutis. Apostoli autem definierunt legem euangelij esse legem libertatis, nõ ex eo solummodo, quòd à dominio peccati liberat, sed & propterea quod minus onerat, præceptaq; pauciora, ac leuiora habeat, quàm olim habuit lex Moyse. Christus nempe appellat iugum suum suauem, & onus leue. Vnde & Apostoli

1. Tim. 1. b

Gala. 3. e

Rom. 13. a

Matth. 23. b

Argumentum. VII.

Matth. 23. c

Argumentum. VIII.

Matth. 23. d stoli in concilio congregati defnierunt: Homi-
Act. 15. nibus non esse imponendum iu-
 gum præceptorum veteris legis, propter ipsorum præceptorum & grauitatem,
 & multitudinē. Quid tentatis Deum, inquit Petrus, imponere iugum super cer-
 uices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus. Sed per
 gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. Et
 adijcitur in concilio Apostolorum. Visum est nobis & spiritui sancto, nihil ultra
 imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis, &c.
 Si nihil oneris ultra voluerunt imponere, noluerunt igitur imponere seruitu-
 tem, neque maiorem, neque tantam, quanta fuerit veteris legis seruitus.

Quum ergo canones & decreta pontificum, leges & constitutiones humanæ
 sint multo grauioribus & plures, quàm præcepta veteris legis, consequens vide-
 tur prælatos ecclesiæ non bene agere, adijcetes legi euangelicæ tantam huma-
 narum legum & constitutionum multitudinem. Sic & venerabilis Augustinus
 suo seculo attendens graue onus humanarum traditionum, eos, qui huiuscemodi
 traditionibus comprimebant populum, arguit. Ipsam, inquit, religionem no-
 stram, quam Dei misericordia manifestissimis, & paucissimis celebrationū sacra-
 mentis voluit esse liberam, seruilibus quidam premunt oneribus, vt tolerabilior
 sit conditio Iudæorum, qui legalibus sacramentis, non humanis præsumptioni-
 bus subijciuntur. Si suo tempore dolebat Augustinus, quid hac nostra tempesta-
 te, inquit Gerson, dixisset, vbi per varietatem temporum, incredibilis accessit
 humanarum præsumptionum varietas. Præterea lex euangelij ab Apostolo Ia-
 cobo, vocatur lex perfectæ libertatis. Quicumque perspexerit, inquit, in lege
 perfectæ libertatis, & permanserit non auditor obliuiosus factus, sed factor ope-
 ris, hic beatus erit in factu suo. Videtur ergo per legem euangelij, Christianos
 non esse subiectos legibus alijs, quàm euangelij legibus. Si qualibet superio-
 rum hominum mandata, vel instituta, tantæ sint efficaciam, vt in foro conscientie
 teneamur illis parere seu obedire, consequens erit omnem humanæ legis trans-
 gressionem esse peccatum inobedientie. Cum igitur omnis obedientia sit cri-
 minale peccatum, reliquum est hominem sub homine, aut vix, aut nequaquam
 posse saluari, cum tanto cumulo mandatorum, quæ prælati etiam interdum per
 incuriam præcipiunt. Videtur autem difficile vel omnino impossibile, inter-
 dum non præuaricari. Omnem autem inobedientiam esse criminale pecca-
 tum, videtur docere scriptura. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi
 scelus idololatriæ est nolle acquiescere. Vnde & prima præuaricatio damna-
 bilis erat, quia Adam non obediebat. Transgressio humanæ legis nun-
 quam est peccatum, nisi simul concurrat lex naturalis, aut diuina, quam demon-
 strat seu insinuat lex humana. Atque ita consequens videtur transgressorem pec-
 care & reum fieri, non propter transgressionem præcepti humani, sed propter
 transgressionem legis Dei. Nam sic Gerson Cancellarius Parisiensis dicit, quod
 solus Deus potest dare præcepta affirmatiua, vel negatiua sub pœna mortis æter-
 næ, quia illam solam potest ipse infligere, legislator non potest transgressorem sue
 legis sub vlla pœna obligare quam ipse non potest inferre, & ideo nullus reatum,
 inquit, æternæ mortis incurrit, nisi quatenus diuinæ legis transgressor extiterit.
 Ad hoc, inquit, est autoritas Augustini describentis peccatum esse
 factum, dictum, vel concupitum contra legem Dei æternam. Lex autem
 humana temporalis est, & mutabilis. Præterea nemo potestatem, inquit, ha-
 bet infundere alteri gratiam, nisi solus Deus, ergo neque eripere eam alte-
 ri quispiam potest, præter Deum solum. Ipse solus habet clauis vitæ & mor-
 tis, ipse aperit, & nemo claudit, ipse claudit, & nemo aperit. Præterea nul-
 lus legislator potest, inquit, præcipere interiorem actum, & ideo quantumlibet
 per

*Ad Inquisitiones
 Januarij
 lib. 2. c. 19.*

*Gerson lib. de vi-
 ra spiritali
 anima.
 Iacob. 1. d*

*Argumen-
 tum. IX.*

2. Reg. 15.

*Argumen-
 tum. X.*

*Lecl. 4. de vi-
 ra spiritali ani-
 ma.*

A per suas leges intendat subditos fieri meliores ac sanctiores, tales tamen fines non
 cadunt sub præceptis legum, sed actus solùm externi, atque ita non erit, inquit,
 transgressor humanæ legis, vt humanæ, quæ etiam & si violetur cum peruersis in-
 tentionibus, ex hypocrisis vel vana gloria, non est transgressio humanæ legis, sed
 diuinæ. Ex eo aut quod quis plerumq; mortaliter peccat, transgrediendo legem
 humanam, non sequitur, inquit, constitutionē purē humanam in foro conscientie
 obligare ad mortale peccatū. quemadmodum si medicus peritus dicat Petro, do
 tibi legem pro vita corporis tui seruanda, quam si transgressus fueris, morieris.
 Non bibas vinum purum hoc triduo, hic manifestum est, inquit, medicū non ha-
 bere facultatem condendi legem in foro conscientie obligantē sub reatu æterni
 supplicij, & tamen in hoc casu, ægrotus faciens contra medici præscriptū, reus
 efficitur, non propter transgressionē præcepti medici, sed propter transgressionē
 legis diuinæ, vel naturalis præcipientis: Nolite vos inebriari vino, Nolite vos
 occidere. Vnde hinc orta videtur opinio eorum, qui dicunt transgressionem hu-
 manæ legis nunquam esse mortale peccatum, nisi propter superioris contem-
 ptum, aut libidinem in creaturam, aut propter similem causam, quæ aliàs non
 antecedente superioris lege inducerent mortalia peccata. Item Bernardus in lib.
 de dispensatione & præcepto, crebrius & repetitis vicibus, definit inobedienti-
 am non esse criminalem, nisi adfit superbiæ contemptus, veluti cum est contenti-
 osa, & recalcitrans voluntas. Vnde tradens vniuersalem regulam sic loquitur:
 Vniuersorum quæ per se & propter se nec bona sunt, nec mala, aut diuina institu-
 tione, aut propria professione non iussa, licitè quidem vtrinq; vel admittuntur, vel
 omittuntur. Iussa verò sine culpa non negliguntur, sine crimine non contemnuntur.
 Vbiq; enim culpabilis est neglectus, contemptus verò damnabilis. In mandatis ve-
 rò diuinis res aliter sese habet. Nam adulteriū quocunq; fiat animo, siue ex negle-
 ctu, siue contemptu, est criminale peccatum. & infra: Quauis omnis inobedi-
 entia sit inexcusabiliter culpabilis, nulla tamē letaliter criminalis, nisi quæ contem-
 ptum superbiæ non euitat, nulla æternaliter damnabilis, nisi quam remediū pœ-
 nitentiæ non sanat. Sed exemplis clarius elucescet, quod dicimus, si iubente supe-
 riore (vt fileam verbum mihi forte per obliuionem elabitur) reum me fateor in-
 obedientiæ, sed venialiter. Si ex contemptu sciens, & deliberans sponte in verba
 prorupero, & rupero silentij legem, criminaliter me præuaricatorem constituo,
 tandem tradens illic documentum, quo dignoscamus qualem vocet inobedi-
 entiam & contemptum, citat verbum Samuelis dicentis: Quasi peccatum ariol-
 andi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere. Non ait Sa-
 muel, non acquiescere, sed nolle acquiescere. Neq; enim nolle obedire, id ipsum
 est, quod non obedire, quia non obedire interdum est erroris, nonnunquam infir-
 mitatis. Nolle verò obedire odiosa, & contumaciæ non ferendæ. Ex his refert
 ibidem Bernardus: Non ergo qualiscunq; mandati præteritio criminalem facit
 inobediētiam, sed repugnare, & nolle obedire. Totiens autem sine crimine trans-
 greditur, quotiens in transgressorem defuerit huiuscemodi recalcitrans, & con-
 tentiosa voluntas. Hæc Bernardus. Sumit media quibus probari videtur, non oportere
 obedire vlli imperio, seu legi voluntatis humanæ. Nam sola diuina voluntas
 semper est recta. Humana autem voluntas errare potest & deficere, non tenetur
 ergo homo obedire regulæ, seu legi humanæ, nisi & ipsa sit eadem regula diuinæ
 voluntatis. Quisquis enim alteri obedire debet, voluntatē alterius hoc præcipiē-
 tis tenetur accipere tanq̄ regulā suæ actionis à prima iustitia indeclinabilē. Nam si
 à regula iustitię deuiabilis sit, iam quis conformando se illi obediendo posset pec-
 care. Præterea cōtingit principes, prælatos nonnunq̄ esse ambitiosos, auaros, forni-
 carios, non pascentes gregem commissum, neq; verbo, neq; exemplo, quorum ca-
 thedræ

B

C

D

1. Reg. 15.

*Argumen-
 tum. XI.*

A thedræ sunt, quales David pronunciauit, pestilentia cathedras. Pestilentia autem cathedra non est Christi, sed sathanæ cathedra. Fugere igitur oportet huiusmodi cathedras. Et ita videtur non esse obediendum præceptis eorum. Vnde **1. Ioann. 1. c.** Apostolus Ioannes: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum, nec aue ei dixeritis. Et ne hoc de hæreticis solum putaretur intelligendum, videamus & de hoc scripturas innumeras, quibus præcipitur, vt separemus nos de medio hominum peccatorum, & abstrahamus nos ab omni fratre ambulante in ordinatè ab avaris, & fornicatoribus, & c. Beatus Apostolus Paulus **1. Thim. 3. b.** non modo consulit, sed & iubet vt à talibus recedamus. Denunciamus, inquit, vobis in nomine Domini, vt recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinatè, & c. Exite, inquit propheta, de medio eorum, & separemini ab eis, & immundum ne tetigeritis. Caterùm in scripturis significantur prauorum sacerdotum sacrificia, & sacramenta esse immunda, & displicere Deo. Victimæ impiorum abominabiles Domino. Maledicam benedictionibus vestris. Item, Ne offeratis vltro sacrificium frustra, Incensum abominatio mihi, Iniqui sunt cœtus vestri, calendæ vestras & solennitates vestras odiuit anima mea, cum multiplicaueritis orationem non exaudiam, manus enim vestræ sanguine sunt plenæ. Item, **Isa. 66.** Facinorosus qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat, & qui offert thus, quasi qui benedicat idolo. Item, Sacrificia eorum quasi panis luctus, omnis qui manducabit ex illo inquinabitur. Apostolus prohibuit non modò sacramenta, sed nec escam sumere cum his qui criminaliter peccant, quos & propheta redarguit. Si videbas, inquit, furem, currebas cum eo, & cum adulteris potionem tuam ponebas. Et iterum, Odiui, inquit propheta, ecclesiam malignantium, Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum Domine. Si eximius ille propheta David oderit ecclesiam malorum sacerdotum, & non introierit ad eam, Consequens est debere nos idem facere. Amplius autem manifestum est per illos solum remitti peccata, qui spiritum sanctum habent. Christus nempe cum post resurrectionem discipulos mitteret, ait, Sicut misit me pater & ego mitto vos, hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit, accipite spiritum sanctum, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & c. Quo in loco ostendit eos solum posse peccata remittere, qui spiritum sanctum acceperant. Sic argumentatur Cyp. Alex. & Nicolaus papæ, ceterique martyres, vt patet in decretis. 24. quæst. 1. per totum. Vnde Ambrosius in lib. de penitentia. Ius remittendi peccata rectè vendicat ecclesia ea, quæ veros habet sacerdotes. Hæresis autem vendicare non potest, quæ sacerdotes Dei non habet, ligandi & soluendi potestas veris non falsis sacerdotibus à Domino tradita est. Christus enim dicturus Apost. quorum remiseritis peccata, præmisit: Accipite spiritum sanctum, vt euidenter cunctis ostenderet eum, qui spiritum sanctum non habet, non posse tenere, vel remittere. Porro spiritum sanctum nemo nisi intra ecclesiam accipit, Sicut autem extra ecclesiam non accipitur, ita extra ecclesiam, nihil operatur. Cum ergo remittere vel retinere peccata, excommunicare, vel reconciliare, opus sit spiritus sancti, & virtus Christi, Consequens videtur, quòd hi qui extra ecclesiam sunt, non possunt neque ligare, neque soluere, neque excommunicare, neque reconciliare. Quicumq; ab unitate ecclesiæ, quæ per Petrum intelligitur, fuerit alienus, execrari potest, consecrari non valet, maledicendi vel benedicendi potestatem minimè habet. Hæc omnia vide si placeat. 24. quæst. 1. cap. Audiuimus. Huiusmodi argumentis vsus Cypr. in epistola ad Magnum, probat schismaticos & hæreticos, cum non habeant spiritum sanctum, non posse verè baptizare. Et iccirco homines baptizatos ab eis, esse rebaptizandos baptismo ecclesiæ. Et in epistola ad Cornelium papam. Oportet, inquit, mundari & sanctificari prius aquam à sacerdote, vt possit baptismo

A baptismo suo peccata alterius abluere. Quomodo autem mundare, aut sanctificare aquam poterit, qui & ipse immundus est, cum Dominus dicit in libro Numerorum, Omnia quæcunq; tetigerit immundus, immunda erunt: aut quomodo poterit filium spiritualem facere, qui carnalis est? dicete Iohanne, Quod factum est de carne, caro est. Aut quomodo potest remissionem peccatorum, aut spiritum sanctum dare, qui & ipse sua peccata deponere, & spiritum sanctum habere extra ecclesiam non potest? Vnde & in secunda canonica Iohannis, Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim aue illi dixerit, communicat operibus illius malignis, ergo non licet in receptione sacramentorum communicare illis. Præterea eum qui baptizatur, necesse, inquit, est vngi, vt accepto chrismate, id est vnctione, possit esse vnctus Dei, & habere olium gratiæ, sanctificare autem non potest olei creaturam, qui nec ecclesiam habet nec altare. Hæc Cypriani argumenta probantis apud hæreticos & schismaticos, nec esse verum altare, nec verum sacrificium, nec verum chrisma, nec veram eucharistiam, nec verum baptisma, nec potestatem remittendi peccata, sed omnia eorum sacramenta esse irrita, inania, falsa, Deo exosa, non Christi, sed falsa sacramenta. Et scripturæ quibus demonstrat hoc, æquè demonstrat id ipsum de sacramentis & sacrificijs omnium in ecclesia prauorum sacerdotum, qui nec ipsi mundi sunt, nec spiritum sanctum habent. Ex quibus videtur consequens esse nos non posse communicare prauis & malis pontificibus, & ita videmur non obligati obedire illis. Quod & confirmari posse videtur hac ratione, Eis qui non sunt membra ecclesiæ, non est communicandum vt hæreticis, schismaticis, & excommunicatis. Sed prælati perseverantes in crimine, qui non flent cum flentibus, nec gaudent cum gaudentibus, non sunt ecclesiæ membra. Nam & Apostolus certum tradit argumentum, quo valeamus membra internoscere. Si gaudet, inquit, vnum membrum, congaudent omnia membra. Si autem patitur vnum membrum, omnia patiuntur. Non potest igitur esse spiritualis ecclesiæ membrum, quod nullum habet spiritualis vitæ officium. Præterea ecclesiæ membra debent esse vnus societatis, & vnus ciuitatis, & corporis vnus, sed non potest esse vna societas, vna ciuitas, vnum corpus iusti & impij. Omnis enim iustus, est membrum in corpore Christi, & habitans in ciuitate Dei, omnis autem impius est membrum in corpore diaboli, & habitans in terrena ciuitate diaboli, dicente Salvatore ad impios Iudæorum pontifices, Vos ex patre diabolo estis. Quod & videtur significasse Paulus Apost. Quæ societas, inquit, lucis ad tenebras? quæ conuentio Christi ad Belial? Et, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Et Ieremias, Quid palea cum tritico? Et videamus an ne plana sit hæc sententia Aug. dicentis, Non existimo quemquam ita despere, vt credat ad ecclesiæ unitatem pertinere eum, qui non habet charitatem. Pontifices igitur fornicarij, auari, ebriosi, cum non habeant charitatem, non videntur esse ecclesiæ membra, & ita nec ecclesiæ capita, quibus teneamur obedire. Postremum Paulus Apost. ad Heb. iubens, vt præpositis obediamus & subiecti simus, causam adiicit, Ipsi enim, inquit, peruigilant, tanq̄ rationem pro animabus vestris reddituri. Sed in huiusmodi præceptis, quæ causam habent, cessante causa, cessat & effectus, seu vis obligationis. Videmur ergo non obligati obedire præpositis, qui semetipsos pascentes, nullum impendunt pastoralis curæ officium. Vnde & tales prælati, non faciunt fructus beneficij suos, cum beneficiū temporalium fructuum detur propter spirituale officium. Idem quoq; videtur posse concludi de obsequijs, veltigalibus soluendis principibus, qui curam non gerunt pacis & tranquillitatis in repub.

Contingit ecclesiarum prælatos, principes, & potestates seculares ad principatus, ad dignitates ascendere, non vocatos inspiratione diuina, nec missos à Deo,

sed seipfos

Iohann. 3. a

1. Corin. 12. d.

Iohann. 8. f.
2. Cor. 6. c
Eod. Hic. 23. f.
Lib. contra Crisostomum Gratianicum. c. 29.

Heb. ult.

Arg. XII.

sed seipfos ex ambitione intendere, & ingerere ex auaritia, & dominandi libidine, quales contingit esse praelatos huius seculi, qui ambiunt dignitates, nō vt profint, sed vt præsint: nō vt pascant, sed vt pascantur, quales describit Oseas propheta, Ipsi regnauerunt, sed nō ex me, principes extiterūt, & nō nisi illos, vbi translatio. 70. habet, Ex semetipsis regnauerunt, & nō per me principes extiterunt. Sed praelati tales nō vocati à Deo, tanq̄ Aaron, semetipfos ex auaritia, & dominandi libidine ingerētes, nō sunt veri praelati, neq; veri pastores. Nam vt ex superioribus patet, pastoralis cura descēdit secundū succelsionis seriē à Christo per Apostolos ad vnumquēq; Cū ergo videamus nonnullos in ecclesia ad praelaturas sic ascēdere, consequens videtur, nos non oportere obedire illis, tanquam veris praelatis.


Osee 8. a

Argumentū XIII.

19. de ciuit. Dei cap. 21.

Argumentum decimum tertium sumptum ex doctrina August. quo probari videtur Christianum inter gentes cōmorantem, nō oportere obedire legibus gentium. Nam inter gentes absq; fide in Christum, neq; vllum ius verū, neq; vlla iustitia vera potest esse. Quod enim iure fit, iuste fit: vbi autē iustitia non est, ibi & lex neq; iusta esse potest, neq; vtilis, sed apud nationes gentilium non est vera iustitia. Hęc nempe, vt inquit August. est virtus sua cuiq; tribuēs. In gentibus autē à fide Christi alienis, nulla, vt inquit Aug. est virtus, quæ cuiq; sua distribuit. Neq; enim cuiq; suū distribuit, qui seipsum Deo vero à quo factus est, tollit, & malignis spiritibus subdit atq; seruit. Lex igitur apud eos nulla videtur esse iusta, sed quod neque sit vtilis, patet, quia nihil est verē vtile nisi quod ad veri boni cōsequutionē potest conducere. Quod verò ad hoc non confert, nec ipsum vtile est, nec eius adeptio lucrium. Et hęc videtur esse resolutio August. 19. de ciuit. Dei. ca. 21. & sequētibus docētis apud Romanos à vera fide alienos, nō fuisse neq; verā repub. neq; verū cōtūm hominū iuris cōsensu, & vtilitatis cōmuniōe sociatū, quia veri iuris, & veræ vtilitatis consensus geri non potest sine iustitia. Hęc & id genus alia sunt argumenta, quibus commonstrari videtur populum per libertatē Christianam prorsus esse liberum & immunem à lege humana.

Caput secundum, in quo pro supra dictorum argumentorum solutionibus ex superiori libro generalia quaedam recapitulantur.



Elíquum est iam vt cōmonstremus argumenta supradicta prorsus esse lubrica, nullius roboris aut efficacis ex scripturis sacris perperam intellectis, cōhēta ab hereticis, qui sub mellito Christianæ libertatis nomine aspernantur omnē omnīū atātū & venerandorū patrum antiquitatē, confingentes falsissimas & iam olim reprobatas, aut nouas sacrarū scripturarū interpretationes. Quām autē sint absurda, & q̄ absōna horū dogmata, poterimus attēdere, si primū consideremus ex supradictis, quæ sit Christiana seu euangelica libertas in scripturis sacris cōmendata: ad quam rectē intelligendam, semper oportet prē oculis habere indubitātā catholicæ fidei regulā, omnē videlicet hominē ex trāsgressore Adā propagatū, iusto Dei iudicio esse regno cœlorū spoliatū, nāci peccati seruū, filiū iræ, vinculo damnationis & mortis æternæ obstrictū, qui si permetteretur viuere vt vellet in omne genus vitiorum præcepseret, diuinæ autē bonitatis misericordia nolens cōtinere in ira miserationes suas, prouidit nobis Iesum saluatore, qui ab his malis liberaret genus humanū, & restitueret nobis in eum credentibus vitam æternā, quā in Adam perdidideramus omnes. Atque ita libertas hęc per Christū nobis impensa, accipiēda est, nō corporalis libertas, quæ est ab incōmodis huius corporalis vitæ, aut ab obedientia subiectionis debite superioribus magistratibus, principibus, parētibus & pōtificibus huius seculi, sed est spiritualis, qua liberamur ex ore leonis, & tyrānide vitiorū, à captiuitate demoniorū, à vinculo dānationis, mortisq; æternæ, à volūtate peccādi, vt deinceps

Catholicæ fidei regula.

Libertas Christiana que sit.

viuat

A viuat in charitate ordinata, debitū videlicet seruans ordinē erga Deū, erga parentes, præpositos, & superiores potestates in repub. à Deo ordinatas erga equales & inferiores singulos, non inuitus aut coactus metu, sed ex voluntario & spontaneo amore deinceps vitā suā agat in Christo Iesu, debitum tribuens vnicuiq; secundū personarū conditionē & qualitatē: cui obedientiā obedientiā, cui reuerentiā reuerentiā, cui honorē honorē, cui timorē timorē, cui tributū tributū, cui vestigal vestigal. Hęc est plana Pauli Apost. doctrina multis in locis. Ad Rom. 13. cū dixisset, Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, & idcirco nos oportere subditos esse superiori potestati, nō solum propter iram seu vindictam præsentis vitæ, sed & propter conscientiam: mox concludit, Reddite ergo singulis debita, vt tributum, vestigal, honorem, & nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicē diligatis. Liberati à peccato, serui estis facti iustitiæ, vt non secundum carnem, sed secundum legem spiritus vitæ ambuletis. Item ad Ephesios: item & ad discipulum suū

Eph. 5. 6. Tit. 2. 3.

B Titum episcopum, edocēs quemadmodum erudire suū gregem quisque debeat, & quemadmodum erga alterum sese habere oporteat, sua cuiq; præcepta constituit, filiis, seruis, vxoribus, plebi insuper & omni populo, rursus episcopis, parentibus, dominis, maritis, regibus, & principibus. Filiis, inquam, vt parētibus suis honorem tribuant & obediant: parentibus autem, ne filios ad iracundiam prouocent, sed erudiant ac doceant. Seruis, vt subditi sint dominis in omnibus, non contradicentes, non fraudantes. Dominis autem ne sint amari & iracundi ad seruos suos, considerentq; quod suorum & illorum Dominus in cœlis est. Vxoribus vt maritis suis obediant, & subijciantur sicut dominis, quoniam vir caput est mulieris, cui & dictum est, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Maritis, vt diligant vxores suas, plebi insuper & omni populo vt subditi sint, & obediant principibus & potestatibus, & vt de medio auferant, ac interdum tolerant, secumque viuere sinant inutilia membra, ne dum hęc præscinduntur, periclitetur

Doctrina Apost. Pau. docentis, quo nam pacto quisque sese erga alterum habere debeat.

Gene. 3.

C corpus ecclesiæ. Hęc est tranquillitas ordinis membrorū corporis Christi, quod est ecclesia, quem si sustuleris à repub. mox erunt omnia cōfusa & turbata, ac seditionis plena. Apost. in epist. ad Rom. postq̄ in cap. 12. mandauerat esse secūda cœlestis iustitiæ legē, quæ est cœlestis & charitatis diuinæ, mox in principio cap. 13. iubet etiam præsentis iustitiæ legem custodiri, quæ, vt inquit Ambrosius, nisi fuerit obseruata, lex cœlestis iustitiæ custodiri non potest. Lex enim præsentis iustitiæ quasi pædagogus quidam est, paruulos imbuens. Omnis anima, inquit, potestatibus sublimioribus sit subdita. Et ne quis putaret hanc subiectionem non esse diuinitus constitutam, & huiusmodi potestatum leges atq; mandata esse quasi humana quædam commenta, aut parui momenti, continuo adiecit, Non est enim potestas nisi à Deo, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Et ad commonstrandum, quod resistens efficiatur damnationis reus, mox sequutus aperuit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationē acquirunt: tandem inferēs,

Rom. 13. a

D Ideoq; subditi estote nō propter iram, sed & propter conscientiam, hoc est, vt inquit Ambrosius, non solum propter pœnam præsentis vitæ fugiendam, sed & propter futurum iudicium. Vnde Hieronymus in commentarijs tractans verbum Apostoli ad Titum dicentis, Admone illos, scilicet credentes, vt principibus & potestatibus sint subditi, & obediant ad omne opus bonum parati. Hoc, inquit, præceptum puto editum propter Iudam quendam Galilæum, qui plurimos habebat sectatores, cuius in actis Apostolorum fit mentio, qui dicebat nullū debere dominum vocari, nisi solum Deum, & eos qui decimas Deo darent, non debere tributa dare Cæsari. Hęc hæresis, inquit Hieronymus, in tantum creuerat, vt etiam pharisæorum & multam partem populi conturbaret, ita vt ad Dominum quoq; saluatore hęc quæstio inferretur, Licet censum dare Cæsari an nō?

Act. 5. g. Hæresis anti-qua docens non esse obediendū principibus

Mar. 12. b

Quibus Dominus respondens ait, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Cui responsioni Paulus congruens docet Christianos debere esse subiectos, ac obedientes huius seculi potestatibus & principibus. Hactenus Hieronymus, manifestè hæresim appellans errorem eorum, qui dicunt Christianos nõ debere subijci, aut obedire humanæ potestati. Vnde & Paulus ipse agnouit tribunal Cæsaris, respondens Festo iudici, coram tribunali, Cæsaris inquit, sto, ibi oportet me iudicari, Cæsarem appello. Cui Festus: Cæsarem appellasti, ad Cæsare ibis. Deniq; & ipse Christus agnouit potestatem Pilato esse datam desuper. Patebunt autem singula in solutionibus argumentorum latius.

Caput tertium in quo ponuntur supradictorum argumentorum solutiones.



Ad primum argumentum recapitulans scripturas in principio lib. primi pro Christiana libertate adductas, satis patet responsio ex supradictis, Christum videlicet sua morte non exemisse populum in se credentem, neque à legibus canonicis, neque ab ecclesiæ præceptis, neque à parentum superiorumque mandatis, neque à superiorum potestatum iurisdictionibus, quemadmodum Lutherus impiè desipit, adferens scripturæ sacræ testimonia, ubi spiritus Domini, ibi libertas interpretans, supple, à legibus humanis. Item, Christus si vos liberauerit, verè liberi eritis, supple à legibus, & ab obedientia parentum, à subiectione præpositorum ecclesiæ, & superiorum potestatu. Si huiusmodi scripturæ hoc pacto essent intelligendæ, ipse Paulus, & denique ipse Christus in suis doctrinis sibiipsis non constarent. Nam & ipse Paulus iubet ex ore Domini, Obedite præpositis vestris. Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subdita. Et reliqua multa in superioribus adducta, quæ non Apollinis, non ethnicorum philosophorum, sed diuini spiritus verissima sunt oracula. Intelliguntur igitur scripturæ de libertate, qua Christus nos liberauit à dominio peccati & diaboli, ab æterna morte, à spiritu seruitutis in timore, à iugoceremoniarum carnalium operum veteris legis. vt sic liberati deinceps quasi liberi, id est vltro & ex animo obediamus legi iustitiæ, & iuxta Petri monita non habeamus libertatem euangelicam, tanquam velamen quoddam malitiæ, qua viuamus pro nostris desiderijs, sed ita demum arbitremur nos esse liberos, vt credamus hanc libertatem esse humilem, & liberam quandam seruitutem iustitiæ Iesu Christi iuxta illud Apostoli. Liberati à peccato serui facti estis iustitiæ: iustitiæ, inquam, qua ex fide in Iesum eã quæ legis sunt facimus: Deo, parentibus, & fratribus debitum honorem impendentes ac obedientiam, sciētes quidē nos in hac vita liberatos à damnationis vinculo, & à voluntate permanendi in peccato, nõdum aut esse securos, nondum plenè liberos à periculis, ab insidijs, donec liberati fuerimus de corpore mortis huius. Ad verbum Apostoli dicentis: Spiritus iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Respondeo.

Ex verbo illo non esse consequens spiritualem non debere viuere secundum legem, aut non esse subiectum legi, sed econtrario potius. Cum enim secundum iustitiæ legem viuatur, à nemine iudicandus est tanq̄ transgressor legis, verū hæc solutio ad hominem. Pro intellectu sententiæ Pauli sciendū, quod ipse spiritualem hominem ibidem contra carnalem distinguit, appellans eum spiritualem, qui habet legem spiritus cœlestis, qui renouat sensus hominis internos, ex veteris Adæ carnali vita, intellectum lumine fidei illustrans, affectum charitate inflammas, quibus fit, vt de singulis ad cœlestem vitam assequendam pertinentibus rectum habeat iudicium, discernens spiritualia à carnalibus. Ipse autem spiritus à nemine, id est, à nullo homine carnali rectè iudicatur. Nam animalis homo seu

carnalis

A carnalis, id est carnalibus affectus & deditus, solum iudicat bonum, quod carnem delectat, quodq; secundum corporalem vitam iucundum est, non percipiens ea quæ sunt spiritus Dei, Ea verò quæ stulta sunt & huius mundi vana magnificat, & cū ipse stultus in via sua ambulet, omnes quoq; stultos, vt inquit Sapiens, æstimat. Deinde neque etiam ab homine spirituali, spiritualis homo iudicatur, nisi ex his quæ foris apparent, ex quibus tamen non potest diiudicare, qualis in oculis Dei futurus sit, cum nemo sciat quid intus agatur, aut fiat in homine præter spiritum Domini. Quamuis itaque spiritualis omnia iudicet, non tamen iudicat de rationibus occultæ legis, seu voluntatis iudiciorum Dei. Sic Augustinus interpretatur Apostolum dicens, Spirituales homines, siue qui præsumunt, inquit, siue qui obtemperant, spirituales hominem iudicant: non autem iudicant de lege æterna, secundum quam iudicant omnia, neque de cognitionibus spiritualibus, quæ lucent in firmamento, quæ & scripta sunt in libro vitæ, de illis enim nemo potest iudicare. Sicuti de his temporalibus legibus, quanq̄ homines iudicent cum eas instituant, attamen cum fuerint institutæ atque firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas Conditor tamen talium legum, si vir bonus est & sapiens, consulat illam ipsam legem æternam, vt quid sit pro tempore iubendum, quid vetandum discernat, secundum immutabiles regulas illius legis, de qua nulli animæ iudicare datum est. Neque item de carnalibus hominibus, qui adhuc foris sunt iudicat spiritualis, quasi discernens distinctionem spiritualium à carnalibus, qui in solius Dei sapientia noti sunt. Ignorans enim quis venturus sit in dulcedinem diuinæ gratiæ, & quis in perpetua impietatis amaritudine sit remansurus, solum iudicat & approbat quod in operibus moribusque fidelium rectum, improbat autem quod perperâ inuenit. De his enim iudicare nunc dicitur, in quibus & potestatem habet corrigendi. Hactenus August. doctrina, ex qua plane vides Pauli scripturam nihil prorsus facere contra maiestatem legis humanæ. Ceterum Paulus cum dicit, Iusto non est lex posita, intelligit, non quod iustus viuere possit aut debeat sine lege, sed quod non est posita, id est, non est imposta ad coercendum illum. Imposita verò impijs ad coercendum eos, sicuti in superioribus diximus, Iusto non est lex posita, id est, imposta vt dominatrix, quia iustus nõ est seruus legis, faciens opera legis, perinde atque seruus subiectus domino, præcepta domini inuitus seruans formidine pœnæ, hanc sententiam insinuat, quæ sequitur clausula, sed iniustus & adulteris. Iustus igitur dominus est legis, ea legitime vtēs. Impius autem seruus est legis ad opera legis coactus metu. Ad confirmationem allatâ in argumēto primo qua dicitur, Minor atq; infirmior est lex humana, q̄ lex diuina veteris testamenti. Respondeo priorem partem antecedentis veram esse pro tempore, quo lex diuina veteris testamenti suã habebat vim, seu efficaciam obligandi, tum enim lex humana infirmior erat, quippe quæ tolli poterat per humanam auctoritatem per quam & condita erat. Lex autem diuina pro tempore illo per humanam potestatem auferri nõ poterat, quæ tamē iusta ratione per Christi aduentum, propterea desijt esse, quod opera illa lege præcepta erant vmbra, & figuræ Christi tum futuri, & ecclesiæ ipsius. Non solum verba prophetarū, sed & facta & gesta, sacrificia, cæremoniæq; atq; iudicia fuerunt prophetica signa eorum quæ tū futura erant in Christo rege, & in regno seu in ecclesia illius, atq; ita non est simile de præceptis illis veteri populo in signum datis, & de præceptis humanis superiorū potestatu, quibus etiã nūc ex diuina lege homo tenetur obedire, quemadmodū longe lateq; demonstraui. Et ex eodē fundamēto patet solutio ad cõfirmationē eiudē argumēti primi. Nã lex vet⁹ dicitur pedagog⁹ ad Christū ducēs, nõ propterea solū q̄ coerceat rudis populi petulantia, sed & alia etiã ratione, quod videlicet Christum figuraret futurum, quia igitur Christo

Spiritualis omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur.

Ecclesi. 10. 4

Lib. 13. confessi ca. 22. & de vera relig. ca. 31.

1. Tim. 2.

Iusto nõ est lex posita.

Lex humana infirmior lege Moysi.

Lex Moysi qua ratione dicitur pedagogus. Gal. 3.

Rom. 13.

Act. 25. b
Io. 19. b

2. Cor. 3. d

Io. 8. e

Heb. ult.
Rom. 13. d

Libertat Christiana, de qua loquuntur scripturæ.
1. Pet. 2. e

Rom. 6. e

2. Cor. 2. d

Homo spiritualis aut carnalis quis sit.

iam dato & reuelato, ea quæ lex hac in parte futura cecinit, sunt adimpleta, ideo **A** & ipsa iam desijt esse, quemadmodum & Apostolus signanter ait ibidem. Lex propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui repromiserat dicēs, scilicet in semine tuo benedicentur omnes gentes. Vnde quemadmodum populus ad veterem legem pertinens erat rudis, lasciuens, & carnalis, sola temporalia diligens, & ideo pædagogus quodam coercendus, donec veniret ad legitimum capiendæ hæreditatis tempus, quo adueniente recessit pædagogus. Sic & in lege noua etiam populus quidam sacramento fidei coagulatus ecclesiæ est rudis, carnalis, petulans, temporalia diligens, idcirco & nunc etiam illi populo tanquam pertinenti ad veterem legem est opus legibus quibusdam, ceu pædagogis, quibus illius refrenetur audacia, & id quidem, vel ut ad fidem perueniat operatam per dilectionem, vel ut tuta sit inter improbos iustorum vita. Insuper & sunt iusti plerique adhuc imperfecti, & ad vitia procliuēs, quibus opus est directionibus quibusdam, ceu pædagogis, quibus foueantur, roborentur, & teneantur in fide. Proinde & leges **B** positivæ propter transgressionem etiã nunc Euangelio Christi superadditæ constitutiones sunt vtilēs & necessariae in ecclesia, quamuis illæ sint omnino inutiles, non seruandæ, quarum opera sunt ad figurandum Christum & regnum eius futurum data, quemadmodum scriptura prophetica enuncians Christum futurum iam est adimpleta, & ideo ipsa in se falsa iam non amplius ligat ad credendum illud esse futurum, quod futurum enunciat, veluti quod dicitur, Egredietur virga de radice Iesse, Ecce virgo concipiet, & cæt. Ita præceptum veteris legis præcipiens opus aliquod tanquam signum & figuram Christi futuri iam est adimpletum, & ideo lex illa non amplius ligat ad opus illud faciendum, veluti præceptum de esu agni pascalis, de decima quarta, & de sanguine super postes aspergendo, & de azymis panibus. Erubescat igitur Iudæus infelix, & consideret se iam dudum post Christum crucifixum nõ posse legem implere subuersa Ierusalem & templo, vsq; **C** ad cineres dissipato, altari quoq; omnino destructo, vniuersa Iudæorum repub. euerfa, atq; in omnem terram dispersa sub tributo, quibus sit vt nunc cõpleri nõ possint multa quæ in lege dicuntur, veluti sunt, Ter in anno apparebit omne maculinum in conspectu Domini Dei tui. In loco illo quem elegerit Dominus, cõferetis holocausta, hostias, victimas.

Ad secundum argumentum patet respõsio ex supradictis: nam lex Euangelij est vtique sufficiens ad salutem: sed hæc docet, vt vocem humanam audiamus iubentem aut prohibentem. Atq; ita doctrina Euangelij, quamuis sufficienter nos doceat & demonstrat omnia quæ sunt ad salutem necessaria, non tamen inde consequens est non oportere obedire rationabilibus superiorum mandatis. Nam & illis esse obediendum docet lex euangelica, præcipiens & ecclesiam esse audiendam, & honorandos esse parentes, & obediendum præpositis, & faciendum esse ea quæ dicunt sedentes in cathedra Moysi, cui succedit cathedra Petri decernēs & filios parentibus non obedientes vnã cum furrionibus, & detractoribus esse **D** morte dignos, & eos qui ecclesiæ noluerunt obedire, habendos sicut ethnicos & publicanos, & eos qui præpositos seu pontifices spernunt, Christum spernere, & eos qui resistunt potestati, damnationem sibi acquirere. Ex superioribus patet omnes ecclesiasticos patres in huiuscemodi, similibusq; scripturis semper intellexisse prælatis & pontificibus esse obediendum & ecclesiæ pontifices tanquam parentes esse suscipiendos, de quo sic loquitur Ignatius ad ecclesiam quæ est in Tralhis. Episcopo subditi estote sicut Domino, presbyteris sicut Iesu Christi discipulis, diaconos oportet omnimodo placere episcopo, nõ enim cibo & potu sunt ministri, sed ministri sunt ecclesiæ Dei ministrantes episcopo sicut Christus patri.

Quemadmodum sanctus Stephanus beatissimo Iacobo: Timotheus & Linus, Paulo: Ana-

A lo: Anacletus & Clemens Petro. At dices, Non tales sunt pontifices huius temporis quales Petrus, Iacobus, & Paulus. Respondet Saluator, Quæ dicunt facite, secundum opera eorum nolite facere. Christus igitur cum iubet Apost. vt doceat gentes, quæcunq; ipse mandauerat eis, satis etiam docet seruanda esse mandata parentum & superiorum, siquidem & his ipse præcepit obediendum esse. Et ita Apostoli non addiderunt præceptis decalogi noua præcepta, sic vt augetur numerus præceptorum decalogi, & fierent vndecim vel duodecim præcepta. Nam præceptum vnũ est, quo iubemur honorare parētes & obedire prælatis, opera autē in quibus obediendum esset vltra ea quæ diuina lex præcepit reliquit prudentiæ ac discretioni eorū qui habent inuigilare & curam gerere totius gregis, quibus data est potestas ordinandi & disponēdi ea quæ sunt ad edificationem totius ecclesiæ, quibus & dicitur, Attendite vobis & vniuerso gregi, in quos posuit vos spiritus sanctus episcopos, id est, speculatores, regere ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo. Apostoli ergo autoritate diuina iam cõstituti ecclesiæ patres ac pastores, potestatem habent præcipiendi, rationabilesq; leges suggerente charitate statuēdi ad custodiam fidei eiusdem ecclesiæ contra turbantes Christianam rempub. cõtra lupos & hostes quotidie insurgentes, quemadmodum rex aut præfectus ciuitatis pro conditione temporum & qualitate personarum leges statuit ad custodiam regni aut ciuitatis. Vnde & ipse Paulus explicat constitutiones quasdam ad regimen ecclesiæ spectantes, quas non designauit euāgelicus codex, videlicet mulierem docere non permitto, nudo capite vir oret in ecclesia, mulier autem velato. Oportet episcopum esse vnus vxoris virum. Et Tito præcepit, Constitue per ciuitates presbyteros. Item in Eucharistiæ ritu iubet eos qui volūt Eucharistiam manducare, debere inuicem expectare: cæteraq; id genus alia, adijciēs sese & alia quædam de ritu huius sacramenti ordinaturum. Cætera, inquit, cum venero disponam Ecclesiæ institutiones, inquit Bernardus, inuentæ sunt, non quia aliter viuere non licet, sed quia ita magis expedit ad lucrum & custodiam charitatis, & quàm diu charitati militant, immobiliter sunt fixa, & mutari nec ab ipsis quidem præpositis sine offensa possunt, si verò talis emergat casus, in quo pro causis, locis, & personis contingat huiuscemodi præceptorum obseruantiam, charitati nõ solum non posse prodesse, sed & obesse: obligatio legis intelligitur esse ad tempus suspensa: nam iniquum proculdubio foret, si statuta pro sola charitate contra charitatem tenerentur. In dubijs verò an charitati profint, dispensatio cõceditur per hoīes canonica electione succedētes patribus, qui legē aut præceptum cõstituerunt.

Ad secundum argumentum respondet Augustinus docens aliud esse euangelizare plusquàm accepistis, aliud euāgelizare præterquàm quod accepistis. Nam euangelizare præterquàm quod accepistis, est prætergredi fidei regulam, & recedere de via euangelij semel per Apostolos prædicata: non ait Apostolus, plusquàm accepistis, sed præter id quod accepistis: nam si id diceret, ipse sibi præiudicaret, qui cupiebat venire ad Thessalonicenses, vt suppleret ea, quæ eorum fidei defuerūt. Neq; enim Galatæ, ad quos loquebatur Apostolus forsitan omnia fidei mysteria acceperant distinctim & explicitè. Euangelizare autem præterquàm quod Apostoli euangelizauerūt, est prædicare alienum seu contrariū doctrinæ semel ab Apostolis prædicatæ, & hanc esse Apostoli sententiam, patet ex antecedentibus sententijs contra Galatas, qui iam in aliud transferant euangelium, existimantes circuncisionem, & alia veteris legis sacramenta esse bona & ad salutem vtilia. Prædicare autem obediendum esse mandatis & constitutionibus prælatorum, non est prædicare alienum, aut contrarium euangelio, sed conformiter Paulo, qui docet oportere nos esse subiectos præpositis & potestatibus sublimioribus. Ad confirmationem in secundo argumento ex verbo Domini dicentis, Quod ego præ-

Præcepta Moy
si cur deserunt
esse, & nõ præ
cepta humana.

Isa. 11. a

Isa. 7. c

Exod. 12.

Exod. 23.

Deut. 12.

Solutio argu-
menti secundi.

Matth. 18.

Ephe. 6. a

Matth. 23. a

Matth. 18.

Rom. 13.

Matth. 23. a
Matth. 23. b

Ach. 20. f.

1. Cor. 11.
1. Tim. 2. d
Tit. 1. b
1. Cor. 11. g

Tractatu. 98.
super Iohann.

1. Theß. 3. c

Gal. 1. b

Quod ego præ-
cipio tibi hoc
tantum facito.

Deut. 12.

cipio tibi, hoc tantum facito, nec addas quicquam, nec minuas. Respondeo il
 lius scripturæ sententiam patere ex sententijs coherentibus, id est antecedentib⁹
 & consequentibus, ex quibus liquidum esse potest, scripturam ibidem loqui de
 iudicijs & cæremonijs datis filijs Israel in hostijs & oblationibus, & ritibus colēdi
 Dominum, quæ data erant populo vt vmbra tunc futurorum, & ad cauendum tā
 idololatriam, quā & ritus ac sacrificia gentilium offerentium filios suos dæmo-
 nijs, comburentes illos igni, vnde præmisit, Quando perdidit Dominus Deus
 tuus ante faciem tuā gentes, ad quas ingredieris possidendas, caue ne requiras cæ-
 remonias earum dicens, Sicut coluerunt gentes istę deos suos, ita & ego colam.
 Non faciens similiter Domino Deo tuo super montes excelsos, subter omne li-
 gnum frondosum, sed ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, venies & of-
 feres in loco illo holocausta, victimas, decimas & primitias, & ad templum, & ad
 altare in Ierusalem. Voluit ergo Dominus amputare occasionem sacrificādi ido-
 lis, & significare extra Ierusalem, id est, extra ecclesiam Dei non esse ius veri sa-
 crificij, neque altare, neque sacerdotium, omnes abominationes, quas auerfatur
 Dominus, fecerunt dijs suis offerentes filios & filias, & igni comburentes, quod
 præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas.

Deut. 12.

Sensus quis sit,
 Quod præcipio
 tibi, hoc tantum
 fac.

Vbi cum dicit, Hoc tantum facito Domino, manifestè insinuat se loqui de ho-
 stijs, cæremonijs Domino sacrificandis, & hæc non aliter facienda esse, quā Do-
 minus ipse præceperit, neque præceptis Domini quicquam esse adiiciendū, aut
 ab eis diminuendū, sed nō inde consequēs erat, quin filij Israel debebāt etiā tem-
 poribus illis obedire parentibus, & prælatis in cæteris operibus, quæ erāt, vel ob-
 sequia ipsis parentibus exigentibus debita, vel alia opera quæuis ad lucrum & cu-
 stodiam aut charitatis, aut religionis, aut communis status reipub. pro loco & tē-
 pore impendenda. Neque rursus consequēs est, quin filij Israel etiam vouere po-
 terant ea quæ erant supererogationis, & se facere obligatos ad aliquid, ad quod a-
 lias diuino præcepto non erant obligati. Nam & in eodem cap. dicitur, Omnia
 quæ sponte offerre volueris sanctificauerisq; & voueris tolles, & venies ad locum
 quē elegerit Dominus, & offeres super altare Domini Dei tui, vnde præfectus cu-
 ræ & regimini aliorum pro loco & tempore statuens, aut iubēs aliquid, facit qui-
 dem suboriri obligationem nouam in altero ad faciendum opus ad quod prius
 non erat aliquo præceptorum decalogi obligatus, nequaquam tamen nouū præ-
 ceptum addit præceptis decalogi, aut euangelij. Si quis autem esum carniū, pos-
 sessionū proprietates, nuptias, cæteraque opera, quæ in euangelijs leguntur Chri-
 stianis concessa, diceret esse prohibita à Deo, is legi euangelicæ, præceptisq; deca-
 logi adijceret leges nouas, transfretque in aliud euangelium, euangelizās aliter
 quā Christus docuit euangelizandum esse. Qui autem euangelizat Christianos
 oportere obedire parentibus & præpositis, & interdum propter votum aut su-
 perioris præceptum, oportere etiam abstinere ab his, quæ alioquin iure diuino
 in se sunt licita, is nō aliud euangelium docet, neq; aliter, sed quemadmodū Chri-
 stus & Apostoli docuerunt, euangelizat. Christus enim & Apostoli docuerunt o-
 portere obedire parentibus & prælatis, & oportere nos non facere irritum, quod
 promissimus Domino Deo nostro. Quod vltra in argumento assumitur, neq;
 Petrum, neq; Paulum vllas condidisse leges positiuas aut decreta, patet ex supra
 dictis esse falsissimum, & ex patribus qui fuerunt vicinissimi Apostolorū tempo-
 ribus, & ex ipsis Apostolorū canonibus, quorū liber, tametsi à Gelasio inter apo-
 crypha deputetur, propterea forsitan, q̄ vel ille liber sic intitulatus, præter Apo-
 stolorū canones cōtineat alia quædā suspecta, vel q̄ canones illi nō fuerint sic per
 Apostolos distinctè in vnum collecti, tamē plurima in illis fuisse recepta in vsum
 sub Apostolorū tēporibus & maxima ex parte aut explicite, aut tacite, vel in scri-
 pturis

Canones Apo-
 stolorum.

Apturis canonicis designata, vel ab initio ecclesię semper obseruata manifestum ef-
 se poterit, considerantibus ea, quæ illic constituuntur, veluti quod non possit esse
 neq; episcopus, neq; presbyter, neq; ex numero eorū, qui sacro ministerio deser-
 uunt, si quis post susceptū baptisma secūdis fuerit nuptijs copulatus, aut cōcubinā
 acceperit, aut meretricē, aut ancillam, aut si homicida fuerit, aut sui ipsius castra-
 tor, vel alterius sui membri amputator, secus si per infidias, aut per hominū perse-
 cutiones sit factus eunuchus, vel si talis sit natus, sic enim si dignus est, episcopus ef-
 ficitur. Item q̄ episcopus à duob⁹ vel tribus episcopis ordinetur. Presbyter verò
 & diaconus ab vno episcopo, & q̄ sacerdos in sacrificio altaris pro pane & vino ali-
 ud offerens, deponatur, & q̄ oblationes, quæ à populo fiunt in domū episcopi diri-
 gantur, qui cæteris episcopis & diaconis diuidat, & q̄ episcopus & presbyter non
 assumat seculares curas, neq; repudiat propriam vxorem, q̄ si repudiauerit, excō-
 municetur, si in excōmunicatione perseuerauerit, deponatur. neq; sanctū pascha
 ante vernale equinoctiū celebret, neq; cum excōmunicato simul oret, neq; alienā
 parochiam peruadat, neq; propriam relinquat, neq; si de iusionib⁹ aut vsuris, aut
 aleis deseruiat, neque in officio sacerdotali perseueret, sed destituatur, si fuerit de-
 prehensus, aut periurus, aut fornicarius, aut fur, aut percussor, aut obtinens digni-
 tatem per pecuniam, vel per intrusionē à seculari potestate, aut contemptor epi-
 scopi sui, aut erectōr alterius altaris, populum segregans, aut extra terminos suæ
 parochiæ ac dicecesis ministrans ordines, & quod omnium negotiorū ecclesiasti-
 corum curam episcopus habeat, & quod presbyteri diaconi nihil agere tentent
 præter consensum episcopi, qui & res ecclesiæ in sua omnino habeat potestate,
 quas & dispenfet, non parentibus, sed pauperibus. Quod si pauperes sint parētes,
 ipsis tanquam pauperibus dispenfet, quod si res habeat proprias, de proprijs illis
 relinquat moriens, quibus voluerit, vt vxori, filijs, propinquis, aut seruis, sed caue-
 at ne huius prætextu aut occasione res ecclesiæ aut deprædētur, aut proscribātur.

Hactenus ex Apostolorū canonib⁹ assumpta dogmata. Huiuscemodi aut fuisse ab
 initio custodita, manifestum erit legentibus epistolas eorum, qui primi post Chri-
 stum fuerunt fidei defensores, etiam Apostolis quibusdam adhuc viuentib⁹, qua-
 les fuerunt primi Romanæ ecclesiæ pontifices Clemens, Anacletus, Euaristus, Ale-
 xander, Victor, Seuerinus, & reliqui qui passim cōmemorant ea quæ citant Apo-
 stolorū statuta. Verum quidem est, Eusebiū, Hieronymum, cæterosq; patres dispu-
 tationem Petri, quæ dicitur Clementis, item & epistolas quasdam attributas Cle-
 menti inter apocrypha supputare, propterea, quod eorum scripta non sunt, quo-
 rum nominibus inscribūtur. Nec vllus, inquit Eusebius, scriptorū veterū vti eo-
 rū testimonijs inuenitur. Sed nihilominus ex eisdē apocryphis licet conijcere,
 quod talis fuerit antiquus ecclesiæ status, qualem & illam tradidit fuisse veneran-
 da patrum antiquitas. Et ita dicendum est de Apostolorum canonibus, de qui-
 bus & Ilidorus scribit, dicens: Canones qui dicuntur Apostolorum, quia eosdem
 nec sedes Apostolica recipit, nec sancti patres illis assensum præbuerunt, propte-
 rea quod ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quam-
 uis in eis vtilia inueniantur, tamen ab autoritate canonica sunt remota, atq; in-
 ter apocrypha deputata. Hactenus ille recitans etiam eosdem Apostolorum
 canones, vtilia in eis, inquit, reperiuntur, qualia sunt quæ iam sub compendio re-
 censemus. Vnde & vtilia in illis reperta postmodum fuerint à patribus quibus-
 dam separata, & inter canonicas cōstitutiones seposita, de quibus vide Gratianū.

Ad id igitur quod in argumento assumitur, neque Adam suis filijs & posteris
 vllas dedisse leges, neque Petrum cæterosve Apostolos vllos condidisse canones,
 aut decreta. Respondeo, Adam & si forsitan nō dederit vllas leges scriptas, vtique
 tamen ratione iuris paterni pro loco & tēpore nōnulla præcepit fieri à filijs suis.

Censura vido-
 ri de canonibus
 Apostolorum.

Distinctiōe 16.
 Canonum.

Filijs

Filij enim eius, vt Caim, Abel, Seth, & filia cum essent spoliati originali iustitia, in peccatis concepti, & nati spiritualiter caeci ac languidi, ad malum proueniunt indigentibus instructione & directione, in his, quae ad vnius Dei fidem ac cultum pertinebant, in quibus & vniuersalem humani generis damnationem intelligerent. Atque ita ipse Adam erudiuit filios suos, & filias, vt agnoscerent se eiectionem esse a paradiso, & Deum intelligerent & timerent, illique sacrificia offerrent, & parentibus obedirent in his quae ipsis mandarent. Iam dixerat Deus Euae: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Praeterea in ciuitate Enoch, quam ante diluuium aedificauit Enoch filius Cain hominibus iam in terra multiplicatis respública gubernabatur non sine directione superioris potestatis, cui caeteri quique illius respública obedirent in his quae ad pacem & tranquillitatem illius familiae pertinebant.

Vnde & Iahel legitur fuisse pater pastorum & hominum habitantium in tentoriis, frater autem eius Iubal pater canentium in cithara & organo. Tubalcain quoque legitur fuisse malleator, & faber in cuncta opera eris & ferri. Caeterum ecclesiae primitiae in ipsis initijs fidei Christianae nondum in vnum locum, ciuitatem, aut regionem congregatae, neque vtiliter, neque necessariae erant tot leges, & canones nondum templis & monasterijs constructis, nondum diocesibus distinctis, nondum alijs praeter septem diaconos ordinatis. Vt ergo cresceret plebs Christiana & multiplicaretur: omnibus de clero inter initia, inquit Amb. concessum est, & euangelizare, & scripturas explanare. At vbi omnibus locis constituta sunt ecclesiae, rectores, caetera officia in ecclesijs sunt auctoritate superiorum ordinata, vt nullus de clero, qui ordinatus non esset auderet praesumere, quod sciret non sibi creditum, & concessum. Ad tertium argumentum quo dicitur, reatus aeterni supplicij est supra naturam humanae potestatis, non de foro mortalis hominis, & caetera. Respondeo consequentiam esse inuoluntariam. Praelati non inuoluntariam hominem in huiusmodi reatum, neque inferunt gehennae supplicium, neque ad huiusmodi ligant hominem alias liberum, sed ipsi homines rebelles superioribus, sibi sunt auctores huiusmodi reatus & supplicij, contemnentes Christum ipsum in praelatis loquentem, quemadmodum ait ad ecclesiarum pontifices: Qui vos spernit, me spernit. de hoc latius infra in solutione argumenti decimi. Ad quartum argumentum respondeo, quod constituere leges ad defensionem Christianae fidei ad lucrum & custodiam Christianae charitatis, non est viam Dei, qua itur ad regnum caelorum, facere magis arduam, magisque difficilem, sed est potius curam gerere ecclesiae, & magis hominum animas facere praeparatas, vt expeditius & securius viuant, laqueos & insidias caueant. Ex vinculo autem legis humanae superuenientis, non facile implicatur animus veri Christiani reatu aeterni supplicij, nisi incipiat contemnere praecipuum. Ad verbum saluatoris, dicimus saluatorem illic arguere scribas & pharisaeos in duobus. Primum, quod humanarum traditionum onere nimis premerent populum Dei. Secundo, quod ipse huiusmodi leges non seruarent. his tamen non obstantibus propter sacerdotij & nominis dignitatem, iubet populis vt subijciantur illis. Omnia quaecunque, inquit, dixerint vobis, seruate & facite, aperte docens tam doctrinam, quam cathedram, & praecipuum eorum non esse negligendam propter malitiam sedentium in illa, sed semper honorandam. Sed dices, Scribae si graua onera & importabilia imposuerint in humeros hominum, qua igitur ratione saluator iussit, vt omnia quaecunque dixerint eis, facerent, cum lex grauis & importabilis sit iniqua, non obligans subiectum populum, cum praeterea traditiones plurimae, quas ipsi docebant contrariae fuerint mandatis Domini. Nam vt ex sequentibus in eodem capitulo patet. Profelytum, id est, olim aduenam & incircuncisum, iam congregationi incorporatum, faciebatur esse filium gehennae duplo plus, quam ipsi essent. Rursus docebat.

Qui

A Qui iurat per templum nihil est, qui autem iurat in auro templi, debitor est. Rursus, si populus Iudaicus debuerit facere quaecunque; Scribae & Pharisei docebant iubentes aut docentes, quare ratione in eodem capitulo dicebat Saluator ad illos, Vae vobis Scribae & Pharisei duces caeci, qui dicitis. Quicumque iurauerit per templum nihil est, & caetera aperte insinuans eos male docere. Respondeo. Profelytus habebat filium gehennae, non a Phariseis verba legis audiendo, sed eorum facta sectando: sic respondet Augustinus. Cum ergo dicit Saluator, super cathedram Moysi si sederunt scribae & pharisaei, omnia quaecunque dixerint vobis, seruate & facite: non intelliguntur inclusa, nisi ea quae secundum cathedram sunt dicta, & sic dicentes non suam, sed ea quae Iesu Christi sunt dicunt. Sua vero si docere velint, non quae Iesu Christi sunt, nolite seruare. Doctrinae igitur, vel constitutiones, quae sunt vel contrariae, vel prorsus inutiles cathedrae Moysi, quales erant scribarum & pharisaeorum constitutiones de offerendis rebus in templo potius, quam ex illis habuere parentum necessitatibus: & de lotionem manuum ante cibum, de quibus Matthaei. 15. non intelliguntur inclusa in eo quod dicitur, Omnia ergo quaecunque dixerint vobis, seruate & facite. Vnde reperimus quosdam salua charitate docere aliquid inutile, sicut Petrus cogebat gentes Iudaizare, sicut Cyprianus putauit baptizatis ab haereticis oportere denuo baptizari. Quosdam rursus inuenimus sine charitate docere, aliquid salutare, de qualibus dicit Dominus, Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei, omnia quaecunque dicunt vobis, facite. Omnia inquam, quae cathedrae sunt. Sunt autem cathedrae ea, quae Dei sunt: sunt autem Dei, quae sunt diuinae legis, aut ad lucrum & aedificationem ecclesiae Christianae.

Sententia vero quae subditur, Alligant autem onera, & caetera. alia est & separata, & generaliter dicta aduersus omnes praelatos, qui graua iubent, constitutionum culas augent & multiplicant, non pro custodia, aut lucro religionis diuinae, sed vel pro libidine dominandi, vel pro augmento utilitatis propriae, quae sua sunt quarentes, non quae Iesu Christi sunt. Pontifices, si qui tales fuerunt, tamen & cathedrae honor deferendus, & ea quae iuxta cathedram dicunt, facere debemus.

Ad quintum argumentum, vt habeatur intellectus seu sensus vtriusque propositionis antecedentis, primum ad priorem respondens fateor leges humanas habere vim obligandi secundum rationabilem intentionem praecipientium maiora vel minora, inquit Bernardus, praecipua dixerimus, secundum quod magis vel minus constiterit ipsum velle, qui praecipit, sed horum praecipientium non est intentio rationabilis, si non eatenus magis vel minus velint ea, quae praecipunt habere vim obligandi, quatenus eorundem praecipitorum est maior vel minor dignitas, aut maior vel minor praecipienda necessitas vel utilitas. Atque ita sola praecipientis intentio non facit praecipuum habere maiorem vel minorem obligandi efficaciam, sed & necessitas, dignitas, vel utilitas eorum quae praecipuntur, sicut in superiore libro longe lateque demonstrauimus. Pro intellectu secundae propositionis assumptae dico, quod intentio statuentis, seu legem dantis, neque est ad transgressionem neque ad culpam, neque ad poenam eius cui lex datur, praecipiendo enim intendere transgressionem, culpam, & poenam in eo cui lex praescribitur, non est boni praesidis, sed tyrannidis & crudelitatis, sed intendit legislator bonum salutis eius cui lex datur, bonumque respúblicae statum, volens etiam eos transgressores legis reos fieri. Atque ita patet falsam esse secundam propositionem antecedentis, qua dicitur intentionem praelati non esse rationabilem, si velit fragiles homines, vbi fuerint transgressores legis fieri culpabiles, & supplicij reos, Hoc enim falsum esse hinc patet, quod transgressorem iuxta legis fieri dignum poena aequum & iustum est, non tam ex intentione superioris iubentis, quam ex voluntate Christi Saluatoris loquentis in Euangelio, Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus

ethnicus

Adam eru diuis
filios suos.

Genes. 3.

Genes. 4.

Genes. 4.

Eodem.

In commentarijs
super epist. ad
Ephes. C. 4.III. Arg.
solutio.

Luc. 10. e

III. Arg.
solutio.

Matth. 23. d

Matth. 23.

Lib. 16. contra

Faust. c. 29.

Intellectus ver

bi Christi dicē-

tis, Quaecunq; dī

xerint vobis,

seruate & fa

cite.

Gal. 2. e

Matth. 23. a

Quinti argu

menti solutio.

lib. de precepto

& dispensatione.

Quomodo lex

humana ligat

secundum legis

latoris intenu-

tionem.

Matth. 18.

Luc. 10. 6

ethnicus & publicanus. Qui vos spernit me spernit. Et ita voluntas hominis dantis præceptum, necessario habet annexam virtuales intentionem, qua vult homines si fuerint transgressores suæ legis iuste fieri pœna dignos. Voluntas autem hæc est recta, quia & diuinæ voluntatis est conformis. Veruntamen ratio statuendi legem est, non vt homines sint transgressores, non vt efficiantur rei & peccatores, sed vt per obseruantiam & custodiam legis datæ, efficiantur boni, & dirigantur in pace & tranquillitate.

Ad probationem quæ adijcitur, posset prælatus in transgressoribus suæ legis impedire culpam, si intenderet transgressores vel inobedientes solum obligari ad temporalem pœnam, vel taxando eam statuta lege, vel seruando eam sibi.

Lex est constitutio seu oratio natio differunt.

Respondeo primum, quod in se implicat falsitatem, dicere transgressorem legis nec esse, nec fuisse reū culpæ, & tamen ipsum pro transgressione & inobedientia corâ Dei iudicio esse dignum aliqua pœna, seu temporali afflictione, quâ vel hic, vel in futuro deberet exoluere. Eo ipso enim, quo superior dat legem, volens transgressorem obligare ad pœnam pro inobedientia legis à Deo inferendâ, vult transgressorem in transgrediendo contrahere culpam. Potest quidem superior dare constitutionem quandam seu ordinationem, volens transgressorem illius esse obligatum, non ad vllam culpam, sed ad solam temporalem afflictionem in hac vita patienter, si inferatur, subeundam, sed talis constitutio vel ordinatio, nõ habet vim legis, aut præcepti obligantis. Quod si feratur lex præcipiens sub diffinitione, vel opus aliquod facere, vel pœnam hic subire, talem legem transgrediens, neutrum faciendo, culpam habet, & ita nihil contra id quod dicimus.

Cap. 12

Præterea qualiscunq; fuerit intentio præcipientis, semper est crimen, quoties fuerit in transgressione pertinacia seu contumacia voluntatis contra legem superioris. Deinde in secundo libro iam demonstraui, qd ad hoc vt culpa transgredientis humanam legem aut præceptum, sit aut venialis, aut mortalis, non pendat solum ex intentione prælati intendentis nunc venialiter, nunc criminaliter obligare transgressorem, sed longe magis ex qualitate & dignitate præceptorum, ex autoritate præcipiendi, ex ratione & fine legum, ex causa, affectione seu intentione quâ habet ipsi transgressores. Ecclesiarum enim prælati, neq; ex seipsis, neque suo sensu ducti, neque pro suæ voluntatis arbitrio possunt suis præceptis aut legibus dare vim obligandi transgressores nunc ad venialem, nunc ad criminalem culpam, sed in legibus & præceptis dandis debent esse in timore Dei non quasi dominantes gregi, sed vt serui & ministri gregis Christi sub Deo constituti, præ oculis habentes aut necessitatem, aut lucrum, aut custodiam religionis fidei, charitatis, vel pacis reipublicæ, quam susceperunt gubernandam. Vnde & Christiani principes ac præsidēs, dum recte, inquit Augustinus, imperant, etiam seruiunt eis, quibus imperare videntur. Imperant enim vt consulant salutem & utilitatem eorum, quibus imperant, obediunt autem quibus consulitur. Et idcirco imperando, non quæ sua sunt, debent quærere, non superba animositate præcipere, sed in præcipiendo ita suas moderari intentiones, vt exigant cupiantq; magis obseruari, quod rectius esse & maioris necessitatis, ponderis & utilitatis æstimandū est, vt nec ad friuola, leuiora, minusue necessaria velint arcti homines obligari, qd ad digniora magisq; necessaria, seu vtilia populo. Quibus fit vt reipublicæ, seu ecclesiarū præsidēs sua potestate valde abutantur, qui quicquid ordinant, quicquid constituunt aut præcipiunt, volunt haberi pro diuina lege, pariter quoq; esse roboris, sub reatu pœnæ damnationis æternæ. Præterea vniuscuiusq; superioris potestas suū immediatum habet finē, suumq; scopum, in quē dirigat sibi subiectos, suas insuper habet vias, suosq; limites, quibus in huiusmodi finē subditi dirigantur & vnaquæq; potestas in suo ordine. Abbas super monachos regendos constitutus est, vt

Præsidēs, reges ac principes seruiunt his qui illis imperant. Aug. de ciuitate Dei, ca. 14.

A est, vt dirigat eos secundum ea, quæ sunt in professione promissa ad salutis æternæ finem, habetque præfixam sibi professionis regulam, secundum quam sua debet moderari imperia. Idcirco subditi debent quidem obedientiam, non tamen omnimodam, sed determinatè secundum mensuram tributæ potestatis. Proinde si mihi professio, inquit Bernardus, secundum regulam Benedicti, abbas meus mihi fortè aliud imponere aut præcipere tentauerit, quod non sit secundum istam regulam, aut non secundum ista instituta, sed secundum instituta Basilij aut Augustini vel Pacionij, non est mihi in hac re necessitas obsequendi. Vnde etiam his quæ non sunt voto promissa, & quæ aliàs non accedente superioris mandato sunt indifferentia, debent quidem subditi obedientiam abbati, non tamen omnimodam, sed determinatè secundum regulam, nec aliam quàm sancti Benedicti. Sic quippè habet professio. Promitto non quidem regulam, sed obedientiam, secundum regulam scilicet Benedicti. Ita & pontifices super greges sibi commissos, B habent scopum in quem dirigant illos, videlicet fidem, religionem Christianam, in quam dediti sunt iam olim Christo regenerati. Habent & præfixos sibi canonicas scripturas, sacrosanctos canones, patrumque traditiones, secundum quas ita sua debent moderari præcepta, vt non arctiora imponant, nec alia nisi quæ iudicauerint necessaria, aut prorsus vtilia ad lucrum & custodiam gregis in religione Christiana. Sic & reges ac principes temporales intendere debent in pacem ac tranquillitatem politicam reipublicæ, cui præficiuntur, habentes potestatem imperandi, statuendi ea quæ rectè iudicauerint ad hunc finem esse aut necessaria, aut magis expedientia, pro quibus & leges habent sibi præfixas, sub quibus populus ipse viuere debeat, vtpote constitutiones prædecessorū vsu roboratas, & consuetudines, & municipalia iura in dotibus filiarum desponsandarum, in contractibus nuptialibus, in hæreditatum successione, in supportandis reipublicæ oneribus, in soluendis tributis & vectigalibus, tantaque est harum legum, constitutionum, consuetudinum, iuriumque municipalium vis, & efficacia, vt subditus quisque contraueniens illis, & clam, seu occultè, vel palam sibi vsurpans quicquid de temporalibus rebus contra huiusmodi leges seu consuetudines sit alienæ rei inuasor, fur, raptor, iniustus bonorum possessor, qui neque ab iniustitia poterit liberari, neque veram agere pœnitentiam, nisi vel restituendo, vel statum vitæ suæ mutando, obediat legi & consuetudini, & quod in vno regno, vel in vna reipublica, secundum illius legem aut consuetudinem, est iustum, licitum, & ratum, hoc plerunque in alio regno, & in alia reipublica propter aliam legem & consuetudinem est illicitum, iniquum, & irritum.

Lib. de prac. et dist.

De obedientia episcopis & abbatibus debita.

Ex sola lege potestina & consuetudine, oritur iniquitas et iniustitia.

Capite quarto soluitur sextum & septimum argumentum, & declaratur quod non solum pertineat ad prælatos docere legem Dei, & quomodo intelligatur dictum Christi: Si vis ad vitam, &c.

D



D sextum argumentum quod assumit, ad officia superiorum potestatum moderantium reipublicam, solummodo pertinere, erudire populum rebellem, & coercere atq; punire transgressores naturalis aut diuinæ legis. Respondeo propositionem illam assumptam, esse falsam. Nam moderatores reipublicæ, & ecclesiarum pastores, curam gerere debent, non solummodo vt corrigantur animosi, rebelles & contumaces, verum etiam vt boni foueantur in pace & tranquillitate. Boni pastoris officium est, non solum euellere, destruere, disperdere, sed & ædificare atque plantare, pingue & forte custodire. Atque ita patet propositionem antecedentem in argumento falsam esse. Nam ecclesiarum prælati, quanquam præcipuam debeant curam gerere, quatenus cum expedit, corripiant & corrigant transgressores naturalis aut diuinæ legis, vt & ceteri

VI. Arg. & solutio.

Hier. 1. & Ezech. 34.

timorem habeant, nihilominus tamē eorum etiam officium est pro tempore oportuno cibum dare, & inuigilare super iustos, ut iusti maneat, & ne lupo infidians oves perdat ac deuoret. Ad probationem qua dicitur, superior potestas non habere potestatem super iustos, dicimus id falsum esse. Sententia autem Apostoli dicētis: Iusto non est lex posita, sed adulteris, impijs. Dicimus veram quidem esse interpretationem, qua dicitur, lex pœnam inferens transgressori, non esse positam propter iustos, quippe, qui sua sponte manēt iusti, sed propter transgressores, dicēte Paulo: Lex propter transgressores est posita, hoc est, vel ut nō efficiantur transgressores, vel ut emendentur, & ceteri timorem habeant. Verum propius accedentes ad mentem Apostoli secundum sententiam sanctorum interpretum dicimus, sicuti & in solutione argumenti primi iam diximus, sententiam esse, Iusto non est lex posita, id est, imposita ut dominatrix iusti, qui sit sub legislatore, coactus iugo legis, sed tamen iusto utique est lex posita, ut sit tanquam filius sub autore legis, legitime utens illa, confugiens ad gratiam adiuuantem, cum senserit concupiscentiam repugnantem legi mentis suæ. Patet igitur impios esse & hæreticos, qui dicunt sententiam esse Apostoli, Iusto non esse legem impositam, id est, iusto non esse legem necessariam, ut eam seruet. Et cum in argumento subiicitur verbum Christi, dicentis: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, accipiendum esse secundum materiam subiectam, ut intelligatur in his quæ sunt diuini iuris, & sensus sit: Si ecclesiæ corripienti & præcipienti, ut peccare desistat, ipse peccator noluerit obedire, habendus est tanquam Ethnicus. Respondeo illam sententiam esse veram, & catholicam, sed non præcisam, & adæquatam intentioni saluatoris, id enim crebro in scripturis sacris, quemadmodum & in alijs doctrinis, accidit, ut specialis aliqua veritas generali quadam sententia comprobetur, quemadmodum docet Augustinus, tractans verbum Apostoli: Omne quod non est ex fide, peccatum est, oportet ergo nos obedire ecclesiæ non solum corripienti, ut peccare desistamus, sed & iuste præcipienti, ut tale, vel tale quid agamus, quod videtur ad salutem, ad lucrum & custodiam religionis, seu communis charitatis Christianæ necessarium. Pastoribus negligentibus non solum dicitur quod infirmum, & contractum fuit non solidasti, non reduxisti, sed additur quod pingue & forte fuit, non custodiisti. Sic euocatus à superiore iudice, vel pro deponenda veritate quam nouit, vel pro purganda infamia, tenetur obedire, alioqui excommunicationis vinculo ligatur, si contumax fuerit. Ad confirmationem, qua dicitur: Transgresso legis humanæ si sit peccatum, consequens erit ex multitudine humanarum legum abundare delicta, id est plura & grauiora peccata in republica contingere. Respondeo id nequaquam consequens esse. Nam legibus humanis hominum coercetur audacia, tutiorque fit inter improbos bonorum hominum vita, in ipsis denique improbis formidato legis supplicio refrenatur nocendi cupiditas, sicuti docet Paulus. Vnde legum conditores rei que publicæ moderatores habentes considerationem ad æquitatem naturalem æternæ legis, attendentes quid populo expediat, præscribunt tempora, personas, opera, & modos, quibus res publica, quam susceperunt gubernandam, in pace conseruetur, & securius viuatur secundum leges æternas, & incommutabiles. De his latius in solutione argumenti octauo.

Ad septimum argumentum respondeo, quod in mandatis decalogi præcipitur, ut habeamus in honore parentes, & ita obediendum est eorum præceptis & statutis iustis. Nam ipsum, quem vicarium Dei in terra habemus in his, quæ ad Deum sunt, tanquam Deum audire debemus. Et ita cogitantes ea facere, quæ Deus præcepit, etiam cogitamus facere quæ parentes tam spirituales, quam carnales rectè præcipiunt. Saluatoris autem sententia: Sine causa colunt me, docentes doctrinas,

tes doctrinas, & mandata hominū, patet ex sententijs ibidē à Salvatore præmissis. Nā Iudæos calumniantes quod discipuli illotis manibus manducarēt, arguit Christus, Ut quid & vos, inquit, transgredimini mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis: ipsum Dei mandatum commemorat cum sequutus adiecit: Deus enim dixit. Honora patrem tuum & matrem, vos autem dicitis, quicumque dixerit patri aut matri, munus quodcumque ex me tibi proderit, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Loquitur ergo Saluator contra constitutiones hominum, legibus diuinis obuiantes, quale erat illud. Satius est munus in templo offerre quam necessitati parentum subuenire. Constitutiones autem Apostolorum & sanctorum patrum non solum nō sunt contrariæ diuinis legibus, sed & magnū afferunt ad euangelica præcepta facilius exequenda administriculum.

Pro intellectu verbi Saluatoris dicentis: Si vis ad vitam ingredi serua mandata: & ad cognoscendum qualiter obseruatio mandatorum sufficiens sit ad salutē. Primum sciendum est secundum doctrinam Pauli Apostoli, quam & explicauit Augustinus, quod obseruatio mandatorum non secundum literam, sed secundum spiritum viuificantem, sufficiens est ad salutem. Nam litera occidit, spiritus autem viuificat. Et hanc obseruationem mandatorum secundum spiritum viuificantem ignorabat adolescens ibidem, qui cum ignorans Dei iustitiam & suam volens constitutuere, diceret se omnia mandata obseruasse à iuuentute sua, responsum habuit à Christo, Adhuc vnum deest. Si sola præcepta in decalogo expressa & carnaliter intellecta sufficerent ad salutem, non esset necessarium credere in Iesum saluatorem mundi incarnatum & passum, nō esset opus regenerationis lauacro, de quibus nulla expressa sit commemoratio in præceptis decalogi. In præceptis decalogi multa sunt implicita & abstrusa, quæ & ipse Saluator latius declarauit in suis euangelijs, ut quod non solum opera forinsecus facta, veluti furtum, homicidium, adulterium, & desideria quibus concupiscitur vxor aliena, aut res aliena, sed etiam alia multa, ut gula, crapula, auaritia, quibus quis abutitur rebus suis, & non cupit aliena, immunditia item multæ in speciebus luxuriæ, quas turpe est nominare, in mandatis Domini intelliguntur prohibita, quæ tamen non videntur expresse prohibita villo præcepto decalogi, de quibus & Apostolus dicit: Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Deinde benefacere proximo, esurientibus panem dare, corripere peccantes, cæteraque misericordiæ opera crassioribus & carnalibus hominibus non videbuntur mandari villo decalogi præcepto, nisi sensus & intelligentia eiusdem decalogi ex euangelica & apostolica doctrina redderetur clarior & illustrior. Vnde Iudæos legem decalogi carnaliter & crasse intelligentes arguit Saluator loquens ad discipulos: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Sic & ipsos carnaliter intelligentes præceptum sanctificandi sabbatum, calumniantes discipulos Christi, quod ipsi sabbatum violarent, dum transirent segetes, & esurientes vellerent spicas, & ederent, arguit Christus. Non legistis, inquit, quid fecerit Dauid cum esuriret, cum intraret in domum Dei, & comedit panes propositionis, quos non licebat edere, nisi solis sacerdotibus, aut non legistis, quomodo sacerdotes in templo sabbatum violant & sine crimine sunt. Dico autem vobis, quia templo maior est hic, si sciretis quid esset, Misericordiam volo & nō sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Innocentes, inquam, id est esurientes discipulos, quorum magis debuisse misereri, qui hoc coacti famis necessitate fecerunt. Item & alibi arguens eosdem Iudæos: Decimatis, inquit, mentam, & anethum, & cyminum, & relinquitis grauiora legis, misericordiam & iudicium, liquantes cum licem, camelum autem glutientes. Verum ne hæc minora præcepta arbitrarerentur non esse seruanda, adiecit: Hæc oportuit facere & illa non omittere. Deinde omnia ad

Qua ratioe veteris legis precepta dicantur pacta sempiterna.

Matth. 19. c

Luc. 18. d.

Mar. 10. c

Adhuc unum tibi deest.

nia ad salutem necessaria, continentur quidem in euangelijs, sed multa reperiuntur illis generaliter dicta, quæ propter ignorantiam hominum explicatione indigent latiore, quæ & Apostoli, vt Petrus, Paulus, Iohannes & Iacobus diuinitus inspirati, qui & facta eius intellexerunt, quibus & post resurrectionem sensum aperuit, vt intelligerent scripturas, latius studuerunt explicare. Vnde neque saluator in aliquo quatuor euangelistarum expresse docuisse legitur circumcisionem carnis, cæteraque veteris legis sacramenta per mortem Christi esse abrogata, quæ tamen lex vetus docet esse pacta & fœdera sempiterna. Quæ sanè præcepta propterea appellantur sempiterna, quòd veritas euangelica in illis figurata permanebit in æternum. Vnde & calix sanguinis Christi, dicitur calix sanguinis noui & æterni testamenti. Intelligentia ergo verbi Saluatoris dicentis ad adolescentem: Si vis ad vitam ingredi serua mandata, veram videbis, si consideres seriem sententiarum, quas Saluator tum adolescenti respondendo, tum occasione illius discipulos docendo proposuit. Manifestum est autem tres euangelistas historiam de ipso adolescente commemorasse, & Saluatorem respondisse verbum illud ad adolescentem, eundemque diuitem, qui interrogabat Iesum: Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam: cuius interrogationis sensus erat: Magister tu es bonus, dic ergo mihi, quibus operibus bonis, quibus operum meritis potero assequi vitam æternam. Saluator autem non mox respondit illi, Si vis ad vitam ingredi, & cæt. sed præmittit, Quid me dicis bonum, quid me interrogas de bono? nemo bonus nisi Deus vnus, plane insinuans opus esse fide, qua credatur nemo esse bonus, nisi solus Deus, & omnis homo esse mēdax, Nō esse qui faciat bonū vsq; ad vnū, id est, ad vnū me Christū. Et ita neminē posse aliquid boni facere ad assequendam vitam æternam, nisi qui ex bonitate Dei miserentis factus fuerit bonus. Hoc ergo voluit Christus dicere ad adolescentem, quando bene Deū simul & hominem me esse nosti, qui propter hominum salutem in terram descendi, tunc rectè me dicis bonum, & quando bene Deum & temetipsum noueris, tunc optimè quæris quid boni facies. Aliter docendus est homo, iam gratiam agnoscens, aut constitutus sub gratia, aliter nondum agnoscens gratiam. Homo nondum constitutus sub gratia cum sit adhuc cæcus, infirmus, captiuus, monstrandus est sibi esse deformis & captiuus, monstrandus est illi medicus, alioquin nihil boni poterit facere. Iam autem sub gratia constituto dicendum est, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Vnde propter clausulam, quam de hoc adolescente interiecit Marcus dicens. Intuens eum Iesus, dilexit eum. Sunt qui dicunt verba hæc esse adolescentis, iam sub gratia constituti, quem tamen adhuc spinæ tribulationum & diuitiarum pungunt. Hoc ergo præmissio, communiter adiecit Saluator: Si vis ad vitam ingredi, serua mādata. Et numeratis mandatis decalogi adolescens ex simplici quadam intentione, zelum Dei habens non secundum scientiam, ignoransque Dei iustitiam, suam volens constituere, in operibus confidens, existimans custodiam mandatorum consistere in hoc solum, quòd honorauerit parentes, & abstinerit à furto, adulterio, & homicidio, non considerata dilectione Dei & proximi, qua refecantur cupiditates diuitiarum & concupiscentiæ voluptatum, aut superbus, & avarus, sed non mentiendo, respondit. Hęc omnia, inquit, obseruaui à iuuentute mea: quod audiens Saluator, nō mox arguit eum arrogantia aut mendacij, sed secundum Marcum euangelistam, intuens eum Iesus, dilexit eum, insinuans eundem adolescentem hoc non mentiri, sed simplici quodam credulitatis animo respondisse. Deinceps subiungit: Adhuc unum tibi deest, turbaris & vagaris erga plurima, vnum est necessarium, charitas videlicet, qua totus adhærens Deo, tua restringantur desideria, idcirco vade & vende omnia quæcunq; habes, & da pauperibus. Sic enim Lucas & Marcus

A cus recitant. Solus autem Matthæus prætermittens sententiam Saluatoris dicentis: Adhuc vnum tibi deest, post interrogationem adolescentis, apposuit clausulam: Si vis perfectus esse: & continuo subiunxit, Vade & vende omnia, & cæt. Vnde & occasione huius doctrinæ Saluatoris, duo iam olim errores contra traditiones Christianæ ecclesiæ emerferunt: vnus Pelagianorum, qui respicientes ad opera foris facta, aut facienda, ignorantesque Dei iustitiam ex verbo Saluatoris dicentis ad adolescentem: Vnum tibi deest, vade & vende omnia quæ habes, & cæt. concluderunt diuites baptizatos, nisi omnia relinquunt, non impleuisse opera præceptorum, nec eos posse habere regnum Dei, quem errorem cum cæteris Pelagius tandem conuictus, ore proprio anathematizauit, quemadmodum recitat Augustinus in epistola ad Paulinum. Alter emerferat error Vigilantij, qui arbitrabatur Saluatorem nec consuluisse, nec præcepisse adolescenti, aut vlli diuiti, vt omnia simul relinquunt, sed melius esse, si quis moderatè rebus suis vtatur pro loco & tempore occurrens necessitatibus pauperum, quem errorem destruit Hieron. contra Vigilantium, sic loquens: Quòd autè Vigilantius asserit eos melius facere, qui vtuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum diuidunt pauperibus, quàm illos qui possessionibus vānundatis simul omnia largiuntur non eis à me, sed à Domino respondebitur: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Ex qua Hieronymi doctrina planè patet Hieronymum interpretari textum de perfectione, quæ est non præcepti sed consilij. Sed tunc manet difficultas, qualiter ista clausula congruat ei quod præmittitur: Adhuc vnum tibi deest. Ad hæc igitur intelligendum non erit inutile præconsiderare triplicem in scripturis reperiri perfectionem Christianæ vitæ. Vna est perfectio consummata seu præmij in futuro seculo, quæ est præmium sanctorum, secundum quam quis est absque peccato, absque macula & ruga, de qua Apostolus, Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Alia est perfectio viæ, quæ est necessitatis & præcepti, de qua dicit Apostolus Paulus, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Et Iacobi primo: Sitis perfecti, in nullo deficientes. Et Saluator: Estote ergo perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Et rursus: Ambula coram me, & esto perfectus. Huiusmodi perfectio non est aliud quàm charitas, vel subsistentia charitatis qualiscunque fuerit charitas, si adsit, perfectione quadam viæ homo perfectus est, iamque in animo renunciat omnibus quæ possidet, paratus in animo omnia pro Christo perdere. Sunt qui Saluatorem arbitrantur hic loquutum de ista perfectione propter clausulam antecedentem, qua dicitur: Adhuc vnum tibi deest, ac si dicat, amor diuitiarum te facit alienum à regno Dei. Si vis ergo perfectus esse, id est, habere perfectionem necessariam ad assequendum vitam æternam, vade & vende omnia quæ habes, ac si dicat, renuncia omnibus quæ possides, abnega temetipsum, & sequere me, disce esse pauper spiritu, disce propter me contemnere omnes diuitias. Non enim damnauit Iesus possessionem diuitiarum, sed affectum, amorem, & curam, volēs nos oportere interdum ea etiam relinquere, quæ auocant animos nostros à præcepto Dei, & veritate euangelica, & sic verbum istud Saluatoris: Vade & vende omnia, & cæt. foret interpretandum, quemadmodum interpretantur ea, quæ ponuntur Matthæi quinto: Si quis percusserit te in maxillam, præbe ei alteram: qui vult tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Hęc enim, vt venerabilis inquit Augustinus, præcepta quædam sunt secundum præparationem cordis, non semper secundum exhibitionem operis. Tradidit enim Saluator documenta patientiæ, vt quibuslibet iniurijs illatis, Christianus animus sit patiens, & ad plura ferenda paratus. Tradidit & documenta pietatis & misericordiæ, & refrenandi omnem affectionem, quæ mentem alienat à Deo.

Vnum tibi deest, vade & vende omnia quæ habes.

Triplicis vitæ Christianæ perfectio.

Rom. 7. c. Eph. 2. b

Eph. 6. c. Iac. 1. a. Matth. 5. g. Gene. 17. a

Damnat Christianus non diuitiarum possessionem, sed amorem.

Marc. 9. g

Math. 19.

Si vis ad vitam ingredi serua mandata.

Mandatorum obseruantia ad vitam æternam non meritoria, sed non ad remissionem peccatorum.

VIII. Ar. solutio.

Iohan. 1. b Lex Moysi grauior lege euangelij ex tribus declaratur.

Si oculus tuus, inquit, aut pes tuus, aut manus tua scandalizat te, abscinde, projice abs te. Omni petenti te da ei, & volenti mutuari à te, ne auertaris. Sic & in hoc loco, inquit intelligitur, Vade & vende omnia, ac si dicat, si mandata custodijsses, proximum tanquam temetipsum dilexisses. Verum hæc interpretatio nõ videtur congruere ei, quòd postea ita dixit Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, & cæt. Proinde communiter intelligunt doctores id esse perfectionis cuiusdam, & non præcepti, sed consilij: & secundum quam homo etiam à licitis abstinet, vt expeditius Deo vacet, & ei qui Dei sunt, cogitet: & de hac loquitur hic Christus secundum diuum Hieronymum in epistola contra Vigilantium: & in epistola ad Demetriadem de virginitate seruanda. Et secundum hunc sensum introducenda est series sententiarum. Arguit Saluator adolescentem, qui assererat se omnia mandata custodijsses, & dicit illi: Adhuc vnum tibi deest in mandatis, quòd nimium tenax es, plus diuitias tuas quam Deum & proximum diligens, diues es, non poteris intrare in regnum cœlorum, nisi desieris esse diues. Paupertas ergo in animo tibi deest, facilius est camelum intrare per foramen acus quam diuitiè, hoc est, diuitijs seruietem in regnum cœlorum. Vnde & propter hanc varietatem sunt qui dicunt adolescentem hoc simplici credulitatis animo, & interrogasse, & respondisse pro eo quòd Marcus interpoluit, intuès eum Iesus dilexit eum. At verò Hieronymus docet adolescentem hæc & interrogasse, & respondisse tantis astu, & mentientis affectu: verum qualiscunque fuerit intentio adolescentis, parum admodum refert, sufficiat scire, quòd Saluator voluit ostendere illum non debite respondisse, nec omnia mandata plenè custodijsses. Sed de his hæcenus longius forsitan digressi, quàm præsentis argumenti negotium postulat, latius de his in tractatu de consilij euangelicis. Cæterum ne ex verbo Christi dicentis, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, fallaris & putes opera mandatorum à libero nostro arbitrio esse meritoria iustificationis nostræ, opere præteritum est attendere Christum non dixisse, Si vis peruenire ad gratiam, aut ad remissionem peccatorum, aut ex impio iustus fieri, serua mandata: sed, Si vis, inquit, ad vitam ingredi, serua mandata. Obseruantia enim mandatorum quamuis sit via ad obtinendum vitam æternam, nõ tamen est via meritoria remissionis peccatorum aut gratiæ primæ, seu charitatis, sine qua nemo potest ita seruare mandata, vt perueniat ad vitam æternam. Ad iam credentes congruè dicitur: Si vis ad vitam ingredi, & cæt. Ad nondum autem credentes dicitur, Si credideris & baptizatus fueris, saluus eris: sed iam credens, neque saluus permanebit, neque ad vitam æternam perueniet, nisi mandata Dei custodierit.

Caput quintum tractat difficultatem octauæ, noni, & decimi argumentorum.



Octauum argumentum quod assumit, legem euangelij esse legem libertatis, nõ solummodo ea ratione, quòd à dominio peccati liberat, sed & propterea, quòd minus grauat, præceptaque pauciora & leuiora habeat, quam lex vetus. Respondeo hoc vtique verum esse, quia per legem euangelij, efficiuntur homines liberi à iugo præceptorum legis Moyfi, quod magis onerabat, tum ex difficultate oneris illius legis, tum ex multitudine præceptorum legis illius, tum ex infirmitate hominum, quibus lex illa erat data, quorù erat ferre seu portare legis onera. Grauitas oneris legis illius pèsatur ex difficultate externorum operum, quorum plurima in lege illa ex seipsis erant graua ac difficilia. Infirmitas autem seu imbecillitas hominù, sub lege illa patet, quia datio legis illius ex se, gratiam non conferebat adiuuamentum. Lex per Moysen data est, inquit Iohannes, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Multitudo

præcep-

A præceptorum manifesta est. Nam, vt inquit Rabbi Moyses, ducenta & octodecim sunt præcepta affirmatiua secundum numerum membrorum hominis, trecenta autem & 65. præcepta negatiua secundum numerum dierum anni, in quibus vniuersis custodiendis, singulisque pollutionum generibus cauendis, tanta, inquit, erat difficultas, vt vix vnum ex mille inueneris mundum. Inter hæc omnia præcepta erant paucissima moralia. Cæteris omnibus igitur iudicijs, cæremonijs, & obseruantijs Christi morte sublatis, remanet in lege euangelica sola moralia præcepta, superadditis præstantissimis quibusdam sacramentis numero paucissimis, & obseruatione facillimis. Hic iam dixerit fortassis quispiam: Lex Moyfi iuxta Pauli Apostoli doctrinam, fuit imposita hominibus illis adhuc imperfectis, tanquam adhuc paruulis, & sub pædago degentibus, paruulis autem atque infirmis, imponenda sunt non onera graua, sed leuia, ac facilia, perfectioribus adijciuntur altiora. Videtur igitur quòd lex Moyfi debuerit pro illo populo minus onerosa esse, & præcepta continere faciliora. Et hanc quoque sententiã videtur corroborare doctrina Christi, adijcientis legi antiquorum præcepta quædam perfectionis, obseruatione difficillima. Respondeo iuxta Pauli Apostoli doctrinam: Paruulus adhuc rudis ac petulans, nondum est amans iustitiam, suarumque sequax est passionum, & ideo sua libertate vti non potest, neque suis viuere legibus quasi hæres, sed sub tutoribus, aut sub pædago elementis quibusdam ætati illi congruis ad tempus instruendus, ac manuendus est, coercendusque monitis, præceptis, & externis operibus, quibus lasciuens refrenetur ætas, donec venerit tempus perfectæ discretionis ad eundem hæreditatis, vt iam non amplius solo timore ducatur, neque sub solis viuatur temporalibus elementis, sed ex se ea quæ iusta & recta sunt faciat, & tum illi sunt imitanda, declaranda, expresseque vetanda, quæ dum paruulus erat, capere non poterat, cuiuscemodi sunt interni motus animi, concupiscentiarum & cupiditatum, quæ in veteri lege populo adhuc carnali non sic expresse erant vetite sub comminationibus mortis corporalis aut temporalis pœnæ infligendæ, quemadmodum neque motus interni charitatis, humilitatis, patientiæ, mansuetudinis illis proponebantur sub spe æterni & cœlestis regni. Atque ita sanè mandatis veteris legis Moyfi, in euangelio Matthæi. 5. alijsque in locis sunt superaddita mandata quædam moralia difficillima his, qui nondum habent spiritum euangelij, cuiusmodi sunt, non aspicere mulierem ad concupiscendum, pro persequentibus & inimicis orare, eosque diligere, & non resistere illis, sed patienter ferre iniurias illatas, animamque pro fratribus ponere, relinquere omnia propter Christum, crucifigere carnem cum vitijs & concupiscentijs suis. Hæc & id genus alia perfectionis opera populis carnalibus nondum suauis iugo Christi deductis difficilia, lege Moyfi non sic expressa, præcipiuntur in euangelio, sed non inde sequitur, onus euangelij hominibus sub euangelio esse grauius, quam onus legis veteris erat hominibus sub lege Moyfi degentibus. Nam spiritus euangelij, qui legem charitatis scribit in visceribus hominum facit huiusmodi præcepta esse leuia & suauia, sic animas intus afficiens, vt regnum mundi & omnem ornatum seculi contemnant propter amorem Domini nostri Iesu Christi. Spiritus autem legis Moyfi solum indicans, quidnam esset faciendum, & non adiuuans ad implendum, timorem incutiebat populo illi, quamdiu adhuc manebat carnalis. Sed non inde sequitur, per legem euangelij Christianos esse liberos à præceptis & obedientia suorum parentum, prælatorum, & superiorum potestatum. Nam & supra præcepta legis Moyfi etiam oportuit veteris legis populum suis parētibus & superioribus obedire in multis operibus, ad quæ alioqui non obligabatur populus ille iure diuino. Vnde Paulus Apostolus spiritu suo Apostolico, præuidens homines quosdam reprobos futuros, qui prauè essent intellecturi

Math. 5.

Gala. 4.

Præcepta enim euangelica grauiora non habentibus spiritum Christi.

Lex euangelij docet & adiuuat, lex Moyfi solum docet.

libertatem euangelicam per Christum nobis impensam, totiens, totque reite-
ratis vicibus inculcat & exaggerat nos iam factos Christianos, oportere subditos
esse parentibus, prappositis, principibus, & sublimioribus potestatibus.

Iam si quis dixerit: Qui liberatur ab vna seruitute, & denuo premitur alia,
vel æquali, vel maiori, non magis est liber, quam prius extiterat, veluti qui libe-
ratus ab vno vinculo corporali, rursus constringitur alio æquali, aut fortiori,
sed canones & decreta Pontificum, legesque superiorum potestatum, sunt mul-
to grauiore & plures, quam olim præcepta veteris legis. Ergo per legem eu-
angelij non efficiuntur homines magis liberi, quam erat veteris legis populus.

Huic respondeo, secundam propositionem antecedentis falsam esse, sicuti ex
superioribus manifestum est. Nam huiusmodi leges positivæ adiectæ præceptis
euangelij, congruunt ad lucrum fidei & Christianæ charitatis, ad fouendum tran-
quillitatem & pacem reipublicæ. Atque ita non sunt onus grauens, sed alleui-
ans. Neque Papa, neque Imperator potest imperare hominibus sibi subiectis,
veluti seruis & mancipijs, neque pro suis item lucris aut commodis canones aut
leges imponere, sed pro lucro, commo, & salute subditorum, quibus ceu fili-
is tanquam pater & pastor præesse debet, non tanquam dominus gubernans li-
bidine dominandi. Ex his igitur manifestum est, quo nam modo, qua insu-
per ratione super veteris legis populum fuerit iugum asperum atque amarum,
& onus graue. Nempe seruilis ille timor, quo populus ille legi vnus Dei cæ-
li & terræ coagulabatur, pœnam habebat atque animi amaritudinem. Onus
insuper mandatorum graue erat, cum propter multa difficilia externa opera il-
lic & iussa & vetita, tum propter imbecillitatem virium populi illius adhuc ru-
dis, qui quatenus manebat in lege Moyfi, non inde transiens in Christum, non-
dum habebat spiritum dulcedinis adiuuantem. Insuper ex superioribus li-
quidum est, quo nam modo, & qua item ratione iugum Christi sit suaue, & onus
præceptorum eius leue, &c. Quantumlibet enim ipse Christus iusserit aut pro-
hibuerit internos animi motus, onus tamen leue est propter iugum Christi suaue,
ccelitus humeris animarum nostrarum immissum. Vnde iugum, de quo Chri-
stus, à iungere appellatum est, euangelica charitas ex fide in Iesum mediatorem,
qua ad inuicem iungimur, tanquam vnus corporis membra, mirabili quodam
nexu spiritus sancti, adhaerentia Christo vt capiti nostro. Nobis ita quæ tali nunc
ad inuicem iugo copulatis Christo, mandata eius non sunt grauia, id est, molesta,
nobis quasi inuitis imposita, sed iucunda & delectabilia super aurum & topasion.

Quod si per iugum Christi velis intelligere legem euangelicam, & per onus
laborem in custodiendis mandatis, in eandem recurris sententiam. Nam chari-
tas facit omnia esse voluntaria, & ita leuia & suaui. Iugum charitatis quamuis
sit via arcta tumidis, elatis, superbis camelis seu gibbosis, id est, sarcinis cupidita-
tum oneratis, cæterisque omnibus, qui nondum intrauerunt angustam fidei por-
tam, quam & pauci inueniunt, currentes in campos licentiæ secundum viam
amplam, id est, secundum propriam concupiscentiam, seu secundum amorem
sui, secundum amorem mundi huius, aut carnis suæ, qui sanè amor sui ducit ani-
mam ad perditionem, attamen larga & suaui omnibus iam factis paruulis & hu-
miliatis, ambulantis in ea dilatato corde, id est, amantibus & diligentibus, di-
cente propheta: Viam mandatorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

Ex huiusmodi ergo saluatoris testimonio, non rectè concluditur, parentes &
ecclesiæ prælatos, non posse dare mandata, aut ordinationes, quibus teneamur ob-
edire. Nam & charitas, qua & nos inuicem superiores arbitramur, facit nos lu-
benter ac spontaneè obediens esse parentibus & senioribus, omnibus reddit de-
bitum, cui honorè honorem, cui tributum tributum, cui obedientiã obedientiã.

Pro

- A** Pro intelligenda autem doctrina Petri, cæterorumque Apostolorum, & seniorum,
in Actibus capite. 15. definitum præcepta veteris legis, propter eorum graui-
tatem & multitudinem, non esse imponenda populo Christiano, iam per Chri-
stum in libertatem vocato. Sciendum est quod Petrus coarguit Iudeos, qui confi-
si in operibus legis Moyfi, putabant sese non posse iustificari sine carnis circunci-
sione & obseruatione legalium sacramentorum. Vnde in principio eiusdem capituli
sic recitat Lucas: Quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres, dicentes eis,
quod nisi circumcidamini secundum morem Moyfi, non potestis saluari, atq; ita
facta seditione non modica aduersus Paulum & Barnabam, ordinatum est, vt ip-
se Paulus & Barnabas, & quidam alij ex ipsis super hac quæstione ascenderent in
Hierusalem, ex quibus manifestum est, quosdam malè docuisse fratres, tradentes
neminem posse saluari sine operibus legis Moyfi, iugumque legis Moyfi, quæ &
lex Dei erat, adhuc post Christum datum, habere vim obligandi ex ratione vo-
luntatis diuinæ, quasi præcipientis ac definitis, sine illis salutem esse non posse.
B Hoc autem falsum esse in concilio Apostolorum & seniorum Hierosolymis so-
lenniter celebrato & conuocato, declarauit Petrus, approbauerunt Barnabas &
Paulus, iudicauit Iacobus Hierosolymorum episcopus. Ad eum enim tanquam
ad iudicem ordinarium in propria dicecesi residentem pertinebat pronuntiare
Apostolorum sententiam, etiam in præsentia Petri vniuersalis ecclesiæ episcopi.
Postquam tacuerunt Paulus & Barnabas, respondit Iacobus, inquit scriptura: Vi-
ri fratres, &c. Priusquam tamen Iacobus definiret, magna conquisitione & exa-
minatione facta, de quæstione illa: Vtrum de circuncisione lex Moyfi esset ad sa-
lutem necessaria, surgens Petrus in concilio, primùm commonstrans se diuinitus
electum ad prædicandum gentibus, diuinitusque edoctum explicat Deum puri-
ficare corda gentium ex fide absque circuncisione & obseruatione veteris legis,
& concludens, ait, Nunc ergo vos, inquit, quid tentatis Deum, imponentes eis iu-
gum legis Moyfi, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus, sed
credimus vnumquemque tam gentilem, quam Iudæum saluari gratis per fidem
in Iesum, sine fide non est circumcisus Iudæus melior gentili incircunciso. Fuit
quidem populo Iudæorum ad tempus lex imposita, sed ex operibus legis sine fide
non potuit iustificari. Lex enim spiritualis erat continens cæremonias, vmbra, fi-
guras, & signa Christi tunc futuri, quo adueniente, transferunt vmbra, figuræ.
In vtrisque igitur quamuis ad salutem necessaria est fidei gratia, neutris tamen im-
ponenda nunc sunt legis Moyfi sacramenta. Hanc Petri sententiam approbaue-
runt Paulus & Barnabas, narrantes quanta Deus per eos prodigia & signa osten-
disset inter gentes. Atque ita tandem iudicio suo eandem sententiam confirmat
Iacobus. Postremum placuit Apostolis & senioribus cum tota ecclesia viros mittere
ad Antiochiam, &c. Sed videamus iam consequenter etiam ex doctrina
D Apostolorum in eodem loco consequens esse eum, qui iam per gratiam Christi
salutem est assequutus, oportere obedire non solum præceptis diuinæ legis, sed &
ecclesiæ prælatorum mandatis, ac ordinationibus ad lucrum & custodiam chari-
tatis in plebe. Cum omnes cæremonie veteris legis publicato iam Christi
euangelio forent extinctæ, tamen & ibidem Apostoli ad lucrum & custodiam pu-
sillorum iusserunt ad tempus seruari quædam cæremoniarum præcepta, veluti ab-
stinere à sanguine animantis, & à bestia suffocata, à carne idolis immolata, & à for-
nicatione, quam gentes cõmuniter sibi licere existimabant, quam obrem neces-
sarium fuit eam simul cum alijs in se licitis prohibere. Hæc ad literam fuerunt in
exordio fidei prohibita, non ad obseruandum cæremonias legis, sed propter ne-
cessitatem seu vtilitatem illi tempori congruentem, vt videlicet expeditius
atque solidius Iudæi & gentes simul habitantes coalescerent, Iudæi nempe pro-
pter ve-

Consilium vni-
uersale Aposto-
lorum temporibus

Declaratur te-
ntus actum. 15.

Iugum Christi
suaue, & onus
leue.

Iugum domini su-
perbi graue.

Psal. 118.

Apostoli in ge-
nerali concilio,
cur prohibue-
runt quædam in-
se licita, quæ
neq; diuina, neq;
que naturalis
lex vetat.

pter veterem consuetudinem abominabantur sanguinem, & suffocatum. Esus autem cibi idolis immolati, si gentibus fuisset admissus, potuisset dare ludæis occasionem suspicandi de reditu earum ad idololatriam. Ad coagulandum igitur ludæos simul & gentes in unitatem fidei & Christianæ pacis, quædam in principio vetuerunt Apostoli, quæ transeunte tempore, & cessante prohibitionis causa facta sunt licita. Fornicatio autem simplex, quæ naturali iure illicita, & illic prohibetur, propter gentes quæ putabant eam non esse peccatum. En vides candidè lector Apostolos in generali synodo, docente spiritu sancto ex causa prohibuisse quædam, quæ neque naturali, neque diuino iure erant in se illicita, aut vetita. Demum in fine eiusdem capituli dicitur: Perambulabat Paulus Syriam & Siliciam, confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Vides igitur ex Apostolica doctrina, obediendum esse præceptis seniorum. Nec obstat, si qui sint qui legibus positivis subesse contemnunt. Nam præfectus ecclesiæ, non tam ad singula membra, quam ad vniuersum corpus ne pereat habet attendere. Ad ea quæ ex doctrinâ Augustini ad inquisitiones Ianuarij assumuntur in eodem argumêto octauo, Respondeo quod August. ibidem respondens quæstionibus Ianuarij in fine libri contra illos loquitur, qui religionem Christianam oneribus humanarum constitutionum imprudenter onerare præsumunt, non habentes considerationem an ita præcipi expediat communitati ecclesiæ ad ædificationem, aut pacis ac fidei, aut bonorum morum. Vnde Augustinus ibidem nihil facit obseruationes illas, quæ neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, neque in concilijs episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine vniuersæ ecclesiæ sunt roboratæ, neque habent aliquid ad exhortationem melioris vitæ. Sub talibus autem non continentur leges ieiuniorum, aut festorum solennium, aut continentie, & cælibatus ministrorû ecclesiæ, quæ & in concilijs episcoporum statuta sunt, & vniuersalis ecclesiæ cõsuetudine roborata ad lucrum fidei, charitatisque, & pacis cõmunis, ceterarumq; virtutum custodiam, aut ad pacem & tranquillitatem in repub. fouendam adminicula. De quibus & Hieron. loquitur in epist. ad Licinium: Vnaqueq; provincia in suo sensu abundet, & præcepta maiorû leges apostolicas arbitretur. Apostoli quidè diuinitus informati docuerunt Dei populum non debere grauari multiplicibus cæremonijs veteris legis, ymbris solùm & figuris Christi tunc futuri declarant hominè per fidem in Iesum iustificari gratis sine operibus præuijs, sed non ideo consequens est, quin pontifices etiam Apostolorû temporibus potuerant ecclesijs iam in vnam remp. congregatis, dare præcepta seu statuta ad Christianæ fidei custodiã. Nam & Apost. ab exordio tempus sanctificandi sabbatû in diem dominicû transtulerunt. Item solennitatem paschalem & pentecostes statuerunt celebrandas, quarû meminit & Lucas in Actibus, & Ioannes in Apocalypsi, item à suffocato & sanguine, & à cibo simulachris immolato iusserunt abstinere, quæ tamen neque naturali, neque diuino iure erant vetita. Vnde & Apostolus viro contentioso & molienti contradicere obijcit consuetudinem tanquam pondus, & momentû in his quæ agenda sunt & seruanda in ecclesia Christi: Si quis, inquit, videtur contentiosus nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. Quia fuerunt hæretici, qui ex August. doctrina in eodem lib. conati sunt asserere ecclesiam nihil posse præcipere, quod aliàs non sit à Deo præceptum, & idcirco nullam ecclesiæ constitutionem obligare transgressorem ad culpam. Animaduertendum est Augustinû ibidem recitare multas obseruantias celeberrimas à populo Christiano custodiendas, quas non reperimus, aut Christum, aut Apostolos iussisse in sacris literis, sicuti anniuersaria celebratio Dominicæ passionis, resurrectionis, assensionis diei Dominicæ post sabbatum, & quadragesimæ obseruatio, ieiuno stomacho sumere corpus & sanguinem

Doctrina Aug.
ad inquisitiones
Ianuarij, de cõ-
suetudinibus
ecclesiasticis.

1. Corin. 11. c.

lib. 2. ad inq. s.
Ianuarij. C. 17.
et sequentibus.

lib. 1. c. 6.

A sanguinem Domini, cæteraque id genus alia multa, de quibus cum per vniuersam ecclesiam custodiuntur, insaniam, atque dementia, inquit, est dubitare an ea seruare oporteat. Ex scriptis sanctorum patrum, etiam eorum qui fuerunt vicinissimi Apostolorum temporibus, reperimus plurima esse seruata & custodita in ritibus sacramentorum, in modis exorcizandi, baptizandi, consecrandi, & ordinandi sacerdotes ac episcopos, qui in euangelij codice non reperiuntur. Ipse quoque Paulus coarguit eos, qui mensis suis eucharistiæ sacramentum miscebant, addens etiam sese, cum ad Corinth. veniret, nonnulla de hoc ordinaturum. Vnde Christus tribuens successoribus potestatem gubernandi suam ecclesiam, simul dedit eis potestatem disponendi, quæ ad ecclesiæ ædificationem, exaltationem, & charitatis custodiam pertinerent, quemadmodum Paulus præcipit episcopis à se ordinatis, vt constituerent per loca & ciuitates presbyteros atque episcopos, imponens eis ne vlli homini citò manus imponerent. Rursus in exordio nascentis ecclesiæ, cum nondum potestates seculares erant Christianæ multa non expediebant statuta, quæ iam expediunt ecclesiæ, cum reges & principes sunt fidei Christianæ defensores, de quo latius alibi. Ad verbum Iacobi Apostoli appellantis legem Christi, legem perfectæ libertatis. Respondeo illud Iacobi testimonium non obstat præceptis & constitutionibus humanis æditis, aut ad lucrum ac custodiam Christianæ fidei ac charitatis, aut ad fouendam reipublicæ pacem seu tranquillitatem, aut coercendum contumaces atque rebelles. Sicuti enim iam patuit lex euangelij dicitur lex perfectæ libertatis, non tanquam liberet Christianos in hac vita ab omni seruitutis incõmodo, aut ab obedientia sublimioribus potestatibus debita, sed quia non premit tanta seruitute, quanta Iudæi etiam sub gratia constituti in euangelicam legem translati ante Christum premebantur, liberans non solùm à dominio peccati, sed etiam ab oneribus sacramentorum, obseruantiarum, & cæremoniarum veteris legis. Et hæc est sententia quam intendebat Augustinus, dicens: Leui iugo nos Christus subiecit, & sarcinæ leui, sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significatione præstantissimis, societatem noui populi colligauit. Sacramenta autem veteris legis, quibus populus ille coagulabatur, erant numero plurima, factu difficilia, significatione obscura, & talia quæ solùm promittebant, & nondum præstabant gratiam, qualem Christus largitur in sacramentis suis legis euangelij.

Deinde & in verbo Apostoli Iacobi considerandum est quod lex euangelij dicitur lex perfectæ libertatis in hac vita, sed non perfectissimæ libertatis, qualis erit in futuro seculo merces nostra, libertas ab omni malo. Considerandi etenim sunt ex scripturis sacris multi libertatis gradus, sicuti in primo libro demonstrauimus. Hactenus igitur illud egimus, vt ostenderemus præcepta Apostolica, institutaque canonica adiecta legi euangelicæ, pro fouenda fide & charitate, & ecclesiastica pace, non esse habenda tanquam onera, quæ Christianos grauant, aut impedimenta præstant ad viuendum secundum euangelium Iesu Christi, sed potius tanquam adminicula quædam, quæ exonerant onus peccati in carne habitantis, alleuiant, & ad viuendum secundum regulam euangelij incitant, animosque expeditiores faciunt, sicuti perspicuum est in legibus corporalis ieiunij, quo interni motus prauis, carnisque concupiscentiæ supprimuntur. In legibus item de festis celebrandis, & sacris audiendis, quibus iustum est cessare à seruilibus operibus, vt mens Deo vacet, & in fide & charitate, cæterisque internis motibus virtutum proficiat. Vnde & ipse Paulus ingenuè fatetur sese accepisse à Deo potestatem super Christianos iam per Christum liberos, non autem in destructione aut detrimentum, sed in ædificatione ecclesiæ. Ad nonum argumentum, quo concluditur omnem transgressionem humanæ legis esse peccatum inobedientiæ, & criminale peccatum

1. Corin. 11. g.

Tit. 1. b.

1. Tim. 5.

Iaco. 1. d.

Lex Christiana, lex perfectæ libertatis

Ad inq. Iam
lib. 1. c. 6.

2. Corin. 13. d.

IX. Ar. peccatum Respondet Bernardus in libro de dispensatione & præcepto, declarans consequentiam esse inuolidam. Non enim quælibet, inquit, inobedientia est criminalis, deiciens à statu salutis. Nam ipsi nos iam Dei gratia sanati, non possumus ita obedire etiam in præceptis Dei, quin sæpenumero peccemus, non tamen continuo ut aliquid præterimus, perimus. Nam neque vnius necessitatis, utilitatis, aut dignitatis sunt quæ iubentur, neque pari cura præcipiuntur, nec pari voluntate negliguntur. Est interdum voluntas erroris, interdum infirmitatis, interdum contumaciæ, idcirco non eiusdem culpæ est voluntas, quæ per inobedientiam labitur. Vnde & in lege diuina, venialia peccata criminalia reputantur, cum per contemptum vtuntur, inquit, in vsum & consuetudinem, & tunc non peccati species, sed peccantis intentio pensatur. Ad scripturam quæ citatur ex primo libro Regum, docens repugnare superiori, esse quasi scelus idololatriæ, & nolle acquiescere, esse quasi peccatum ariolandi. Respondet ibidem eandem scripturam huic sententiæ non aduersari, sed & magis eam confirmare. Non enim definit scriptura scelus idololatriæ esse, non acquiescere, sed nolle, inquit, acquiescere, vt non ipsius iussione simplex transgressio, sed superba voluntatis contemptio, scelus idololatriæ reputetur. Aliud est non acquiescere, aliud nolle acquiescere, seu obedire, illud interdum est erroris, interdum infirmitatis, istud verò odiosæ est contumaciæ, quemadmodum & ipsum repugnare. Non ergo qualiscunque mandati præteritio criminalem facit inobedientiam, sed repugnare & nolle obedire. Et vide si non his conformiter doceat Apostolus Paulus: Qui potestati, inquit, resistit, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Qualiter autem sit accipiendum quod Bernardus adiecit: Toties sine crimine transgreditur, quotiens in transgressione defuerit huiusmodi recalcitrans & contentiosa voluntas iam mox dicturi sumus. Deinde quod in argumento assumitur, inobedientiam Adæ fuisse criminale peccatum, Respondet, quod frustra quælibet inobedientia comparatur antiquæ illæ inobedientia in paradiso. Nam hæc sub pœna mortis erat interdicta, quæ non solum obligabat personam, sed & vitabat naturam totam humanam, quæ & grauissima est iudicata ex defensione rebellionis, quando Deo causam requirente peccati, vt ad pœnitentiam prouocaret, nolens mortem eorum, maluerunt declinare cor suum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.

Pro maiori intellectu eorum quæ in argumento nono, & in argumento sequenti assumuntur de obedientia, ex libro de dispensatione & præcepto, Sciendum est, quod Bernardus disputat illic contra quosdam, qui terrebant homines à vouendo obedientiam, eò quod monacho in omni sua actione crimen insidiatur inobedientiæ, quod reprobatur ostendens, quod non qualiscunque mandati præteritio criminalem facit inobedientiam, sed repugnare & nolle obedire. Toties ergo sine crimine transgreditur quis (subintellige secundum speciem inobedientia) quoties defuerit huiusmodi recalcitrans & contentiosa voluntas. Talis enim contemptus, est inobedientia formalis species opposita virtuti obedientia. Vnde & ait ibidem: Solus contemptus, inquit, virtuti insidiatur obedientia. Et ita secundum speciem inobedientia, non est vnquam criminale peccatum transgredi simplicia statuta positiui iuris, nisi fiat transgressio ex contemptu. Cum hoc tantum stat transgressionem præcepti humani prodeuntem ex voluntate non sic contemnente, etiam interdum esse mortale peccatum oppositum alij virtuti, veluti cum opus oppositæ virtutis cadit sub humano præcepto. Proinde mortaliter peccat etiam is, qui absq; contemptu, absque vlla rationabili causa vescitur carnibus in quadragesima, abstractus & illectus à sua concupiscentia, vnde transgressor fit maioris aut minoris culpæ reus, non tam ex intentione prælati intendentis aut criminaliter

Solutio.
Nō omni transgressio voluntaria humana leuigū est criminalis.

Rom. 13

De inobedientia quādo est criminalis, quādo venialis.

criminaliter aut venialiter obligare transgressores, quam ex qualitate præceptorum, & ex fine atq; autoritate præcipiētium. Bern. autē loquitur ibidem de corporalium statuti obseruariarū, quæ vt statuta quædam puniuntur in regula professorum, quæ à præpositis dispensationem admittunt, quæ & neglecta puniuntur leniori censura, quæ per se aut propter se nec bona sunt, nec mala, sed neq; diuina institutione, neq; propria professione sunt fixa, qualia sunt risus interdictus, vel silentium interdictum, secus est de spiritualibus, quæ in regula sunt tradita, & de his quæ propria professione sunt fixa, qualia sunt loci stabilitas, continentia, paupertas. Istorum transgressio etiam absque contemptu criminalis est, si fiat absque rationabili causa. Vnde aliud fractio voti, aliud per surreptionem aut obliuionem transgressio humani mandati. Et hanc esse Bern. intentionem patet, nam & ibidē concludens, sic loquitur. Hæc ergo generalis sit regula vniuersorum, qui propter se, aut per se nec bona, nec mala sunt, aut diuina institutione, aut propria cuiuspiā professione fixa non sunt, vt non iussa licitè vel admittuntur, vel omittuntur, Ita iussa sine culpa non negliguntur, sine crimine non contemuntur, vbique est culpabilis neglectus, contemptus autem damnabilis. Differunt autem neglectus & contemptus, quod neglectus est languor quidam inertia, contemptus vero est superbia tumor. Et hic sane contemptus in omni specie mandatorum damnabilis est, per contemptum intelligens voluntatem, qua quis ita contēnit superioris præceptum, vt velit propter huiusmodi contēptum sciens & deliberatè non obedire superiori. Nam & Bernar. contemptum distinguit à voluntate, qua quis vel per obliuionem, vel per surreptionem, vel per infirmitatem aliquid contra superioris facit mandatum. Sic & diuus Thomas docet, omnem inobedientiam esse mortale peccatum, sed inobedientiam, inquit, voco voluntatem, qua quis contemnit superioris præceptū. Cum autem facit aliquid non propter præcepti contēptū, sed propter aliquid aliud, non est secundū speciem inobedientia, licet sit inobedientia quædam generaliter dicta, quæ est circumstantia quædam pertinet ad omnis peccati speciem. Nam & omne peccatū est transgressio quædam mandati superioris potestatis, vnde & obedientia sic generaliter accepta ponitur loco generis à sanctis patribus in descriptione peccati. Sic & accipitur in nonnullis scripturæ sacræ locis. Et quoniam omnes res melius diuisione innotescit, hanc voluntatem contemnentem trifariam diuidamus. Quædam est voluntas, qua quis vult non obedire superiori, contemnens aut superiorem, aut illius legem, veluti cum quis vult aliquid facere, vel omittere ea intentione, vt faciat contra superioris voluntatē. Hic sane modus constituit criminale inobedientia, dicente saluatore. Qui vos spernit me spernit, & talis inobedientia est speciale peccatū. Alia est voluntas, qua quis generaliter statuit non obedire superiori ex criminali errore, arbitrans superiores nō habere potestatem præcipiendi quicquid aliud quam Deus ipse in specie præceperit. Talis error est in docentibus non oportere vlli homini, sed soli Deo obedire. Ex tali autem voluntate transgrediētem superioris mandatum mortaliter peccare patet ex scripturis. Nam quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere. Item qui resistit potestati Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, Apost. ad Rom. 11. & secundæ ad Timo. 3. Inter peccata mortalia numerat parentibus esse inobedientes. Et vtroque istorum modorum, non peccati species, sed peccantis intentio pensatur. Tertia inobedientia, scilicet voluntas, qua quis non sic ex criminali errore statuit non obedire, sed iam pridem in omnibus licitis & honestis iudicans obediendum esse, etiam paratus obedire propter superuenientem seu accedentem occasionem, transgreditur superioris præceptum scienter & deliberatè, non per surreptionem, nō per obliuionem, sed vel propter libidinem à concupiscentia abstractus & ille-

Neglectus quid sit.

Contemptus.

22. Quest. 105. art. 1. Respons. ad. 1.

Voluntas transgrediens humanam legem triplex.

Luc. 10. 6

1. Reg. 15. 9

Q. Aus, vel ad

ctus, vel ad vitandum molestiam & laborem in executione præcepti, non habita vllius piæ utilitatis vel necessitatis consideratione, quemadmodum accidit A cum quis, vt vitet famis molestiam, frangit ieiunium, aut dum tractus concupiscentia, vescitur carnibus contra ecclesiæ præceptum, nõ habita consideratione ad corporalis refectiois necessitatem, vtilitatem, vel aliam vllam piam & rationabilem causam, Species quædam contemptus est absque iusta necessitate & pia vtilitate scienter negligere superioris præceptũ. Vnde & rationabili legislatoris intentioni obuiat, qui vel ex contemptu, vel absq; causa rationabili opus statutũ non seruat. Et secundum hunc tertium modum, contingit interdum mortale, interdum veniale peccatum. Varietas autem propter quam contingat nunc mortale, nunc veniale esse peccatum, accidit multis de causis. Primum propter discrimen causarum insufficientium. Deinde propter discrimen humanorum præceptorum, quæ multum inter se discrepant. Non enim vnus ponderis, necessitatis, vel dignitatis, vel vtilitatis sunt, quæ iubentur. Postremum propter dispares intentiones hominis præcipientis. Nec enim pari culpa negliguntur, inquit Bernardus quæ non pari cura præcipiuntur. Sed de his tractauimus latius in superiori libro. Sed contra hoc forsitan obiecerit quispiam, secundum scripturas tantum tribuendum est prælatorum iussionibus, quantum si diuinitus traderentur, quod probant non Bernardus, & Benedictus solum, sed & Hieronymus, Augustinus, cæterique patres per scripturam. Qui vos spernit me spernit, Qui vos audit, me audit. Quæ dicunt facite, obedite præpositis vestris, & subiaceite illis. In huiuscemodi scripturis ecclesiastici patres intelligunt nos oportere obedire prælatorum mandatis etiam in his, quæ alias non accedente superiorum mandato forent indifferentia. Siue Deus, inquit Bernardus, siue homo vicarius Dei, quodcumque præceptum tradiderit pari cura est obediendum, & quod prælatus præcepit, non aliter est accipiendum, quam si Deus ipse præcipiat, sed Deo præcipienti quicquam, non obedire semper est criminale peccatum, ergo & non obedire homini præcipienti videtur semper esse mortale peccatum. Sed ad hoc respondet Bernardus ibidem, negans secundam partem antecedentis. Neque enim præcepta euangelica vnus sunt ponderis & dignitatis. Sunt quædam euangelica præcepta maxima, quædam media, quædam vero minima. Minimorum præceptorum transgressiones non crimina, sed venialia sunt peccata, qualia sunt leuis ira & ociosum verbum, stultiloqua quædam & vaniloqua ociosè dicta, facta, & cogitata. Huiuscemodi peccata sunt contra Dei mandatum & tamen venialia sunt, non criminalia, nisi cum per contemptum vertuntur in vsum, & consuetudinẽ, & tunc non peccati species, sed peccantis intentio pensatur. Quamuis ergo vnus Deus sit, qui per omnem inobedientiam offenditur, non tamen vnus ponderis sunt, quæ iubentur, & idcirco non semper criminalis culpa contrahitur ex transgressione. Si in traditionibus diuinis, non omnis inobedientia est crimen, D consequens profecto est, nec omnem inobediẽtiam esse crimen, in traditionibus humanis. Non qualiscumque mandati præteritio criminalem, inquit Bernardus facit inobedientiam, sed repugnare, & nolle acquiescere, quemadmodũ legimus primi Regum. 15. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, de quo in superioribus. Ad decimum argumentum ex superioribus patet, antecedens esse falsissimum, videlicet transgressio legis humanæ non esse peccatum, nisi propter concursum naturalis aut diuinæ legis, alioqui obligantis ad exequendum, vel omittendũ opus illud. Nam opus illud quod iure naturali & diuino est in se licitũ, plarumq; accedente sola humana prohibitione fit illicitũ, veluti in die ieiunij temperantia custodita pluries comedere, & bibere, aut carnes manducare, vt apud Augu. in epistola ad Casul. Opera insuper non præcepta

Vnde cõtingat transgressioẽ nunc mortale nunc veniale esse peccatum.

Lib. de præcepto & dispensatione.

Obiectio. Luc. 10. c. Matth. 23. c. Hebr. 13. c.

Lib. de præcepto & dispensatione.

Sicut in præceptis Dei quædam magna, quædam media, alia minima, ita & in præceptis humanis.

X. Arg. solutio.

A præcepta vlla lege diuina, aut naturali plarumq; fiunt debita sola lege vel iussione diuina, vt rus colere, & ad forum & ecclesiã ire, ad quæ nulla diuina lege filius obligatur, veniunt in obligationẽ accedẽte solo præcepto paterno. Neq; enim ex iure diuino tenetur quis facere hoc vel illud opus sola lege humana præceptum, quãuis parentibus & prælatis hoc præcipientibus, subdit⁹ ex iure diuino teneatur illud facere, quibus nõ præcipientibus non esset ad illud faciendũ obligatus. Atque ita doctrina Gersonis hac in parte nullatenus est recipienda, secundum eam nempe lex humana, non nisi esset insinuatio quædam seu intimatio legis diuinæ tunc obligantis, sicut doctrina magistri vel cuiuslibet alterius dicentis. Vide ne illud feceris, quia peccabis in legem Dei, quemadmodũ prædedit exemplum de medico ibidem ab Gersone introductum. Et cum vltra in argumento adijcitur Solus Deus potest infligere pœnam post hanc vitam tolerandam. Fateor vtique, sed non inde sequitur auctoritatem humanã non posse dare præcepta affirmatiua aut negatiua, quorũ transgressor fiat reus pœnæ post hanc vitam inferendæ. Nam qui potestatem humanam contemnit, in illa contemnit atq; offendit Deum ipsum iuxta illud. Qui vos spernit me spernit. Si vero humana potestas ita contemneretur, vt in contemnendo illam Deus ipse nõ offenderetur, iam neq; peccaret, neq; reus supplicij post hanc vitam fieret qui legem humanã potestatis contemnens transgredere, neq; lex ipsa quam contemneret esset iusta, & in foro conscientie obligatoria. Atq; ita ad probationem, qua dicitur legislator non potest transgressorem suæ legis obligare sub vlla pœna, quam non potest ipse infligere. Respondeo quod transgressor legis humanæ peccat & reus fit pœnæ, non ex sola voluntate humana, sed ex voluntate diuina, quam transgressor offendit violans legem humanã potestatis. Et cum vltra in argumento ex Gersone citante testimoniũ Augu. dicentis, peccatum esse dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei æternam, concluditur transgressioẽ puræ legis humanæ non esse peccatũ. C Respondeo argumentum non bene concludere, transgressio nempe legis aut præceptiois humanæ est cõtra æternam legem Dei iubentis superiorũ præceptis obediendum esse. Quamuis autẽ sola humana voluntate superioris habentis rationabilem præcipiendi causam inducta sit lex humana, ortaq; sit obligatio ad iussu operis executionẽ, lex tamen diuina & naturalis, æternaq; Dei voluntas semper æquifirma disponunt & iubent nos oportere seruare leges illas, sic auctoritate humana & voluntate superioris æditas & impositas. Quemadmodũ obligatioes ex contractibus, stipulationibus, iuramentis, votis aut promissionibus oriuntur ex solis hominum voluntatibus, attamen illis obligationibus & iuribus sic humana voluntate peractis contrahere, est contra diuinam & naturalem legem. Item quamuis voluntatibus hominum, & iuribus imperatorũ facta sit diuisio rerum & dominiorum proprietatis, secũdum quam dicimus hoc esse meum, & hoc tuum, rebus tamõ iure diuisis, & consensu humanæ voluntatis appropriatis, naturali & diuino iure est illicitum auferre alteri, quod suum est. Volũtas item humana, quãuis nõ possit efficere, vt furtum, luxuria non sint peccata, aut quod liceat furari, aut luxuriari, vtq; tamen potest sua sponte aut donans, aut nuptias contrahens, efficere vt hæc rem possidere seu detinere, & huic mulieri commisceri, quæ prius erant furtum & luxuria, iam sint opera licita & iusta. Hic iam si dixerit quispiã, ex hoc consequens esse, legem humanã nõ obligare, nisi simul cõcurrat auctoritas diuinæ legis iubentis aut vetantis. Atq; ita verissima fuerit eiusdem Gersonis sententia, docentis transgressioẽ humanæ legis non esse peccatum, nisi propter concursum legis naturalis & diuinæ. Respondeo vtique verissimum esse, transgressioẽ legis humanæ non esse peccatum, nisi & simul transgressio illa sit diuinæ legis transgressio. Nemo enim peccat, nisi qui Deum ipsum offendat, & contra aliquam

Luc. 10. c.

22. contra sancti sum. c. 26.

Transgressio pœna legi humanæ quomodo sit contra Dei legem æternam.

Obiectio.

Solutio.

aliquam illius legem & voluntatem iubentem agat, sed non inde sequitur, ipsa legem non adducere, sed intimare solum obligationem naturalis & diuini iuris, A quæ alioqui etiam extaret lege humana, neq; edita, neq; imposita, quemadmodum Gerson opinatus est, putans legem humanam non adferre obligationem, sed infinuare solum obligationem diuinam, quemadmodum & Lutherus prauè docuit, tradens superiores potestates imperando non plus facere, q̄ magistros legem Dei intimando ac docendo. Ad id quod consequenter in eodem argumento. 10. assumitur, nullum legislatorem alium à Deo posse præcipere actum interiorem, propterea q̄ illum punire non possit. Respondeo quod ecclesia neq; præcipit, neq; vetat, neque punit nudum interiorem actum secundum seipsum, sed præcipiens aut vetans virtutis actum externum simul, & in obligationem ponit actum internum, sine quo actus ille externus fieri non potest. Vnde hæreticus verus & perfectus, pure mentalis, non est excōmunicatus, qui & proinde absolui potest libere à quolibet sacerdote paracho. Verū si actus quispiam exterior fuerit ex sua hæresi subortus, etiam q̄tumuis fuerit occultus, veluti si hæresim occulte scripserit, vel quempiam occulte docuerit, iam excōmunicatus est per bullam in cœna Domini. Atq; ita patet aliud esse de crimine externo pœnitus occulto, quod excōmunicacione punitur. Aliud de crimine solo mentali, sola voluntate aut proposito cōcepto, quod ecclesia per excōmunicacionis censuram non punit. Ad sententiam autem Bernardi in eodem decimo argumento dicentis, non qualiscunque mandati præteritio criminalem facit inobedientiam, sed repugnare & nolle obedire Ea insuper, quæ per se nec bona sunt, nec mala, aut diuina institutiōe, aut propria professione, non iussa per superiorem potestatem, licite quidem vtrinq; , vel admittuntur, vel omittuntur. Iussa vero, sine culpa non negliguntur, & sine crimine non contemuntur. Ex qua Bernardi doctrina, plane videtur consequens esse, transgressionem pure legis positivæ, non esse vnquam criminale peccatum, nisi fiat ex contēptu, quæadmodum & ipse Bernardus in eodem lib. de dispensatione & præcepto repetitis vicibus definit inobedientiam non esse criminalem, nisi adsit superbiæ contemptus. Respondeo intellectum huius sententiæ Bernardi patere ex his quæ dicta sunt in solutione argumenti præcedentis.

Caput sextum in quo soluntur nodi, ac perplexitates difficultatum undecimi argumenti.

XI. Arg. solutio.



Vndecimum argumētum multiplicia variaq; sumit media tum ratione naturali demonstrata, tum ex scripturis sacris desumpta, tum testimonijs sanctorum patrum declarata & ideo ad plane dissoluendum omnia, quæ in hoc argumento vndecimo adferuntur latius, ac fusius est differendum diutiusque immorandum. Ad primum igitur cum dicitur, sola diuina voluntas semper est recta, & indeuialis, humana errare potest & deficere. Non videtur igitur superior humana voluntas esse regula, secundum quam subditi viuere debeant, alioquin ipsi sese conformantes illi possent obediendo peccare, ab æterna Dei lege deficientes. Respondeo, Quamuis sola diuina lex æterna, quæ est ipsa Dei voluntas obligans sit prima regula, sunt tamen ab illa deriuatæ leges particulares ac regulæ insitæ humanis mentibus, sub illa mouentes ac imperantes, secundum quas Deus vult homines viuere & gubernari, quemadmodum sola diuina voluntas, tametsi prima omnium rerum causa efficiens & mouens, non propter hoc sunt aliæ causæ mouentes aut operantes ex potestate accepta ab eadem prima causa. Supra demonstrauius potestatem dandi præcepta, & statuendi leges in foro consciētiae obligantes esse nō ex humana adinuetione, sed ex ordinatione Dei loquentis atque docentis, tum per scripturas sacras tum per

Ecclesia quoniam modo posuit precipere, aut vetare actum internum

Hæreticus solus mentalis hæresis non est excōmunicatus.

A tum per lumen rationis interne oportere reipub. moderari per superiores potestates, quemadmodum inquit ipsa Sapientia increata. Per me principes operantur, & potentes decernunt iustitiam. Per me reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. Atq; ita statuta seu præcepta humana, eatenus habent vim obligandi, quatenus seruiunt rationi naturali seu regulis iuris naturalis aut diuini, à quibus si fiant aliena, & prorsus inutilia, aut in dispendium reipub. iam desinunt habere vim obligandi. Ad id autem quod secundo in eodem argumento assumptum dicitur, Contingit principes & prælatos ecclesiæ nonnunquam esse ambitiosos, auaros, minime pascentes gregem commissum, & horum cathedras esse cathedras pestilentiae, quas oporteat fugere. Videtur igitur illis non esse obediendum, neq; parendum sententijs & legibus eorum. Respondet Augustinus secundum doctrinam Christi, cathedram pontificis, non propterea esse cathedram pestilentiae, quod prælatus sedens in illa, sit prauis ac improbis moribus, sed propterea, q̄ vel potestatem sibi vsurpat, nemine episcopatum dante, aut ordinante, vel adfert doctrinam falsam, & ab euangelio Christi alienam. Deplorandum quidem seculum hoc, quo præsidēs scelerati præficiuntur cathedre Christi, in sedibus Apostolorum & sanctorum episcoporum constituti, sed non propter hoc debet turbari, inquit S. Cyprianus, fides nostra, vt ipsi de ecclesia & cathedra Christi recedam⁹ propter sceleratos homines sedentes in illa. Sicut enim Iudas erat verus Apostolus, & tamen iuxta euangelistam fur erat, traditor & auarus, eodemque tempore pontifices, scribæ & Pharisei, veri erant sacerdotes sedentes in vera cathedra Moyfi, & tamen attestante Domino nostro Christo, auari erant & hypocritæ. Ita & contingit huius temporis pontifices, pastores, & sacerdotes, veros esse sacerdotes, & sedere in vera cathedra Petri & Apostolorum. Verum nō est subditorum scrutari, quales contingat esse prælatos, sed ipsorum est cognoscere, quales ipsi esse debeant, & nostri est negotij attendere ad eorum doctrinam, quam vel per se, vel per suos tradunt, iuxta euangelij cathedram, nostrum est considerare, quod à Deo potestas est data ipsis, & quod in eis Christum & Apostolos honoramus, quorum loca occupant, & quod nos sub eis etiam prauis & auaris viuere debeamus, quam diu ab ecclesia tolerantur, & quod ea quæ dicunt facere oporteat, & quod ecclesia ab exordio sui, ad hæc vsque tempora sub eis viuendum esse docuit, & non esse faciendum secundum opera eorum. Quod si aliam doctrinam contra euangelij regulam nobis afferant, iam secundum doctrinam Apostolicam non oportet obedire doctrinæ illorum, sed nec communicare eis, quia iam eorum cathedra, est pestilentiae cathedra. Non sic autem est de cathedra eorum, qui aut docent, aut doceri faciunt euangelij fidem, quauis ipsi secundum eam non viuant. Aug. in questionibus veteris & noui testamenti. In cathedra pestilentiae sunt, qui ordinem ab ecclesia in Petro cceptum, & ad hoc vsq; tempus per traducem succedentium episcoporum seruatum perturbant, ordinem sine origine vendicantes. Amplius & lib. 2. contra Petil. ca. 51. Et super Ioan. ca. 46. docet prauorum pontificum cathedras non esse pestilentiae cathedras. Nam & secundum doctrinam Christi, cathedra in qua sedebant scribæ prauis & pharisei, non erat pestilentie, sed Moyfi cathedra, id est, doctrina Moyfi, & potestas seu authoritas docendi legem Moyfi, & non solum potestas docendi, sed & potestas dirigendi & gubernandi populum in lege Dei & fide, & moribus, qualem potestatem habuit Moyses à Deo sibi datam, qui potestatem habuit iudicandi populum, & constituendi iudices, decanos, & centuriones, reseruatis causis maioribus ad se deferendis. Hæc potestas per Moysen in Aaron deriuata secundum seriem successionis in Iudæorum synagoga, deuoluta erat ad pontifices, scribas, & phariseos, quos Christus in cathedra honorandos esse docuit, quos & saluo honore cathedræ redarguit.

Q; Propter

In episcopi locum Christi & Apostolorum occupantibus, Christum & Apostolos honoramus. Quest. no. 6

Propter homines igitur infames sedentes in cathedra, non cathedra, sed vita est A
 detestanda. Aliud vita episcopi, aliud cathedra illius. Vita prava, Cathedra bo-
 na. Et idcirco quæ secundum cathedram dicunt, facite, inquit saluator, secundum
 vitam eorum nolite facere. Si omnes per totum orbem, inquit Augustinus ad Pe-
 tilianum, tales essent episcopi, quales vanissimè criminariis, cathedra tibi quid fe-
 cit ecclesiæ Romanæ? in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet, vel ec-
 clesiæ Hierosolymitanæ, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Iohannes sedet, qui-
 bus nos in unitate catholica connectimur, & à quibus vos nefario furore separa-
 stis. Quare cathedram Apostolicam appellas cathedram pestilentie? si propter ho-
 mines sedentes in cathedra, quos putas legem loqui & non facere, nunquid Domi-
 nus Iesus propter Phariseos non seruantes legem, cathedra, in qua sedebant, vllam
 fecit iniuriam? Hactenus Augustinus. Ex scripturis igitur est manifestum pontifi-
 ces prauos sedere super cathedram Christi, modo & ipsi ut dispensatores super fa-
 miliam Christi id quod dispensant ad cathedram pertineat Christi. Et quauis ipsi B
 interdum, ut homines sicut & ceteri ex Adam nati non secundum cathedram vixerint
 tamen quamdiu ut dispensatores tolerantur, nihil contra cathedram dicentes, sed
 potius ea quæ cathedre sunt, vel per se vel per suos & doctores & iubentes, sunt ut po-
 tiffices honorandi. Quod si dixeris eorum cathedras ob id esse pestilentie cathedras
 quod ad subditos perditionis exempla transmittunt conuersatione sua prava, quasi
 fetore quodam pestifero gregem inficiantes. Respondeo. Quamuis prava sit eo-
 rum vita, non tamen perniciofa est doctrina, non pestilentia sunt sacramenta, non
 falsa, & reprobata est lex, & doctrina, quam seruari iubent. Quod si non sint legitima or-
 dinatione vocati, & super familiam constituti à Domino aut illius vicario, iam a-
 lienum usurpant, & eis iam ut schismaticis non est obediendum. Sic tradidit ab initio
 fidei ad hæc usque tempora per successionem tota Christianorum schola. Vnde & ve-
 rustissimus ille Irenæus libro quarto aduersus hereses Valentini, cap. 43. Presbyte-
 ris, inquit, qui in ecclesia sunt obedire oportet his qui successionem habent ab C
 Apostolis, qui cum episcopatus successionem certum veritatis charisma secundum
 placitum patris acceperunt, reliquos vero, qui absunt à principali successionem
 & quocumque loco colliguntur suspectos habere, vel quasi hæreticos, & malæ
 sententiæ, vel quasi scindentes & elatos. In libro quarto de ecclesiasticis scrip-
 turis & dogmatibus, declarauimus hanc successionem esse accipiendam secun-
 dum ordinationem ecclesiæ apostolicæ, in qua episcopi legitima ordinatione si-
 bi succedunt, apostolis videlicet accipientibus potestatem à Christo, successoribus
 vero eandem potestatem accipientibus ab Apostolis mittentibus & ordinan-
 tibus, & per illos cæteris successoribus accipientibus eandem ordinationem & pote-
 statem ad hæc usque tempora. Ad scripturas quibus præcipitur ne commi-
 ceamur fratribus criminosis, & ut abstrahamus nos ab omni fratre ambulante
 inordinate, & ut exeamus de medio eorum, Dicimus, quod David, Esaias, D
 Hieremias, & apostolus Paulus iuebant populo recedere & exire de plebe ma-
 la, à qua tamen ipsi se nulla corporali conuersatione separabant. Ex quibus disci-
 mus, quod non communicare prauis nominibus, non commisceri cum eis, sed ab-
 strahere se ab eis, exire de medio eorum, non secundum omnem, sed secundum quæ-
 dam specialem separationis modum debemus accipere. Id enim, & in scripturis
 multis est obseruandum. Sicut in eo quod dicitur, Deus neminem tentat, non om-
 ni sed quodam tentationis modo Deus intelligendus est non tentare quemquam
 ne falsum sit, quod alibi dicitur. Tentat vos Dominus Deus vester. Tetauit Deus
 Abraham, est enim tentatio adducens & suggerens peccatum. Est & tentatio pro-
 bans fidem & incendens charitatem. Item in eo quod scriptum est. Qui cre-
 diderit & baptizatus fuerit saluus erit, non omnem, sed quendam credendi
 modum

Matth. 23. a

Libero. 2. c. 55.

De pontificibus
 prauis sedenti-
 bus in cathedra
 Petri.

Successio ponti-
 ficum.

1. Corint. 5. c.
 2. Thesa. 3. b.

Esa. 52.
 Exire de medio
 criminorum.

Deuter. 10.
 Genes. 22.

Marc. 16. d

A modum intuebatur Christus, secundum eam videlicet fidem, quæ Apostolo di-
 stinguente per dilectionem operatur. Item quod dicitur. Si quis manducauerit Gal. 5. b
 ex hoc pane, viuet in æternum, non secundum omnem manducandi modum de-
 bemus intelligere. Sunt nempe Apostolo attestante homines qui manducant,
 & bibunt indignè, hi iudicium sibi manducant & bibunt. Sed secundum quendam
 certum & specialem manducandi modum debemus accipere, secundum quem manducare
 carnem & bibere sanguinem Christi, est manere in Christo, de quo dicit, Qui madu-
 cat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Manere in Chri-
 sto est fide & charitate vegetari ut membrum, in eo corpore Christi, quod est
 ecclesia. Sic & in materia hac. Exire de medio iniquorum hominum, separari
 ab eis, secundum quendam specialem separationis & exeundi modum, semper sunt nobis
 præcepta, eorum verò contraria semper prohibita, ut videlicet communicare
 & commisceri eis, sit aliquo modo participem se facere criminibus eorum, vel
 B consentiendo, vel approbando, vel tacendo, & non corripiendo seu corrigendo,
 vbi & quando opportunum est. Exire, inquit Augustinus, de medio eorum, & sepa-
 rari ab eis, est corde non consentire, & ore non parcere eis, vbi & quando oportet,
 ut corde & consensu longè simus ab eis, quamuis forsitan presentes corpore
 cum illis esse vel oporteat, vel expediat, vel nihil prohibeat. Vnde signatè an-
 notauit Augustinus, quod Apostolus non frustra dixerit, Auferre malum à vo-
 bismetipsis, & non dixit, Auferre malum à congregatione vestra, ac si dicat, Auferre
 à cordibus vestris audaciam imitandi, pestilentiam consentiendi, pigritiam cor-
 rigendi, & negligentiam vindicandi, ita tamen ut in vindicta adhibeatur pru-
 dentia, ne ledatur frumenta. Et quamuis ipse Augustinus in libro retractationum
 per litteram Græcam declarauit, id non sic esse intelligendum, ut malum seu vi-
 tium auferrent ex seipsis, sed sic potius, ut hominem malum auferrent ex massa
 bona per ecclesiasticam disciplinam. Eadem tamen Augustini expositio satis
 C aperit quam sit specialis illa communio cum prauis semper nobis interdicta.
 Vnde in scriptura sacra, aliud est à prauis seu sceleratis hominibus exire, & sepa-
 rari ab eis secundum mentem, quod est neque consentire prauis operibus eo-
 rum, neque fouere ea. Aliud corporalem communionem nostram subtrahere
 ab eis, & corporaliter recedere ab eis. Aliud tollere eos de medio nostrum, id
 est, de contubernio ecclesiæ nostræ eicere illos, quod est prælatorum officium,
 quorum interest scandala tollere de ecclesia. Sunt autem huiusmodi diligenter ob-
 seruanda in doctrina Apostolica. Nam primum non fouere, videlicet quoquo
 modo eorum peccata, est præceptum negatiuum, obligans ad omne tempus, &
 pro semper. Sed duo posteriora sunt præcepta affirmatiua accipienda secundum
 intellectum, quem habuerunt Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, cæteri que
 scripturæ sacræ expositores, qui docent huiusmodi præcepta habere causas
 D finales, quibus cessantibus, suspenditur & ipsorum præceptorum efficacia, alio-
 qui nisi videlicet scripturæ illæ hoc pacto intelligerentur, scriptura esset contra-
 ria scripturæ iubenti in ecclesia corporaliter tolerari zizania, ne conculcetur tri-
 ticum. Vnde & cum peccatoribus & publicanis manducauit magister noster
 Christus, cum suo quoque traditore usque ad vltimum osculum vixit, quem &
 ad Apostolatam elegit. Ego, inquit, vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabo-
 lus est. Ipse insuper cum circumcidendus esset & offerendus foret pro eo legale
 sacrificium, non deuitabat templum, quod ab eo vocabatur spelunca latronum,
 in quod & boni intrabant & mali. Cyprianus, sicuti Augustino asserente didi-
 cimus, cum auaris & rapacibus, non laicis solum, sed & clericis, atque episcopis
 panem Domini manducabat, & calicem bibebat, pacatissimè vixit inter collegas,
 id est, episcopos, qui fundos infidiosis fratribus rapiebant, qui esurientibus in ec-
 lesia

Gal. 5. b
 Ioan. 6. b

1. Cor. 11. g

Ioan. 6

Li. 3. c. 3. contra
 parmenianum.
 Auferre malum
 ex vobis ipsis.
 1. Cor. 5

Aliud recedere
 à prauis secun-
 dum mentem, aliud
 secundum cor-
 pus, aliud tollere
 eos.

Ioan. 6. g

Libr. 4. contra
 Cresconium.
 cap. 26.

2. Cor. 5.

Præceptum ne
cibum sumamus
cum criminosis
quomodo intel-
ligitur.

Quo Deus odio
habet impio-
rum sacerdotum
& pontificum
sacrificia.

clesia fratribus, largissimo argento abutebantur, nec terre batur verbis Apostoli dicentis, Ne commisceamini illis, nec cibum sumite cum eis. Sufficiebat enim illi a talibus recedere corde, vita, & moribus disiungi, quia non poterat ab eis corporaliter separari. Si videamus, inquit, in ecclesia esse zizania, non tamen ob id debet impediri aut fides, aut charitas nostra, ut qui zizania in ecclesia Christi esse cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Non dixit, suspicamur, arbitramur, opinamur, conijcimus, credimus, sed cernimus, inquit, aperte docens manifestos peccatores pro loco & tempore esse in ecclesia tolerandos, cum quibus & ipse in sacramentorum communione permanebat. Haec Augustini sententia fideliter recitata. Apostolus ergo cum denuntiat nobis, ut abstrahamus nos ab omni fratre ambulante inordinate, & ne commisceamur cum fornicarijs, avaris, ebriosis, & rapacibus Christiano nomine appellatis, & ne cum eis cibum sumamus, id præcipit, ne quoquo modo per conuersationem nostram simus participes criminis eorum. Id autem præcipue præstamus, si quantum in nobis est super huiusmodi criminosos luctum habentes, facimus ut per prælatos tollantur de medio ecclesie, id est, de societate & contubernio ecclesie, ne ecclesia videatur fauere criminibus eorum. Et ad id præcipue vergit intentio Apostoli, primæ ad Corinth. 5. ut per seueritatem ecclesiasticæ disciplinæ de medio nostrum tollatur, id est, de ecclesia separetur, quisque tale crimen commiserit. Et id quidem ubi vel periculum est, ut modicum fermentum totam corrumpat massam, vel spes, ut is qui crimen commisit, pudore tandem respiciat. Non hoc postulat Apostolus à Corinthijs, ut vniuersos huius mundi fornicarios & adulteros deueniant, sed illud exigit, ut si quis est nomine Christianus, huiusmodi criminibus obnoxius, ne commisceantur eidem. Nam talibus commisceri, vel cederet in confusionem Christianæ ecclesie per illius commixtionem fermentandæ, vel esset in crimine fouere delinquentem. Eos autem qui foris sunt à Christo alieni, ut sunt infideles & pagani, diuino relinquit iudicio. Videbis autem hanc sententiam ex serie sententiarum Apostoli, dirigentis in principio capitis sermonem ad Corinth. eos præcipue, qui ecclesie præsidebant & pastores erant, quorum intererat tollere scandala de ecclesia, ubi ex superioribus concludens iussit, auferre malum à vobismetipsis, malum inquam, fornicarium, avarum, & ebriosum, quibus verbis, inquit Augustinus, Apostolus satis ostendit, non temere & quomodo libet, sed per iudicium ecclesie, secundum saluatoris doctrinam de correptione fraterna, auferendos esse malos à communione ecclesie. At verò si per iudicium auferri non possint propter aliquam seditiosam factionem, habentes sociam multitudinem, tolerantur potius, ne triticum conculcetur. Antè iudicium autem ecclesie, quamuis nos a communione quenquam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio nominatum atque conuictum. Tamen & ex lege charitatis tenemur vel ad illius correctionem, vel ad nostram aut aliorum cautelam, etiam pro loco & tempore ab eodem subtrahere nostram communionem corporalem. In omnibus enim obseruandum est, ne vel subtractio, vel communio conuersationis nostræ, sit dispendiosa ecclesie. Malis sociatur, qui aut malum aliquid cum eis agit, aut agentibus fauet, aut in corripiendo est piger, aut personam gerens ecclesie non arguit publice, ut ceteri timorem habeant, vel per desidiam corrigendi, & negligentiam vindicandi, non remouet contumacem à gradibus honoris & ecclesiasticæ communionis, seruata secundum Dei præceptum prudentia, ne in separando lædantur frumenta. Ad scripturas autem quibus significari videtur, Deum odio habere solennitates, sacrificia, sacramenta impiorum, insuper & omnia opera sacerdotum sceleratorum esse immunda, polluta, Deo abominabilia. Respondeo, sicut & hæc

hactenus responderunt ab initio sancti patres, Cypria, August. & ceteri doctores, quod Deus non loquitur contra Calendas suas, & contra sacrificia & sacramenta sua ab ipso instituta, & spiritu illius suggerente, seruata, sed contra solennitates & sacrificia hominum, id est, contra ea que ab humanis voluntatibus absque fide & misericordia custodiuntur, cuiusmodi sunt vel sacramenta & doctrine hereticorum, vel iam post Christum sacramenta Iudeorum, vel sacrificia in cultu idolorum. Scriptura in plerisque locis generaliter loquitur contra omnia impiorum sacrificia, interdum contra falsa ab ipso non approbata. Proinde in eisdem scripturis sunt considerandæ sententiæ coherentes, ut vnicuique scripturæ sua tribuatur sententia. Sed pro omnium intellectu scire oportet, quod Deus non acceptat ad salutem operantis vllum sacrificium opus foris exhibitum, nisi fuerit intus contriti & humiliati cordis sacrificium. Deinde non erit forsitan inutile considerare, quod Esaias non dixit, Quo mihi multitudo victimarum mearum, sed victimarum inquit vestrarum. Non dixit Calendas meas, & solennitates meas, sed solennitates vestras, inquit, & calendas vestras odio habuit anima mea. Quemadmodum & alibi ait. Stercus solennitatum vestrarum & fetorem thuris vestri ultra non feram. Deus autem sacramenta sua & verba sua, benedictionem suam, & legem suam, & altare suum, & potestatem, ac sacerdotium suum ignoscit etiam in sacerdotibus malis, approbans ea, ut sua dona, sua munera sancta, non ut hæc profit eis in scelere perueuerantibus, sed ut ipsa Dei sancta etiam per malos dispensata profint his, qui hæc rite accipiunt. Nam sanctum est quod Deus dat etiam per ministros dispensantes non sancta conscientia, sicut bona est pauperi eleemosyna etiam per ministrum improba voluntate dispensata. Quamuis autem spiritus sanctus in pluribus scripturæ locis aduersus impiorum sacrificia generaliter loquatur contra omnes qui absque fide & misericordia præsumunt iustitiam assequi ex operibus & sacrificijs nudis, tamen Esaiæ primo, & Esaiæ ultimo, Aggei secundo, & Malachiæ primo ceterisque in locis multis, loquitur de tempore nouæ legis contra Iudaicum populum, qui occidit mediatorem Dei & hominum Iesum Christum in cæremonijs, & sacrificijs illis designatum, qui & eundem vsque nunc blasphemare non desinit, arbitrans se sanctificari ex legis Moyfi cæremonijs & sacrificijs, quæ etsi olim tanquam umbræ Christi tunc venturi grata Deo fuerunt, tamen iam adueniente gratia, & veritate completa sunt & esse desierunt. Et idcirco huiusmodi omnia, quæ ipsi Iudæi nunc offerunt in synagoga sua contaminata sunt, irrita, & falsa. Manus enim eorum sanguine sunt plenæ, dum repudiantes mediatorem Iesum in hodiernum vsque consentiunt in eius mortem. Esaias igitur reprobatur non solum indignè offerentes, sed & ipsa etiam holocausta, sacrificia, calendas, & solennitates dicens se amplius nolle ea, sed odio habere, abhorrere ea, & ea sibi esse molesta, & quod ultra non feret ea. Deus sub lege Moyfi, quamuis odio habebat & abominabatur sacerdotes indignè offerentes, non tamen pro eo tempore odio habebat, aut abominabatur ipsam legem, aut ipsius legis sacrificia & cæremonias, quibus pro illo tempore se coli voluit, & mandauit. Ex quibus consequens est Esaiam texere prophetiam de tempore, pro quo non amplius curreret præceptum de huiusmodi sacrificijs obseruandis. Et hoc est diligenter obseruandum in prophetis, quod interdum loquantur contra ipsam legem Moyfi, contra ipsa sacrificia tanquam prophetantes tempus futurum, in quo non amplius huiusmodi lex obseruata, & sacrificia erunt bona, Deo placita, sed abominabilia Deo, & exosa. Interdum verò loquuntur non contra legem, aut legis sacrificia, sed contra indignè offerentes, vel contra cõfidentes in nudis operibus, & sacrificijs, arbitantes huiusmodi obseruantijs se placare Deum, absque fide & misericordia.

Esai. 66.

Manus Iudeo-
rum quæ plena
sunt sanguine.

Osee

Osee autem capite nono, ad literam loquitur contra sacrificia Iudæorum ante aduentum Christi positorum in captiuitate sub Aegyptijs & Assyrijs, vbi Iudæi sedentes absque templo & absque altari, libabant dijs alienis, comedentes idolothyta, & panem luctus, id est, sacrificium mortuorum, qui erant cibi in lege prohibiti, vbi non solum offerentes, sed & comedentes immundi erant cum non placerent Deo nec offerentes ipsi, nec oblata. De tali genere baptismi interpretatur & id Ecclesiastici. Qui baptizatur à mortuo, quid ei prodest lauatio? In huiusmodi enim verbo, inquit Augustinus, baptismata sunt denotata paganorum, qui homines mortuos colunt, in quorum nomine baptizantur in templis deorum. Vel, vt idem inquit, huiusmodi verba apud antiquos & Græcos codices aliter scripta, alium insinuant sensum coherentem sententiæ sequenti. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid ei prodest lauatio? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem facit, quid proficit humiliando se? Et hunc sensum habent nunc latini codices, ex quo nequaquam consequens est hominem baptizatum à mortuo, id est, peccatore non mundari, sed eum non permanere mundum, si eadem faciat. Deinde & manifestum est, quòd scriptura ibidem ad literam, non de baptismi sacramento, sed de lotionis aqua lauari & mundari, vt patet Numeri. 19. Atque ita textus ille nihil agit contra baptismi sacramento à prauo ministro dispensatum. Aliud ergo est de falsis sacramentis quæ fiunt in idolorum templis. Aliud de Christianorum sacrificijs, & sacramentis. Nam huiusmodi Christianorum sacramenta, & sacrificia cum sint veri Dei sacramenta, etiam à prauis sacerdotibus Christianis aut hæreticis indigne dispensata, & si obsint ipsis indigne sancta ipsa tractantibus, in se tamen sunt sancta & Deo placentia, & profunt recte accipientibus. Sancta sunt vbi est aqua cum chrismate in trinitatis nomine ministrata. Sanctus panis & potus consecratus sancta sunt Dei munera, quamuis dispensationes, id est actiones, quibus dispensantur prodeunt ex impia, superba, aut hæretica voluntate sunt malæ & abominabiles Deo, & ita Dei benedictio à sacerdote malo exhibita, mala quidem est sacerdoti indigne benedicenti, sed ipsa, in quantum est bonum Dei verbum, bona est accipienti. Secus est nunc de ceremonijs, & sacrificijs veteris legis, quæ solum erant instituta, vt ad tempus seruari tanquam vmbra, signa, & figuræ rei futuræ, quæ suo tempore complenda erat. Et idcirco iam adueniente Christo veritatis luce remanent quidem illa Christianis tantum ad intelligentiam prædictæ atque iam impletæ prophetiæ legenda, sed non facienda, quasi adhuc expectandum esset vt veniret lux, quæ sub illis vmbis & figuris promissa erat, quibus fit vt nunc in Iudæorum synagoga, neque offerentes, neque ipsa oblata Deo placeant. Pro certissima itaque fidei regula ex apostolica doctrina tenendum est, & nullatenus dubitandum Christianorum sacramenta etiam à prauis sacerdotibus dispensata prodesse ritè accipientibus. Et id quidem non ex merito ministri dispensantis, sed ex opere operato dispensato, per quod Deus sanctificat hominem ritè accipientem, quemadmodum declarauit Paulus Apostolus primæ ad Corinth. primo & tertio caput. Obiecerit forsitan quis sententiam Hiero. improbantis sententiam eorum, qui putant eucharistiam facere imprecantis verba, non vitam, necessariam esse tantum solennem orationem, non sacerdotis merita. Respondeo. Hieronymus improbat errorem eorum qui putant sibi proficere si qualitercumque dicant consecrationis verba, & se digne & laudabiliter eucharistiam facere, si dicant orationem solennem. Et ad id digne faciendum non esse necessarium ipsis, vt habeant vitæ sanctimoniam. Hoc autem falsum, sed non inde consequens est sacramenta, aut sacrificia Christi per illos

Ecclesi. 34.

Lib. contra Cresconium, Isa. 27. & sequentibus cap.

Quis in Christiana ecclesia prauis sacerdotibus offerentes non placeant, sacrificia tamen & deo oblata placent.

In Iudæorum ecclesiis neque offerentes, neque oblata seu sacrificia Deo placent. Hier. in Sophomani.

illos celebrata esse irrita, & non prodesse sumentibus. Nam preces quæ nomine ecclesiæ fiunt à prauis episcopis & sacerdotibus pro populo exaudiuntur à Domino, neque credenda est hæc doctrina esse solum Thomistica, aut Scotica sententia, siquidem Thomas & Scotus, venerabiles viri non fuerunt primi huius doctrinæ inuatores, & huiusmodi non ex suis cerebris confixerunt, sed & sic docuit vniuersalis ecclesia ab initio ex doctrina Christi & Pauli Apostoli, qui Corinth. facientes schisma super hac re coarguebat, quemadmodum iam olim tradidit Augustinus, Verba bona, inquit, quæ pro populo dicuntur in precibus, etiam si à malis dicantur episcopis, exaudiuntur tamè non pro peruerfitate prepositorum, sed pro deuotione populorum. Vnde hoc quod dicitur, Scimus quia peccatores Deus non exaudit, non Dei, sed hominis cæci est sententia. Certum ex scripturis est, Deum interdum audire peccatores, tam pro alijs, quàm pro se deprecantes. Verba bona Balaam alienigenæ imprecantis olim pro populo exaudiebatur à Domino. Publicanus peccator orabat, vt iustificaretur, & iustificatus est, vt desineret esse peccator. Quòd si ecclesiæ prepositus non Christi, sed hæreticorum sacramenta, quæ Christus non instituit, dispenset, iam falsa sunt sacramenta, irrita, & idcirco reiteranda, cuiusmodi sunt Arianorum baptismata. Si autem ipse prepositus vera Christi sacramenta, aut sancta Dei verba dispensans fuerit fictus, id est, foris pietatis formam exhibens, intus autem temporale lucrum aut fauorem spectans, fugiet quidem ab eo spiritus sanctus, id est, deest saluti eius, & aufert se à cogitationibus illius, tamen non deserit illius ficti sacramentum, quo per eundem fictum idem spiritus sanctus salutem operetur aliorum, dicente Apost. Paulo, Si volens hoc facio, mercedem habeo, si autem inuitus, id est, propter commodam lucraque carnalia hoc facio dispensatio mihi credita est, id est, illis prodest, quibus hoc dispensato non mihi qui inuitus, aut fictus facio. Errant autem hæretici, quia non distinguunt inter habere, & rectè habere, inter dispensare, & rectè dispensare, nam & dispensantur reuera ad salutem aliorum etiam interdum ea, quæ non rectè dispensantur reuera ad salutem dispensantium. Hactenus lib. 2. contra Permenianum. Ad doctrinam Apostoli primæ ad Corinth. 5. iam patuit responsio Apostolum videlicet loqui de criminosis per censuram ecclesiasticam, vel iam sublatis, vel iam tollendis de medio fratrum. Sed hac censura debet prælatus vt cum cautela & prouidentia, ne ledantur frumenta. Proinde iniustus si propter aliquam seditiosam factionem non possit ab ecclesia separari, tolerandus est in sacramentorum officijs, nec oportet id concedere, quod maculosus alium purificet, seu à sordibus abluat, aut immundus mundet. Christus enim est, qui intus purificat, intus abluit & mundat. Siue ergo à perfido siue à fideli dispensatore sacramentum quisque accipiat non sacrificat, nisi Deus. Vnde & olim ipsi hæretici Donatistæ scripturis conuicti, rectè quidem senserunt dicentes. Si minister iniquus occultus est, verum dispensat sacramentum, quo mundatur is qui accipit. Sed errabant æstimantes peccatores publicos non vera dispensare sacramenta. Deinde & Cyprianus ipse, sicuti iam patuit falsò putauit hæreticorum, & schismaticorum sacramenta esse irrita, propterea quod tales ecclesiastica communione præcisi extra ecclesiam benedicere, aut consecrare nequeant, tamen verè credidit, sicut iam diximus veracia esse sacramenta iniustorum sacerdotum in ecclesia, etiã eorum, quorum crimina sunt manifesta. Quamuis igitur huiusmodi criminosis in ecclesiæ constitutis sacramenta non profint, quamdiu perseuerauit in crimine, vtique tamen profunt alijs, qui sacramenta ab eis ritè accipiunt. Ad verbum prophetæ arguentis eum, qui cum fure currit, aut ponit cum adulteris portionem suam. Respondeo. Propheta coarguit eum, qui sua societate participem se facit criminis furti, vel adulterij, quasi furem vel adulterium in suo peccato

De precibus nomina ecclesiæ factis pro populo à prauis sacerdotibus.

Lib. 2. c. 8. contra Permenianum.

Iohan. 9. e

Num. 23. Luc. 18. e

August. contra Parmenianum. lib. 2. c. 18

1. Cor. 9. e

Psalm. 49.

peccato fouens vel tacens, aut negligens correptionem cum posset emendare. Aliud est furem videre & currere cum eo in peccatum furti vel adulterij. Aliud A est furem videre & cum eo accedere ad altare & accipere diuinum sacramentum. Similiter aliud est odire ecclesiam malignantium, id est, malignitatem ecclesiae, & non sedere consensu cordis cum impijs, id est, corde non habere complacentiam, aut corripiendi negligentiam in malicijs eorum. Aliud est inter impios & cum impijs corporaliter non conuersari. Multum interest inter tolerantes, qui lugent & ingemiscant, quia hæc displicent, & inter consentientes & negligentes corripere, quibus hæc placent aut saltem non displicent, quasi proximorum mala nihil ad se pertineant. Ad argumenta diui Cypriani probantis hæreticos & schismaticos non posse remittere peccata, ex eo quod non habeant, spiritum sanctum, atque ita omnia eorum sacramenta esse falsa, irrita, & inania. Respondens Augustinus. Non accipimus inquit, quod de baptizandis hæreticis, & schismaticis, Cyprianus dixit, quia hoc ecclesia non accipit, pro qua Cyprianus suum sanguinem fudit. Pro solutione autem argumentorum Cypriani sciendum est primum, quod ipse Cyprianus aliter sentiebat de sacerdotibus hæreticis, schismaticis, excommunicatis cæterisque ab ecclesia præscisis. Aliter de sacerdotibus prauis, auaris, fornicarijs, & cæteris nondum ab ecclesia separatis. Nam sacramenta dispensata ab istis, qui sunt adhuc in ecclesia, quæ sanctum spiritum habet Cyprianus credidit vera esse sacramenta. Dispensata verò ab illis qui iam sunt extra ecclesiam, ubi spiritus sanctus esse non potest credidit esse irrita, & inania, & ita reiteranda. Diuus ergo Cyprianus credidit prauos sacerdotes, episcopos, fornicarios, & auaros, sceneratores, nondum extra ecclesiam aut sua sponte, aut per censuram ecclesiasticam constitutos dispensare vera sacramenta & eisdem quàm diu manserint in ecclesia nomine ecclesiae facere quod faciunt. Et idcirco sacramenta ab illis dispensata vera esse non reiteranda. Et in hac parte Cyprianus cum alijs catholicis rectè sentit. Docens autem hæreticorum schismaticorum, & cæterorum ab ecclesia præscisorum sacramenta ab illis dispensanda irrita esse, falsa, inania & iteranda, errauit contra antiquam ecclesiae catholicae consuetudinem. Proinde illius temporis Romani pontifices, Stephanus & Cornelius. Itè & posteriores, Augustinus & cæteri innitentes veteri consuetudini Romanae ecclesiae, intellexerunt ex scripturis sacris, sacramenta Christi vera esse, per qualeslibet ministrantur. Ad baptismum, inquit Augustinus, quod verbis euangelicis consecratur non pertinet cuiusque vel dantis, vel accipientis error, siue de patre, siue de filio, siue de spiritu sancto aliter senserit, quàm cœlestis doctrina insinuat. Et ita apud hæreticos extra ecclesiam vera sunt sacramenta, vera dantur sacramenta ab eis, & vera accipiuntur ab eisdem, sed gratia sancti spiritus seu fructus sacramenti non nisi per spiritum sanctum suo sacramento assistentem, seu præsentem accipitur, siue per bonum ministrum, siue per malum dispensetur. Et hanc D sententiã Augustinus, & alij patres roborauerunt validissimis scripturæ testimonijs, & præsertim ex sententia Pauli, redarguentis Corinthios, qui iam ex huius occasione schismata in ecclesia cœperant facere, quibusdam gloriantibus in baptismo Pauli, quod à Paulo baptizati essent, quibusdam quod ab Apollo, contra quos clamat, cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis. Cum enim quis dicat ego sum Pauli, ego Apollo, nonne homines estis? Quid est Paulus, quid est Apollo, nisi ministri eius cui credidistis, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui ergo gloriatur non in homine, sed in Deo gloriatur. Quibus verbis Apostolus Paulus planè docet salutem non esse ex merito hominis sacramenta dispensantis, sed ex virtute Dei intus per sacramentum operantis. Sacramentum quod accipi-

Contra Cresco.
lib. 2. c. 22.
De sacramentis
hæreticorum
excommunicatorum
Cypriani aliter sentit
quàm de sacramentis
prauorum sacerdotum.

Lib. 3. c. 6. contra
Cresco.
c. Cor. 1. b.

A accipitur, si tantò melius est, tantò melior est minister, per quem traditur, tantà erit sacramentorum varietas, quanta in dispensantibus ministris meritorum est diuersitas, & ita meliorem baptismum dedit Paulus quàm Apollo. Contra quem errorem aduersus eos, qui iam schismata propter diuersa merita hominum ministrorum facere cœperant, clamat ibidem ipse Paulus. Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizauit, ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Et cum in argumèto assumitur extra ecclesiam non esse locum veri sacrificij, non esse verum altare, non esse verum sacramentum. Respondeo.

Apud eum qui est extra ecclesiam non potest esse verum sacrificium, vera eucharistia, verum baptismus, verum Christisma veritate, quæ proficiat ad salutem eius, qui est extra ecclesiam. Vtique tamen extra ecclesiam huiuscemodi munera Christi sunt vera veritate sacramenti.

Quò sacramentum uerè non est extra ecclesiam.

Capite septimo tractans: quod validè dantur sacramenta ab Hæreticis: & quod uerè ligant & soluant, quando non sunt ab ecclesia abscissi.

B



R O quibus planè intelligendis quædam conuenit prænoscere, quod aliud est sacramentum, aliud sacramenti virtus seu effectus. Sacramenta Christi, extra ecclesiam Christi, & dispensantur & accipiuntur, sed non profunt, nisi his qui aut sunt aut efficiuntur ecclesiae membra, & ita sacramentum, quæ extra ecclesiam interdum habetur, & accipitur, gratia tamen sacramenti non nisi ab eo, qui est in ecclesia obtinetur. Verum Dei signum, & characterem Christi, & veram prophetarum scripturam cognoscimus etiam apud falsos homines, prauos, adulteros, traditores, sicut vera sunt apud Iudæos, & paganos Dei munera, sensuum vigor, sanitas corporis, verum aurum, & frumentum, quæ & in utilitatem nostram dispensant interdum nobis. Ita & apud Antichristos, qui siue intus siue apertè foris esse videantur, possunt esse vera euangelia, doctrinae salutares, & vera sacramenta, quæ sunt Christi munera, & per quæ non ipsi, sed Christus communicat suum spiritum nobis cupientibus esse membra in corpore Christi, quod est ecclesia. In omnibus enim sciendum est, quod sacramenta Christi fortiuntur effectum non ex merito eorum, per quos dantur, sed ex virtute ipsius Christi, de quo dicitur, Hic est qui baptizat. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Et idcirco quamuis ministri sint impudici, & immundi, sacramenti sanctitas pollui non potest. Aliud itaque est sacerdotem remittere peccata ex suæ vitæ merito. Aliud est sacerdotem remittere peccata per suum ministerium Deo dante intus incrementa. Iusuper quemadmodum aliud est posse via facti aliquid facere. Aliud est via iuris seu iustè posse aliquid facere. Sic aliud est posse via facti sacramenta, aut conficere, aut accipere, aut dispensare. Aliud est via iuris seu licitè hæc posse facere. Et idcirco non oportet consequens esse, si hæreticus non habeat ius baptizandi, quod ergo non verum est baptismus quod dispensat. Item hæreticus episcopus etiam nominatim excommunicatus, & ab ecclesia præscisus, quàmuis iure non possit conferre ordinis sacramentum, si tamen quempiam ordinet, is uerè est ordinatus, neque est cum ad ecclesiam uenerit reordinandus. Nam multa contra ius dantur, nec tamen ideo vel nulla vel non data dicuntur. Deinde aliud est ueraciter aut habere, aut accipere, aut dispensare sacramenta, aliud salubriter hæc facere, is qui aut perseverat in crimine, aut extra ecclesiam separatus, ueraciter quidem & habere, & accipere potest baptismum, eucharistiam, ac sacerdotalem ordinem, sed extra ecclesiam, neque habet, neque accipit, neque dispensat hæc salubriter sibi, quæ interdum proficiat in salutem aliorum. Ex his igitur manifestum est, quo nã pacto quædam

Apud malos etiam hæreticos uera sunt sacramenta.

Iob. 1. e

1. Corin. 3. b

C

D

R prohi.

prohibeantur iure irritante fieri, quæ si tententur fieri irrita sunt. Alia fieri prohibentur, quæ tamen si fiant, veraciter fiunt & obtinent firmitatē, heretici, schismatici, excōmunicati, nominatim ab ecclesia separati, quædam facere prohibentur, quæ tamen si faciant, veraciter faciunt. Prohibentur solenniter baptizare, eucharistiā conficere: verbis tamen euangelicis, aut baptizantes, aut eucharistiā conficientes, vera faciunt sacramenta. Quædam rursus facere prohibentur, quæ si facere tentent irrita sunt & inania, nempe heretici & nominatim excōmunicati, tales sunt potestate iurisdictionis ecclesiasticæ spoliati, & ideo neq; excōmunicare aut ligare, neq; absolueri alios à censuris aut peccatis possunt, quæ si facere tentent, nihil efficiunt. Et idcirco nulla potest ab eis fieri remissio peccatorū seu sacramentalis absolutio. Aliud proinde est de potestate remittendi & retinendi peccata, & de potestate ligandi & absoluendi. Aliud de potestate baptizandi & conficiendi eucharistiā, benedicendi & consecrandi sacerdotes. Sic ab initio semper intellexit ecclesia, sacerdotes ea quæ sunt iurisdictionis, tã in foro priuato, q̄ in foro publico posse amittere, sed non ea, quæ sunt sacerdotalis ordinis. Et idcirco omnes censuræ, excōmunicationes, & à peccatis vel à censuris absolutiões emanantes ab excōmunicatis contra ius irritans, sunt cassæ & inanes, tanq̄ latæ nō à suo iudice. Dixi signanter, contra ius irritans factæ, quia censure vel absolutiões sacramentalis facta à pastore occultè heretico, aut generaliter excōmunicato tolerato ab ecclesia, & nondū iudicialiter & nominatim cōuictō, vera est & valida, quem admodum salubriter prouisum est timoratis conscientijs per decretum vniuersalis ecclesiæ in Constantiensi concilio, vbi statuitur, q̄ nemo deinceps à cōmunionem alicuius in sacramentorū receptione, aut administratione, vel in alijs quibuscūq; diuinis intus & extra, pretextu cuiuscūq; sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ ab homine vel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere vel aliquē vitare, vel interdictū ecclesiasticū seruare, nisi specialiter à iudice in personā, aut in collegiū fuerit huiuscemodi sententia publicata & denunciata. Specialiter & expressè excepta iniectiōe manū violenta in clericū adeò notoria, vt nulla tergiversatione, nullo iuris suffragio valeat excusari. Secundū limitationem hanc sunt accipienda, quæ super hac re Gratianus recitat. 24. quæstione prima docens eum, qui ligatus est non posse alium soluere, vel ligare. Canones enim & decreta, quæ sic docent non includunt occultè, aut generaliter solū & non nominatim excōmunicatos. Quod si decreta quæuis aut magistrorū veterū dogmata expressè decernunt etiā eos qui generaliter solū sunt excōmunicati non posse absolueri, vel ligare, iam hæc ipsa sunt per Cōstantiense conciliū secundū illam partem abrogata. Atq; ita consequens est, quod prælatum generaliter aut occultè excōmunicatum ita seruare suæ iurisdictionis vsum & executionē vt etiā valida sint, quæ interim ligat aut soluit, quia decretum concilij Constantiensis: rigorem canonum de vitandis sic generaliter excōmunicatis misericorditer relaxat, non solū quo ad communionem in receptione aut administratione sacramentorum, sed etiam quo ad communionem in alijs quibuscumq; tam intus, q̄ & extra diuina. Proinde glossa eadē causa, & quæst. docēs in summa, q̄ omnis hereticus, q̄ tumuis occultus, est excōmunicatus, & idcirco excōmunicare alios non potest. hæc inquam glossa edita antè indultum consilij Constantiensis, iam auctoritatem nō habet. Vnde sciendum est, quemadmodū prælatus mortali peccato ligatus potest alium soluere à peccato, & ligare sua sententia, quæ valida erit & firma, si non suo decreto irritante, obstet ecclesia. Ita improbus iudex & criminofus, etiam hereticus, potest secundum iuris ordinem iustam ferre sententiam, quam & ecclesia ratificat, quàm diu eundem in suo officio tolerat. Sic Petrus de Palude in quarto, scribens etiam antè seculum Constantiensis concilij docet excōmunicatum

De sacramētis
& absoluendi
bus ministrati
ab hereticis, et
excōmunicatis.

Hereticus nalis
de absolueri nō
potest, nec excō
municare, bap
tizare tamē &
consecrare po
test.

Decretū concilij
Constantiensis
de vitandis ex
cōmunicatis.

Sententiæ ex
censuræ iudicis
occultè excōm
unicati sunt
valida.

catum occultum posse excōmunicare alium, probans id per decretalem, Ad A probandum, de sententia & re iudicata. Amplius autem scire conuenit, quod quanq̄ non prohibemur à sic generaliter excōmunicatis sacramenta recipere, vel eisdem collaborantes in orando, aut sacramenta ministrando vitare, vtique tamen prohibemur naturali & diuino iure sic generaliter excōmunicatis non ministrare sacramenta, neque in publico, si excōmunicatio multis pateat, neque in priuato, si soli sibi constet, quàmuis enim contra ius diuinum & naturale sit sanctum dare canibus, non est tamen contra ius diuinū exigere sanctum à canibus, quia illic absque fructu & vtilitate, sanctum in sterquilinum mittitur, & grauat in damnationem, quod institutum fuit ad medelam. Istic autem sanctum ad vtilitatem spiritualem à canibus & immundis reuerenter acceptum in templum Dei colligitur. Accessurus ad Eucharistiæ sacramentum, attendere debet non ministri dispensantis, sed suam ipsius conscientiam, non sacerdotem à quo recipit, sed semetipsum debet iudicare. Probet, inquit Apostolus, seipsum B homo, & cætera. Si nosmetipsos dijudicarem, non vtique iudicarem à Domino. Sanctum enim est quod Deus dat, etiam per ministrum dispensantem non sancta conscientia. Proinde Augustinus in libris contra Petilianum, contra Crescō. & contra Donatistas toties exaggerat, iteratisque vicibus inculcat C populum esse securum, qui Deum patrem, & matrem eius ecclesiam tenet, qualescumque sint ministri, vt nemo gloriatur in homine ministrante, sed in Deo intus operante. Ex supradictis igitur habes, quod sicut iam post indultum Constantiensis concilij sacramentalis absolutio impensa à pastore generaliter vel occultè excōmunicato, aut infecto Lutherana vel alia hæresi, non est propter huiuscemodi excōmunicationem generaliter latam, irrita, sed valida. Ita & licitè potest subditus, si non aliud obstet ab eodem scilicet excōmunicato absolutionem petere & accipere, quàm diu ipse in suo pastoralis officio toleratur ab ecclesia. Censetur autem tolerari, donec specialiter, & nominatim fuerit à corpore Christi, quod est ecclesia, separatus, aut suspensus ab officio. Verum hæc in nullo suffragantur, ipsis sic generaliter excōmunicatis, qui in graue damnum & detrimentum animarum suarum contemnentes ecclesiæ clauis, sese impudenter diuinis ingerunt, sacramenta aut accipientes, aut dispensantes, qui non nisi auctoritate pontificis summi valent ab huiuscemodi censuris liberari. Non eorum igitur sed aliorum multorum saluti voluit huiuscemodi suo decreto ecclesia consulere. Quod si nobis obijcias. O iherosolimitane, Ius diuinum in scripturis, quibus præcipitur vnicuiq; Hæreticum post vnam & secundam correptionem deuita. Et rursus. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert, nolite recipere illum in domum, nec aue dixeritis ei, qui dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Respondeo ex supradictis: huiuscemodi prohibitiones iuris diuini causas habent, quibus cessantibus, cessant & ipsæ D prohibitiones. Oportet quidem vitare hæreticos, vbi & quando visum fuerit necessarium, vel ad eorum correptionem, vel ad nostram & aliorum cautelam, sic vt in vitando eorum consortio, seruetur prudentia, ne lædantur frumenta. Et quia huiuscemodi sunt iuris naturæ limites, idcirco decretum ecclesiæ, cum nequeat ius diuinum tollere, non suffragatur nobis quo minus teneamur à cōmunionem talium abstinere, dum visa fuerit necessitas, vel pro reductione eorum, vel pro cautela salutis nostræ aut aliorum. Amplius autem sciendum, quod & si valida sit censura ecclesiastica ac etiam sacramentalis absolutio, aut lata, aut impensa ab excōmunicato pastore, vel à iudice hæretico tolerato in suo officio, quod prius ritè ab ecclesia acceperat, censuræ tamen & absolutiões impensæ à Lutheranis, vel alijs hæreticis, sacerdotib⁹ nō pastorib⁹, qui nemine episcopatu,

1. Cor. 11.

O iherosolimitane.

Tit. 3. c.
2. iohann. 10.

Hæretici quō es
quādo vitanda.

aut curam pastorem dante sese ingerunt curis & regimini ecclesie, sunt irritae & inanes. Et idcirco à talibus absoluti remissionem non accipiunt peccatorum. **A** Hoc etiam addendum, quod aliud est de ipso Luthero, qui iam nominatim est declaratus haereticus & excommunicatus, Alius de fautoribus, & sectatoribus, doctrinae illius nondum sic denunciatis. Ex supradictis igitur memoriae mandandum est episcopum, aut praelatum, aut iudicem nominatim excommunicatum, ea quae sunt iurisdictionis perdidisse. Proindeque eum, neque posse excommunicare quemq, neq; sententiam, aut censuram, neque absolutionem à peccatis, vel ab excommunicatione dare neque iudicare neque committere. Episcopum verò praelatum, aut iudicem solù generaliter & non nominatim excommunicatum, vel suspensum ea quae sunt iurisdictionis in foro poenitentiali non perdidisse per eundem etiam sic excommunicatum, occultum tamen & ignoratum, ratione publici officij gesta, & iudicata esse valida, veluti si ut iudex sententiam tulit, excommunicauit, absoluit, aut beneficium contulit. Ceterum ad sciendum, quomodo episcopi auari, sceneratores, adulteri, haeretici etiam extra ecclesiam nominatim reiecti potestatem habeant dandi spiritum sanctum, & remissionem peccatorum, aduertendum est qd ecclesiastici patres, ut Hieronymus in epistola ad Hedibiam, quaestione nona, & Augustinus in quaestionibus veteris & noui testamenti ex scripturis sacris docet Apostolos multoties accepisse eundem spiritum sanctum. Primum ex eo tempore quo crediderunt in Christum, semper habuerunt spiritum sanctum pro modulo atque mensura. Cum quis incipit credere in Iesum accipit spiritum sanctum etiam anteq baptizatur. Petro praedicante verbum fidei, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audierunt verbum Dei, & ait. Quis prohibebit, ut non baptizentur hi, qui acceperunt spiritum sanctum, sicut & nos. Deinde Apostoli prima resurrectionis die acceperunt etiam spiritus sancti gratiam, qua peccata dimitterent & baptizarent, & filios Dei facerent, & spiritum adoptionis credentibus largirentur, ipso saluatore dicente. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, & cetera. Et haec est gratia gratis data, quae per impositionem manuum infunditur, ordinatis etiam his, qui praua intentione & in peccato sacramentum ordinis accipiunt, quamuis debite preparatis, & rite accipientibus, gratia gratificans augeatur. Postremo in die pentecostes accipiunt spiritum sanctum, quo induuntur virtute ex alto accipientes diuersitatem linguarum, ad praedicandum Christi euangelium cunctis gentibus, nullo indigentes interprete. Haecenus Hieronymus, & Aug. & aliorum patrum ex scripturis sacris intellectus, quo poteris considerare argumenta diui Cypriani hac in re non concludere. Nam cum primum obijcit. Haeretici & schismatici non habent spiritum sanctum. Spiritus enim sanctus effugiet fictum & auferet se à cogitationibus, quae sunt sine intellectu. Non habent igitur potestatem remittendi, & retinendi peccata. Primum admissio antecedente ad sensum, quod non habeant spiritum se sanctificantem, dicimus consequentiam esse inuolidam. Nam & apud Cyprianum episcopi auari fundos insidiosis fraudibus rapietes, & sceneratores intus in ecclesia tolerati verè baptizant, ceteraque sacramenta dispensant, qui tamen spiritum non habeant sanctificantem suas ipsorum animas. Deinde respondet Augustinus ad antecedens, quod ficti & iniqui, quamuis spiritum sanctum non habeant ad suam ipsorum salutem, spiritus tamen sanctus ministerium eorum non deserit, qui per illos salutem operatur aliorum. Spiritus sanctus effugiet fictum, id est, deest saluti eius qui fictus est, non tamen deserit ministerium eius, vide Augustinum libro secundo contra Permenianum, & signanter capite vndecimo, In libris contra Donatistas. Vnde spiritus sanctus, qui replens orbem terrarum nusquam deest etiam per ministerium eorum qui sunt extra

De gestis per
excommunicatosSpiritus sanctus
multoties
datus Apostolis

Act. 20. g

Iohan. 20. f

Iap. 2. a

A extra ecclesiam operatur, & multipliciter datur, id est, ad multa datur officia, dicente Paulo Apostolo, Diuisiones gratiarum sunt, & diuisiones ministracionum sunt, idem autem spiritus. Qui interdum datur ad iustificationem & meritum accipientis, ut in sacramentis baptismi & poenitentiae. Interdum ad robur & constantiam fidei Christianae, ut in confirmatione. Interdum ad faciendum signa & miracula, quo modo datur etiam malis & impijs, sicuti reprobi quidam in iudicio dicturi sunt, Domine in nomine tuo daemona eiecimus & virtutes multas fecimus. Interdum ad prophetiam, sicut in Balaam, & Caipha & in omnibus bonis prophetis operatur spiritus sanctus. Interdum ad ministerium seu officium ecclesiasticum seu sacramentum, cui ipse spiritus adest inuisibiliter operans salutem aliorum. Et ad hunc modum spiritus sanctus datus est Apostolis post resurrectionem, Christo dicente, Ecce ego mitto vos, &c. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quod tractantes Chrysof. Hieronymus. Augustinus, dicunt Apostolos tunc accepisse quandam potestatem spiritalis gratiae, non ut mortuos suscitent, & miracula faciant, sed ut dimittant peccata. Vnde sequitur, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Qualislibet sit is, qui dispensat Christi sacramentum, nihil sacramento officit, adest enim spiritus non semper ad salutem hominis dispensantis, sed ministerio hominis ad salutem accipientis. Fecit Deus salutem per Iudam, quem ad praedicandum Euangelium misit, fecit per improbos sacerdotes, scribas & pharisaeos, ad quos destinauit leprosos sanandos. Vnde mulier & laicus etiam paganus non Christianus, baptizans in aqua verbis euangelicis à Christo institutis, verum dispensat sacramentum, & apud eos est spiritus sanctus, non quidem iustificans illos dispensantes, sed per eorum ministeria, quibus est praesens sanctificans eos, qui rite ab eis suscipiunt. Vnde & iam haereticus quispiam Lutheranus verum dispensat baptismum, & veram conficit eucharistiam, & quam diu latet & toleratur ab ecclesia nondum denunciatus, nominatim, verè absoluit à peccatis. Hic iam tres occurrunt obiectiones. Prima, Si in verbo saluatoris, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata & cetera. sit solis sacerdotibus data potestas remittendi peccata, & saluator verbum illud intellexerit, non solum de ea peccatorum remissione, quae fit per sacramentum poenitentiae, sed & de illa quae fit per baptismum. Quemadmodum & verbum illud intellexerunt Cyprianus, Origenes, Chrysofomus, & Ambrosius, cur ergo mulier, laicus aut paganus, non poterit etiam interdum remissionem peccatorum dare per sacramentum poenitentiae, & in necessitate sacramentum absolutionis impendere, aut eucharistiam conficere. Hoc autem si fuerit admissum, videbitur forsitan vera esse Lutheranorum sententia, docentium quemlibet Christianum esse sacerdotem, & pro loco & tempore posse facere omnia ecclesiastica officia. Secunda obiectione. Augustinus dicit vtrumque esse sacramentum, videlicet baptismum & ius seu potestatem dandi baptismum. Illud, inquit, datur homini cum baptizatur, istud homini cum ordinatur. Si ergo mulier & laicus habent in necessitate ius seu potestatem baptizandi, consequens videtur & eos tali in necessitate esse sacerdotes. Amplius autem obijcitur tertio. Si potestas seu ius remittendi peccata, siue per baptismum, siue per sacramentum poenitentiae datur homini Christiano dum ordinatur sacerdos, poterit ergo sacerdos quisq; cum voluerit baptizare, absolueret, & eucharistiam conficere. Sed ad primum horum dicimus, qd ex scripturis semper intellexit ecclesia, Aliud esse de potestate remittendi peccata in sacramento poenitentiae, Aliud de potestate baptizandi, Aliud de potestate consecrandi eucharistiam. Nam semper intellexit ecclesia per vniuersum orbem, quod eucharistiae sacramentum nemo potest conficere, nisi qui rite fuerit ordinatus sacerdos ab eo

1. Cor. 12. a

Variis modis
datur nobis sp
ritus sanctus
& varia sunt
ipsius dona
effectus.
Act. 7. 64

Ioh. 20. f

Baptismus Chri
sti à Iudo, vel
à pagano non
baptizato, ne
rum est sacra
mentum.

Iohan. 20. f

ab eo

Tentis confice
re nō sacerdos,
nihil facit.

Act. 8. 4.

Ioh. 4. 1.

De institutione
baptismi.

Io. 1. 6.

Io. 3. 4.

Luc. 10. 4.

Mat. 28. d.

Act. 8. 4.

Ioh. 20. f.

De penitentia
lib. 1. cap. 2.

Ius remittendi
peccata, solis
datum est sacer-
dotibus.

ab eo, qui habet ordinandi potestatem, quam Christus concessit Apostolis & eorum successoribus. Proinde quispiam non sacerdos, si tentet consecrare panem & vinum in eucharistiam, nihil efficit, sed totum est irritum & inane, id est, nullum sacramentum. Baptismus verò ad inuocationem patris, filij, & spiritus sancti, per immersionem in aquam collatus perficit ad salutem tam paruulis, quàm adultis in necessitate accipientibus, à quocumque fuerit dispensatus siue à sacerdote, siue à non sacerdote, etiam à muliere & pagano, seu Iudæo. Sacramentum baptismi sic posse ministrari, non solum per sacerdotem, sed & interdum per alios intellexit ecclesia, ex Actibus Apostolorum, in quibus diaconi nondum sacerdotes, leguntur baptizasse. Et ex scripturis quibus significatur, quòd Christus misit discipulos suos baptizare antequàm essent sacerdotes. Venit Iesus in terram Iudæam, & illic, inquit Ioannes, morabatur cū discipulis suis & baptizabat, quamuis ipse non baptizabat, sed discipuli eius. Et quamuis Chrysostomus hoc tractans, videatur affirmare discipulorum baptismum, nihil amplius habere baptismate Ioannis, & vtrumque fuisse expers ea gratia, quæ ex spiritu sancto est, & vtrique vnam fuisse causam, videlicet adducere ad Christum in spiritu sancto baptizandos. Augustinus tamen ad Gelucianum, & ceteri probatissimi arbitrantur, quòd in illo baptismum discipulorum dabatur spiritus sanctus, licet non ea manifestatione, qua post ascensionem in linguis igneis datus est, sicuti ipse spiritus supra Christum hominem descendit specie columbæ. Vnde alio tempore, alijq; verbis baptismum instituit, & potestatem baptizandi dedit Christus, alio autem tempore, alijq; verbis dedit potestatem remittendi peccata. Nā baptismi sacramentum fieri per immersionem aquæ sub nomine trinitatis, instituendum significauit, dum ipse baptizatus à Ioanne trinitatem manifestauit, dum auditur vox patris in nube testificans de filio, & spiritus descendit in columbæ specie. Ipsum autem instituit, aut dū Nicodemum instituens, dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Aut dum postea veniens in terram Iudæam, misit discipulos suos baptizare & docere in signis & virtutibus. Post resurrectionem suam baptismum iam institutum, obseruari præcepit dicens discipulis. Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Vnde inter circumcisionem & baptismum fuit medium tempus quoddam, quando circumcisio, & baptismus simul cursum habuerunt, vt & rectè agerent, qui circumciderentur, & remissionem peccatorum acciperent, qui à Christo vel discipulis eius baptizarentur. Baptismus igitur est institutus, priusquam Apostoli essent ordinati sacerdotes, & per eosdem Apostolos dispensatus, atque ita potest non sacerdos conferre verum baptismi sacramentum. Sic senserunt ecclesiastici patres, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus & successores ad hæc vsque tempora. Deinde & Philippus vnus ex septem diaconis, non sacerdos baptizabat, sicuti patet in Actibus Apostolorum. Potestatem autem remittendi & retinendi peccata post resurrectionem dedit, eamq; post susceptionem baptismi habere non possunt, nisi qui sunt in ecclesia veri sacerdotes, quibus ipse Christus dixit, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Vnde Ambrosius ait, Ius hoc remittendi & retinendi peccata, datum in verbo saluatoris. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, solis permittum est sacerdotibus. Et ius hoc rectè vendicat ecclesia illa, quæ veros habet sacerdotes, hæresis autem vendicare nō potest, quæ sacerdotes Dei non habet. Munus spiritus sancti est officium sacerdotis & ita non sacerdotes, quāuis verum conferant baptismum, non tamen veram conficiunt eucharistiam, neque verum conferunt sacerdotalem ordinem, neque veram dant sacramentalem absolutionem & remissionem peccatorum.

Ad verbum eiusdem Ambrosii dicentis, Nihil interest vtrum per penitentiam, an per

an per lauacrum hoc ius sibi datum sacerdotes vendicant, vnum in vtroque est ministerium. Respondeo non esse de mente Ambrosii ex iure diuino solos sacerdotes potuisse baptizare. Nam & ipse Ambrosius, ex scripturis docet, quòd in primitiua ecclesia omnes de clero & baptizabant & docebant quibuscumque diebus & locis fuisset occasio, sed nunc res aliter, inquit, est ordinata. Vult igitur Ambrosius, quòd non ex ordinatione Christi, sed ex ordinatione ecclesiæ, nunc solis sacerdotibus licitum est baptizare, quod tamen in necessitate etiam concessum est laicis, quia præceptum ecclesiæ nequit contra necessitatem obligare. Vnde immersio aquæ super hominem facta in nomine trinitatis, est sacramentum ecclesiæ à quocumque dispensetur, siue à laico, siue pagano, vel Iudæo, aut muliere, sicut panis & vinum iam per sacerdotem consecrata in corpus & sanguinem, verum est sacramentum, etiam si à muliere vel pagano dispensetur. Quamuis enim hæc à muliere vel pagano nequeant consecrari, vtiq; tamen cum iam fuerint per sacerdotem consecrata, vera sunt, si dispensentur per eosdem sacramenta. In baptismum autem consecratio fontis & chrysmatis, quæ non sunt de substantia baptismatis, quamuis per solos fiunt sacerdotes, tamen ipsis iam consecratis, si vtatur in baptizando, non sacerdos verum dispensat baptismi sacramentum. Et per hæc patet solutio obiectionis secundæ ex verbis Augustini dicentis, ius baptizandi dari hominibus, non cum baptizantur, sed cum ordinantur. Manifestum est enim neminem debere in ecclesia sibi vsurpare officium, nisi qui fuerit ab ecclesia missus, & ad officium illud ordinatus. Atque ita, ius seu potestas solemniter baptizandi non competit, nisi ecclesiæ ministris missis & ordinatis, sicuti supra ex sententia Ambrosii declarauimus. Proinde laicus, quamuis possit in articulo necessitatis verum baptismi sacramentum dispensare, solemniter tamen baptizare cum benedictione salis & aquæ exorcismo ad solos pertinet sacerdotes. Extra necessitatem neque clericus, neque archidiaconus, neque mulier, neque laicus, neque diaconus, neque cardinalis potest vlli homini sacramentum baptismi ministrare. Quòd si quicumque vir non sacerdos extra necessitatem fecerit, irregularis efficitur, quemadmodum textus habet capite primo de clerico non ordinato ministrante. Nam cōficere eucharistiā, absolueri in foro Dei à peccatis, ecclesia semper intellexit esse officia sacerdotalis ordinis, & ex iure diuino solum ad sacerdotes pertinere. Vnde in Actibus Apostolorum, quāuis legamus diaconos baptizasse, nō tamen legimus eos, aut obtulisse altari sacrificium, aut cōsecrasse eucharistiam, aut imposuisse manus. Vnde & in epistolis Pauli. In libro Actuum Apostolorum & in doctrinis eorum, quæ fuerunt in ipsis Apostolorum temporibus, legimus distinctionem inter ordines presbyterij, & diaconatus. Et dum tertio obijcitur. Potestas remittendi peccata, si datur homini cum ordinatur, ergo sacerdos quisque poterit quemlibet cum viderit oportunitatem à peccatis vel absolueri vel ligare. Respondeo consequentiam esse inualidam. Quamuis forsitan in mortis articulo sacerdos quisque in ecclesia possit absente pastore absolueri hominem à peccatis, alias tamen non potest. Quia soluere & ligare aliquem sunt officia eius, qui ius seu potestatem habet super illum. In nullo foro potest quis soluere, vel ligare quemquam, præterquam subditum. In ecclesiasticis autem officijs facere hominem subiectum homini eius est, qui curam gerit ecclesiæ. Cum ergo Christus præfecerit ecclesiæ suæ Petrum, huius fuit dioceses distinguere, aut distinguendas committere alijs, qui vnicique episcopo suum gregem designarent. Sic ex Apostolorum doctrina discimus episcoporum officium esse constituere per loca & ciuitates presbyteros qui præsent gregi. Paulus quantumlibet cœlitus esset in euangelium Christi vocatus, nihilominus tamen spiritu sancto iubente, in antiochia per impositionem manuum discipulorum Christi segregatur vnā cum Barnaba

in commentariis
super epist. ad
Eph. c. 4.

Quisquis extra
necessitatem
non sacerdos ba-
ptizet, is sit ir-
regularis.

Act. 6.

Absolueri est
eius qui iuris-
dictione habet.

onem manuum acceperunt. Rursus cum argumentis assumitur. Quomodo potest alium mundare, qui ipse immundus est, quomodo potest benedicere, qui ipse maledictus est, quomodo perfidus, blasphemus, mortuus, & extra ecclesiam constitutus, potest dare fidem, sanctitatem, & in ecclesiam alios inducere, qui semetipsum neque mundare potest, neque in ecclesiam ducere. cum dicit scriptura, Omnia quae tetigerit immundus, immunda erunt, quae participatio iustitiae cum iniquitate, fidei cum perfidia, morti cum vita, luci cum tenebris. Respondeo. Ex superioribus patet huiusmodi argumentis non moueri ipsum Cyprianum, apud quem erant nonnulli episcopi auari, fceneratores, ofores fratrum, raptores. Sicut ergo illis apud Cyprianum dispensantibus sacramenta remittuntur peccata hominibus, & mundantur homines, non per eorum merita, sed per vim & meritum Christi praesentis eorum ministris. Sic & haeretico vel extra ecclesiam constituto ministrante alteri in necessitate baptismi sacramentum, remittuntur baptizato peccata, per vim Christi viuificantis eundem baptizatum, ut efficiatur membrum in corpore ecclesiae, quae permittit & approbat, & cognoscit etiam dominicum characterem ab adulteris & auaris, & haereticis ministris dispensatum. Cyprianus igitur putans sacramenta ab haereticis excommunicatis praecisus dispensata, non esse vera sacramenta, ad hoc opinandum non mouebatur ex hoc, quod sic praecisus ab ecclesia, sint immundi, scelerati, & spiritu charitatis vacui. Nam & tum etiam dixisset sacramenta a sceleratis ministris occultis dispensata, esse falsa & irrita, quod neque ipsi haeretici Donatistae ausi sunt dicere, ex scripturis sacris euidenter conuicti, sed mouebatur Cyprianus ex eo, quod credit spiritum sanctum non operari per eos, qui iam foris sunt & extra ecclesiam, quod falsum est. Et ideo dum ultra obijcitur, haereticus, schismaticus, aut alius cuius ab ecclesia separatus, non habet communem & eandem cum sanctis ecclesiam, non habet eandem symboli legem, ergo non habet idem & commune cum sanctis baptismum, & cum unum sit baptismum, sicut & fides una, consequens videtur eum nec habere, nec dispensare verum baptismum, sicut nec habet, nec docet veram, sed falsam fidem. Respondeo. Baptismus, ecclesia, & spiritus sanctus ab inuicem possunt separari, ut illic sit verum baptismi sacramentum, ubi neque ecclesia, neque fides, neque spiritus sanctus. Aliud sacramentum, quod habere etiam Simon magus potuit, aliud operatio spiritus, quae etiam in malis hominibus fieri solet, sicut in Saul & in Caipha. Aliud est operatio spiritus sanctificantis, quam non nisi boni in ecclesia habere possunt. Et sicut falsa responsio eius, qui dicit se abrenunciare Sathan, & non abrenunciare, non efficit, ut baptismum quem accipit sit nullus. Sic & malicia, error, ac haeresis illius qui baptizatur, non facit irritum, aut nullum esse sacramentum. Haec est plana Hieronymi & Augustini resolutio, ex scripturis declarata, secundum antiquam ecclesiae consuetudinem ab Apostolorum ecclesia deriuatam. Et cum obijcitur haeticos esse falsarios, & ergo eorum sacramenta non vera, sed falsa esse sacramenta. Sicut falsarius monetam, non verum sed falsum aurum exponit. Respondeo. Falsarius in una re possunt verum aliquod aut exponere, aut dare in rebus alijs. Sic & haeretici in intellectu unius scripturae falsam & haeticam tenentes sententiam, possunt seruire in sacramentis veram formam, quam seruat ecclesia, quam & Christus instituit. Atque ita possunt etiam extra ecclesiam constituti, habere & dispensare verum munus, quod Christus dispensandum instituit, per quod & spiritus Christi operatur. Falsa essent sacramenta, si dispensarent formam aliam, quam seruat ecclesia. Falsum est baptismum Arrianorum baptizantium in nomine patris maioris, & filij minoris, & spiritus sancti vtriusque serui. Et cum ultra assumitur, his qui non sunt ecclesiae membra, non est communicandum, utpote haereticis, schismaticis, & caeteris ab ecclesia praecisus, non sunt igitur sacramenta ab illis petenda & accipienda. Respondeo argumentum recte utique concludere, catholicos non posse ab

Num. 19 d
2. Cor. 6. e

Cypria. sacra-
menta a malis
sacerdotibus ne
re administrari
sed no ab here-
ticis putabat.

Arrianorum bap-
tisma falsum.

A posse ab illis nominatim praecisus sacramenta petere, nisi occurrente necessitate articulo, in quo etiam posset quis baptismum a Iudaeo & Sarraceno accipere, sed non inde sequitur, sacramenta vera non esse, quae ipsi via facti dispensant. Hic iam si rursus obieceris. Episcopi prauis fceneratores, quantumuis sint ab ecclesia tolerati, non sunt tamen ecclesiae membra, ergo non est communicandum illis & ita nec obedire oportet praecisus eorum. Respondeo id non sequi, In corpore Christi, quod est ecclesia, sunt non solum membra viua, sed & putrida, arida seu mortua, quae sane membra, quamuis non cohæreant vinculo charitatis, utique tamen cohærent secundum visibilem quandam sacramentorum formam. Secundum euangelij praecisus, ecclesia non semper debet tollere aut abijcere de medio sui membra mortua seu putrida, sed debet tollerare interdum ne forte ubi fuerint praecisus, vel ipsa reddatur insanabilia, vel alia membra laedantur viua, vel periclitetur compago corporis tota. Et ita est alia ratio de episcopis praepositis, & pastoribus prauis in ecclesia toleratis. Alia de iam praecisus & eiectis foras. Nam illis oportet obedire, quamdiu in suis dignitatibus tolerantur. His autem quos & saluator iam praecisus haberi, tanquam ethnicos & publicanos, non oportet obedire, cum iam aperte foris sint. Et idcirco manus. i. suas potestates ligandi & soluendi perderunt. Caeteris vero sceleratis sacerdotibus nondum eiectis, nondum sic priuatis potestate sua, oportet propter honorem cathedrae in qua sedent, honorem impendere, censuris sententisque iuste latis parere. Verum quidem est eos esse arida seu mortua membra, & non communicare, caeteris membris in unitate fidei & charitatis, sed non inde consequens est eos non magis, quam praecisus esse in corpore Christi. Nam quamuis non sint nec templum spiritus sancti, nec vera membra Christi, nec habentia spiritum Christi, nec cohærentia sibi spirituali vita, sunt tamen in corpore Christi & inter membra viua cohærentia Christo, secundum visibilem quandam formam, & exteriorē quandam professionem fidei, quam non sicut hi qui aperte foris sunt, lacerant, impugnant quamuis forte vel intus corde non credant, vel foris secundum illam non viuant, quos ecclesia interdum pro pace intus tolerat. Scriptura autem cum dicit, Si gaudet unum membrum, congaudent omnia membra, de se est manifesta, eam loqui de veris membris cohærentibus sibi inuicem spiritu vite. i. spiritu fidei & charitatis. Nam & in corpore membrum aridum seu mortuum non patitur, caeteris membris patientibus. Deinde multa membra mortua. i. charitate vacua, nonnunquam foris praestant multa spiritualis vitae officia, ut praelati intus sordidi, foris candidi, docentes legem Dei, & pascentes gregem creditum verbis & sacramentis euangelicis sibi praecisus, sicut & inter Apostolos erant, qui per inuidiam verbum Dei praedicabant, & Christi sacramenta per contentione dispensabant. Et cum ultra obijcitur, Omnia ecclesiae membra sunt unius corporis, unius fraternitatis, societatis, & ciuitatis. Episcopi autem prauis & criminosis, sunt ciues in ciuitate diaboli, & membra in corpore diaboli, dicente saluatore. Vos ex patre diabolo estis, & apostolo, Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Iusti autem sunt ciues in ciuitate Dei & societate Christi. Respondeo, Argumentum hoc solum probat prauos & criminosos, non esse vera ecclesiae membra communicantia in spirituali vita, nihil autem prohibet id, quod est membrum diaboli dispensare verum Dei munus, verum Christi euangelium, verumque eius sacramentum. Ad scripturas autem in argumento citatas. Quae societas luci cum tenebris, quae conuentio Christi ad Belial, quid palea cum tritico. Nolite iugum ducere cum infidelibus, & id genus scripturas alias prohibentes communionem aut societatem fidelis cum infideli. Respondeo. Societas illa & conuentio, quam significant scripturae non esse communem iustis & impijs accipienda est de societate & communionem secundum interiorem consensum in eisdem vitae moribus, ut societatem quis intelligatur habere, & iugum ducere cum impijs,

Non sunt petenda sacramenta ab haereticis nisi in necessitate.

Sacerdotes scelerati nondum eiecti membra sunt Christi licet mortua.

1. Cor. 12. d

Philip. 1. b

Iohan. 8. f
Roma. 8. b

2. Cor. 6. e
Hierem. 23. f
2. Cor. 6. e

impijs, aut infidelibus, cum aut fauet infidelitati eorum, aut approbat, vel docere A negligit, cum posset proficere. Corporalis autem communio cum infidelibus non est illicita, nisi propter subuersionis periculum aut scandalum. Et ideo ad fidelium hominum cautelam etiam ratione iusta per ecclesiam prohibenda est fidelibus corporalis conuersatio & societas cum infidelibus, cum videlicet fideles sunt simplices, ac infirmi in fide de quorum subuersione, probabiliter timeri possit, quemadmodum Dominus Deus Iudæis ad idololatriam pronis terram promissionis ingressuris, prohibuit communionem cum gentibus, dicens. Non inibis cum eis scedus, nec misereberis eorum, neque sociabis cum eis connubia. Verum hic sciendum quod bifariam fidelibus interdicitur communio cum altero, vno quidem in pœnam illius cui communio fidelium subtrahitur, secundum hunc autem modum ecclesia non potest prohibere communionem fidelium cum infidelibus, qui nunquam fidem Christi receperunt. Tales nempe cum foris sunt, & fuerunt semper, ecclesiasticus iudex punire non potest, dicente Apostolo. Quid mihi de B his, qui foris sunt iudicare, quamuis propter peccatum commissum & ipsi inter fidelem populum commorantes sint puniendi temporalibus pœnis secundum iustas & ciuiles Christianorum leges, quibus & ipsi perinde atque fideles subiiciuntur. Secundo autem modo fidelibus prohibetur communio cum alio ad cautelam fidelium, quibus scilicet communio interdicitur, & hoc pacto ecclesia secundum conditiones temporum, locorum & personarum potest interdicare fidelibus ne communicent infidelibus paganis, aut Iudæis. Cum infidelibus autem hæreticis, aut cum apostatis qui à fide suscepta diuierunt, sicuti & cum sceleratis Christianis communionem ecclesia fidelibus prohibet, secundum vtrumque modum tam videlicet in cautelam bonorum fidelium, quam in pœnam illorum infidelium & sceleratorum hominum, quos per censuras ecclesiasticas repellit à consortio, & societate sua. Si societatem esse luci cum tenebris, & conuentionem esse Christi ad Belial, & iugum C ducere cum infidelibus esset idem ei quod est corporaliter conuersari inter infideles & inter tenebras & filios Belial, seu peccatores, ergo & Christus, qui manducabat cum peccatoribus & publicanis contra prohibitionem hanc habuisset societatem, conuentionem, & iugum duxisset cum infidelibus. Paulus quoque & ceteri Apostoli qui concedebant vocatis seu inuitatis ad cenam infidelium ut irent si vellent, etiam in sacramentorum communionem conuersantes inter prauos Christianos, qui euangelium Christi per inuidiam prædicabant & sacramenta per contentionem dispensabant fecissent contra sua ipsorum præcepta. Si communicare seu consentire peccatis hominum mala voluntate docentium euangelium Christi & malè dispensantium sacramenta Christi, sit idem ei quod est conuersari cum eis, in docendo, & audiendo euangelium, aut in communionem sacramentorum, ergo & Cyprianus consentiebat peccatis episcoporum, qui suo seculo auari erant, raptores, & scenatores, cum quibus in sacramentorum communionem versabatur. Malidum qui vel ignoranter, vel scienter pro pace tolerantur in ecclesia, non obsunt bonis. Malos fratres Apostolus Paulus in ecclesia plorauit, & cum illis euangelium Christi prædicabat. Eisdem quoque temporibus mali sacerdotes, scribæ & pharisæi hypocritæ non obsuerunt Zachariæ iusto in conspectu Dei, qui & in tempore vicis sue cum malis pontificibus suum explebat officium. Et postremum cum contra dicta obijcitur ex verbo Apostoli ad Hebr. iubentis obediendum esse præpositis ob id quod ipsi peruigilant pro animabus nostris, ergo vbi non vigilant pro nobis, neque solliciti sunt pro animabus nostris, non oportet obedire eis quicquid præcipientibus nobis, quia cessante causa, cessare debet effectus. Ad hoc corroborandum facit quod dicitur in epistola ad Tim. cum docet seruos oportere honorare dominos, adiecit, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur, ex quo consequens videtur seruos

De corporali
communione
cum infidelibus.

Deut. 7. a

Duabus ex causis fit ut communio vnus cum altero interdicitur.

1. Corint. 5. d

Societas luci cum tenebris.

1. Corint. 10. f

1. Pet. 1. a
Hebr. vlti.

1. Tim. 6. a

A seruos non oportere honorare dominos, vbi nullum tale est periculum. Respondeo consequentiam esse inualem, quod autem ad probandum assumitur, intelligitur de causis, ex quibus pendet effectus tam in efficientibus, quam in finalibus, ut cessante latrone solis supra nostrum horizonem cessat & dies ac lumen solis. Quantum verò ad præsentem attinet materiam de operibus tum prohibitis, tum præceptis homini propter causam intelligitur de his, quæ solum sunt aut præcepta, aut prohibita, quatenus media sunt ad huiusmodi causam. Cum enim opus aliquod nobis ponitur sub præcepto aut prohibitione, intelliguntur & indirectè nobis aut prohibita esse, aut præcepta, omnia media quatenus necessaria sunt ad eiusdem operis executionem, & non aliàs, veluti si præceptum mihi est subuenire pauperi, intelligitur & præceptum mihi esse ire ad locum, & alia facere, sine quibus pauperi subuenire non possum. Si præceptum est audire sacrum in loco sacro, oportet surgere, & in eundem locum ire. In proposito autem obedire præceptis, non est præceptum solum indirectè, quatenus videlicet sit medium quo peruenitur ad officia pastoralis curæ, sed quia iam assequuti sunt pastorem iurisdictionem in his, quæ iuxta tributam eis auctoritatem præcipiunt, veluti citando, ad iudicium vocando, sententiam ferendo, excommunicando, ipsis teneor obedire, quia incumbit illis inuigilare, non solum docendo & admonendo, sed & imperando. Vnde Paulus docens Titum episcopum, quo nam modo ipse regere debeat gregem commissum, iubet ut arguat etiam imperando, Hæc, inquit, loquere, exhortare, & argue cum omni imperio, nemo adolescentiam tuam contemnat. Item ad Philemonem testatur sese in Christo habuisse fiduciam imperandi Tito ea, quæ ad rem eius pertinebant, id est, ad salutem illius, quem tamen propter charitatem magis obsecrare voluit, nolens vti hac potestate imperandi. Item nolens obedire sacerdotis imperio ex decreto iudicis moritur. Hoc ius imperandi illud, quod ad rem subditi pertinet, habent etiam prauis prælati. Nam & auctoritas atque potestas iurisdictionis est illis data, & ideo si ex illa potestate tale quid præcipiant, quod ad officium eorum pastorale pertineat, ego teneor obedire, etiam quamuis ipsi non ex amore salutis meæ id iubeant. Cessante autem in eis huiusmodi officio, iurisdictione & dignitate pastorali, cessat & in nobis obligatio illis obediendi. Pastoralis auctoritas, & obligatio obediendi in subditis ex sese mutuo pendet. Improbi autem prælati, prorsus negligentes officium, propter quod datum est beneficium, quamuis non faciant fructus suos, non tamen ob id mox sunt spoliati suis dignitatibus. Et proinde quamdiu tolerantur ab ecclesia oportet oves obedire illis secundum clauas ipsis datas ligantibus, aut quid præcipientibus. Ad id quod Paulus inquit, Quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur, Respondeo hanc Pauli doctrinam magis confirmare sententiam propositam, oportere videlicet seruos obedire dominis suis, tam fidelibus quam infidelibus, ut expressè habet ibidem doctrina Apostolica. Nam si nomen Domini & doctrina Christi blasphemaretur ab infidelibus ex hac ratione, quod serui ad fidem conuersi, non obedirent dominis suis, quibus ante conuersionem iure gentium debitum præstabant obsequium, consequens est doctrinam Christi esse, vt serui ad fidem conuersi debeant obsequi dominis suis infidelibus. Nam fides & gratia Christi non contrariatur iuri nature, neque eximit hominem iam credentem ab obligationibus iuris gentium aut nature.

Quo intelligitur, cessante causa, cessat effectus.

Tit. 2. d

Deut. 17. a

1. Tim. 6. a

XII. Arg.
Solutio.



AD duodecimum argumentum quo dicitur: Contingit principes & ecclesiarum praelatos, ad principatus ad dignitates ascendere non vocatos inspiratione diuina, nec missos à Deo, quales sunt plerunque huius seculi Pontifices, qui ambiunt dignitates, non vt profint, sed vt præsint, non vt pascant, sed vt pascantur, vt sint piscatores non hominum, sed denariorum. Sed tales non sunt veri praelati, ergo non oportet obedire. Respondeo, Conclusio argumenti extra casum est doctrine nostræ, qui loquimur de veris principibus, de veris pastoribus & praelatis, non de tyrannis & alijs, qui per vim aut fraudes sese intrudunt, nemine principatum, aut episcopatum dante. His enim cum non sint veri principes, nec veri praelati, sed aut hæretici, aut schismatici, aut tyranni non oportet obedire ex debito obedientiæ, licet aliquando oporteat tolerare iniurias eorum, ac adimplere dura eorum imperia, modò non sint cõtra Dei legem, & id quidẽ nunc secundum virtutẽ patientiæ, nunc secundum legem charitatis, propter vitandum scandalum, aut propter nostrum aut aliorum bonum spirituale procurandum, vt per patientiã nostram vincatur eorum malitia. Verum etsi cõtingat praelatos huius temporis procurare sibi pastorales dignitates ex ambitione & cupiditate, non idcirco non sunt veri praelati. Proinde ad habendum verũ sensum & intellectum scripturarũ, ac aliorũ quæ in argumento assumuntur. Sciendum est primũ pro intellectu propositionis antecedentis, & si quis aut ambitiosa, aut cupida voluntate principatum, vel episcopatũ ambiat & obtineat, efficitur tamẽ princeps aut episcopus per canonicam electionem populi aut ecclesiæ eligentis & ordinantis, Deo illi potestatem dante. Nam aliud est quod dicimus hominem sibi vsurpare principatum aut episcopatũ, nemine principatũ, aut episcopatum dante. Aliud quòd dicimus indignum ac inidoneum, aut auarum, aut ambitiosum, causa lucri sollicitantem accipere & obtinere episcopatum ex authoritate populi, aut ecclesiæ ac superioris potestatem dantis & ordinantis. In priori casu loquitur Paulus Apostolus: Non enim, inquit, audemus inferere nosmetipsos, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant, hoc est, vt inquit Ambrosius, qui non accepta potestate à Deo dominari volunt, nomini suo vendicantes authoritatem, non missi à Deo. In posteriori autem casu continentur, qui ambitione aut cupiditate petunt mitti, & procurant præfici populo, & institui authoritate seu ordinatione ecclesiæ, vel superioris potestati dantis & ordinantis, quales erant, de quibus saluator: Super cathedram Moyfi sederunt scribæ & pharisæi. Pontifices, inquit Bernardus, erant Annas & Caiphas, præsidentes ex ambitione & cupiditate super cathedram Moyfi, & qui non obedierunt eis, tanquam inobedienciæ rei fuerunt iudicati, etiam in ipsum Dominum præcipientem, & dicentem: Quæ dicunt facite. Proinde quamuis omnis potestas, tam secularis, quàm ecclesiastica sit iusta, & à Deo ordinata, etiam in impijs & sceleratis præpositis, non tamen inde consequens est, iustam & ordinatam esse ecclesiasticam potestatem, eorum qui sese ingerunt in episcopatus, & pastorales curas, nemine episcopatũ dante aut ordinante. Nam illi sunt veri pastores habentes ecclesias ex superiori cõmissione, quàmuis non pascant, & idcirco iudicium erit eis durissimum. Isti autem qui semetipsos instituunt non sunt veri pastores, non veri episcopi, & idcirco ecclesiastica potestas in eis nulla est. Quamuis autem omnis potestas in ecclesiæ præposito, episcopo, aut principe iusta est & ordinata, non tamen oportet quòd omnis voluntas aut hominis dantis, aut populi eligentis, aut hominis accipientis recta sit & iusta. Non omnis voluntas, inquit Augustinus, à Deo est, sed omnis potestas à Deo est.

Aliud est vsurpare sibi episcopatũ, aliud ex ambitione ad episcopatũ peruenire.

2. Corin. 10. d

Matth. 23. d

Eodem. 23. d

De Spiritu & littera, C. 31.

A est. Aliud voluntas peccandi, id est, motus voluntatis, quo peccantes volumus. Aliud potestas peccandi. Neque dixit Apostolus Paulus, non est voluntas nisi à Deo, sed non est, inquit, potestas nisi à Deo, per potestatem non hominem in potestate, inquit, vulgarius sed ipsum munus significans. Voluntatem autem peccandi, quam habemus à nobis, appellat Augustinus, non vim seu potentiam naturalem qua volumus, nempe & certum est illam non à nobis esse, sed motum voluntatis peccantis, qui non est Dei opus. Nam & si Deus nobis concurrat dum malè volumus, id est, dum concupiscentiæ prauæ consentimus. Ipse tamen primitus instituens naturam, non præuenit eam imprimendo illi legem carnis, qua inuitaretur seu excitaretur ad volendum contra legem Dei. Potestati autem malè volendi, qua peccare possumus & non peccare, habemus ab ipso, qui instituens naturam, liberi eam cõdidit arbitrij, quo peccare posset, & non peccare. Potestati igitur peccandi, videlicet facultati liberi arbitrij, insuper membra & vires, & cætera talenta, quibus peccando vtimur, habemus à Deo. Quædam habemus à Deo, vt conditore naturæ, alia habemus à Deo, vt irato iudice, faciente aliquid in nobis ob peccata nostra. Sic vtrunque ex scripturis verum esse patet, videlicet quòd Saul non ex voluntate Dei, sed ex voluntate populi rex factus est. Et nihilominus ipse Saul datus est rex super populum, per voluntatem Dei, qui populo iratus condescendit malæ voluntati ipsius. Filij Israel petendo regem peccauerunt, non in eo quòd rem malam peterent, quasi potestas regalis, aut habere regem sit malum, sed in eo, quòd malè petiuerint regem confidentes in fortitudine mortalis regis se fore victores, dum magis sperantes in humano auxilio, quàm in Deo, contempserunt iudicem Samuelem, & illius successorem diuinitus eligendum, petentes, sicut gentes solent, Deum ignorantes, sibi regem dari ex institutione & electione humana, non innitentes in huiuscemodi petitione, consilio, & auxilio Domini Dei sui, qui eduxerat illos de terra Egypti, qui, & vt ait Samuel, solus saluauerat illos de vniuersis malis, & tribulationibus suis, qui etiam ad illud vsque tempus gubernauerat per Iudices cœlitus à se datos, vocatos, & monstratos. Et quòd petendo regem sic peccauerint, patet ex primi Regum, capite. 8. vbi dixerunt ad Samuelem: Constitue nobis regem, sicut vniuersæ habent nationes, & displicuit sermo Samueli, eò quòd dixisset populus, da nobis regem, vt iudicet nos. Et ait ad Samuelem Dominus: Audiui vocem populi huius, non enim te abiecerunt, sed me ne regnem super illos, vbi patet, quòd Deus condescendit petitioni eorum iratus pro eo, quòd abiecerunt Dominum Deum ne in persona Samuelis, aut alterius successoris diuina voluntate ordinandi regnaret super illos. Ante quidem insinuauerat Moyse in decimosextimo capite Deuteronomij futurum esse, quòd populus Israel supra se peteret constitui regem, sed non iussit, vt peteret. Quamuis igitur initium regalis potestatis humanæ super populum Israel non fuerit ex primaria voluntate Dei, vt regalem potestatem instituentis, Israelitico populo translato ex Egypto, quem sibi peculiarem gubernandum suscepit, per iudices & prophetas à se constituendos, vtique tamen fuit ex voluntate Dei irati, vt merito populi retribuentis, seu malo desiderio populi satisfaciens. Deus enim populo duro & malè petenti quædam concedit iratus, quæ negat propitius. Regalis igitur potestas super populum Israel est non ex primaria voluntate Dei illam instituentis, aut eiusdem populi intentionem in petendo regem approbantis, quamuis sit ex voluntate Dei, vt irascentis & satisfaciens eiusdem populi desiderijs. Deus filios Israel elegit in populum peculiarem vsque in æternum reseruans illum sibi gubernandum non per reges humana voluntate, aut solius carnalis cognationis aut sanguinis successione assumēdos, sed per iudices gubernatores cœlitus vocandos & instituendos, vt populus agnosce-

Omni potestas à Deo, sed non omnis voluntas à Deo est.

1. Reg. 16.

Regali potestas super populum Israel, quæ nam modo fuerit à Deo.

ret suam salutem non ex humano gubernaculo, sed ex Dei solius pendere auxilio. Hunc autem gubernandi modum in se meliorem, certio- rem, digniorem, & vtiliorem perdidit populus iste temerariè petens sibi regem, lapsus in inferiorem gubernandi modum, qui est secundum regalem potestatem, qua gubernator populi regio iure posset filios & filias facere seruos & ancillas, & addecimare eorum hæreditates, ac possessiones. Deinde & eadem regalis potestas, sic propter peccatum populi posita super populum Israel, primitus à Deo data est Sauli & filijs eius vsque in sempiternum. Sed hic cum non seruaret mandata Domini Dei sui, meruit huiuscemodi iure potestatis regie spoliari, quemadmodum ait ad illum Samuel: Stultè fecisti, quia non seruasti mandata Domini Dei quæ præcepi tibi. Quod si non fecisses, iam præparasset Dominus regnū tuū super Israel vsq; in æternum, sed iam nequaquā regnum tuum vltra confurget. Deus ergo quod semel dedit alicui, vt habeat in æternum, iusto suo iudicio aufert ob ingratitudinem, & peccati meritum. Nam gratiam meretur amittere, qui abutitur dono acceptæ gratiæ. Paradisum Adæ & semini eius semel datum vsque in sempiternum Deus abstulit, deiciens eum cum sua posteritate in vallem lachrymarum, secundum sui peccati meritum. Rursus post peccatum ipsius Saul eadem potestas super duodecim tribus Israel data est David, & ipsius domui vsque in sempiternum, quæ domus denuò propter peccata Salomonis eadem regia potestate super tribus decem est spoliata relicta domui David solū tribus duabus. Et quamuis decem tribus sub Hieroboam sint à domo seu regno David alienatæ, & separatæ ex voluntate Dei, vt punientis & vindicantis peccatum Salomonis. Sic enim dicit scriptura, 3. Regum. 11. Hæc tamen non sunt facta ex voluntate Dei, vt instituentis regnum Israel, neque ex voluntate Dei, vt approbantis maliciam, seu malam voluntatem, vel ipsius Hieroboam regnum ambientis, vel ipsius populi iniqua voluntate sese à domo David separatantis. Quæ ab homine aut fiunt, aut petuntur mala voluntate, seu intentione peruersa, ea fiunt à Deo voluntate bona ex amore finis, quem non intendit homo ipse in operando. Quamuis igitur Deus iratus populo Israel, voluerit & regnum eius diuidere, & decem tribus separare à domo David, & Hieroboam regnare super tribus decem, non idcirco tamen sequitur, quòd Hieroboam & decem tribus secundum voluntatem Dei benefecerint se à domo David separatantes, quemadmodum non oportet si Deus voluerit filium suum tradere in mortem, quòd idcirco Iudas, aut Iudæorum populus bene fecerit in mortem tradens illum. Ex huiuscemodi sententijs concordari possunt scripturæ, quæ inter se pugnare videntur, quibusdam dicentibus reges tales scilicet ambiciosos populum gubernantes non regnare ex voluntate Dei, quemadmodum in Osea loquitur: Ipsi regnauerunt & non ex me principes extiterunt, & non cognoui. Alijs verò dicentibus, omnem potestatem esse à Domino Deo, & Deum dedisse populo reges tales, quemadmodum apud eundem Osea loquitur: Dedi tibi, inquit, regem in furore meo. Et in Esaia: Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabantur eorum. Et in Iob dicit Heliu: Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Iam enim pluribus in locis diximus secundum aliquem vsitatum loquendi modum in scripturis sacris significari ex Deo non fieri ea, quæ ipse non ex se, sed vt iudex facit ira prouocatus propter peccata populi. Et secundum alium loquendi modum in eisdem scripturis rursus significari Deum hæc omnia facere. Sicut latro ipse propter homicidium perpetratum iudicatus ad mortem magis est sibi causa suspendij quàm ipse iudex illi. Vnde & rectè dicit illi iudex: Tu tibi, non ego, causa es mortis tuæ, quia causam propter quam morieris, culpam videlicet homicidij, non ego, sed tu tibi fecisti. Nihilominus tamen quia iudex ipse est qui executionem facit, & iusta

Ose. 8. a
Deus hypocri-
ta ex ambitio-
ne constituit re-
ges et præfides
ecclesie.
Ose. 13. e
Isa. 3. a
Iob. 34. d

A & iusta lege infert mortem, idcirco etiam rectè loquitur, qui dicit poenam mortis & suspendiū à iudice fieri. Et ita manifestum est in scripturis sacris reperiri geminum modum secundum quem Deus aliquid dicitur facere. Vnus est quo aliquid facit ex se sua scilicet simplici voluntate bona, aut instituens videlicet naturam, donans bonum naturale, aut sua proueniente bonitate largiens gratiam absque vllis hominum meritis. Alius est modus quo significatur Deus aliquid facere erga hominem, vt iudex, prouocatus videlicet hominum meritis malis. Et secundum hunc geminum faciendi modum quæ in quibusdam scripturæ locis dicuntur non fieri à Deo, in alijs scripturæ locis à Deo fieri leguntur, quæ & Deus ipse facere dicitur. Et quemadmodum secundum posteriorem faciendi modum, Deus infert mortem, damnationem, excæcat, indurat, abscondit mysteria regni, tradit in reprobum sensum, in passionem ignominie: mittit populo superbienti operationem erroris, vt credant mendacio. Ita & secundum eundem faciendi modum, dat populo regem malum, tyrannum, hypocritam, aut puerum, aut effematum. Sic Deus in Osea loquitur: Dabo eis regem in furore meo, Dabo pueros principes eorum, &c. Verum quia hæc omnia mala facit Deus non ex se, sed propter causas in hominibus inuentas, quarum non ipse, sed homines sunt authores, Idcirco non ipse sed homines dicuntur horum malorum causa. Et hoc significanter annotauit Deus in scriptura, cum nō simpliciter dicit, se dare regem, & facere regnare hypocritā, aut tradere in reprobum sensum, sed addit se in furore dare, id est, se iratum dare, & facere regnare hypocritam propter peccata populi, & se propterea tradere & mittere operationem erroris, quia Deum agnatum non coluerunt, & veritatem contempserunt. Et ita in alijs scripturæ locis dicuntur hæc mala fieri non ex Deo sed ex creaturis, quia origo earū propter quam fiunt est peccatum in creaturis. Et sicut in scripturis sacris vtrunq; verum est, videlicet, quòd Deus mortem non fecit, & quòd tamen mors ipsa à Deo est, hoc est, quòd Deus mortem non fecit, humanum genus instituens, vt esset immortale, & semper viueret, sed tamen mortem inflixit, peccatum humani generis vindicans. Sic & vtrunque verum est, videlicet, quòd regnū Israel fuit ex voluntate Dei dantis, & monstrantis populo Saulem regem primū. Et quòd idem regnum incepit, non ex Dei, sed ex hominum voluntatibus. Similiter vtrunq; verum est, quòd videlicet Deus separas decem tribus à domo David, fecit Hieroboam regem super eadem tribus decem, & quòd nihilominus decem tribus sese à domo David separauerunt, & quòd Hieroboam super illas decem tribus regnauerit, non ex voluntate Dei, quemadmodū Deus loquitur in scriptura: Ipsi regnauerunt, & non ex me, ipsi, vt inquit glossa interlinearis, Saul & Hieroboam regnauerunt non ex me, id est, non ex mea voluntate, nec vt instituente gubernationem populi illius, nec vt approbante desideria, quibus petiuerunt regnare seu habere regiam potestatem. Principes extiterunt & non cognoui, id est, non approbavi desideria populi Deum negligentis, & vanè sperantis in regia potestate mortalis hominis, aut se separatantis à domo David. Amplius autem sciendum est, quosdam esse qui assumunt prouinciam regendi populum, & pastorales curas, seu episcopatus vocati à Deo excitati, ac diuina inspiratione tracti, vt profint populo, non vt præfint. Et illi propriè dicuntur & instituti esse, & regere ex voluntate Dei concedentis & vocantis. Alij autem sunt qui assumunt huiuscemodi officia, inidonei, vel indigni non vocati à Deo, nec excitati, sed sua praua concupiscentia tracti, ambiunt vel à superioribus, vel ab ecclesia præfici, aut eligi, aut postulari, vt præfint, non vt profint, vt pascantur, non vt pascant, vt sint piscatores non hominū, sed denariorum. Et illi dicuntur ascendere ad sacerdotia & regere ex permissione diuina, id est, ex voluntate Dei permittētis malas eorum voluntates agere, ex sua prouidentig

Duplex modus
secundū quem
Deus aliquid
facit.

Ose. 8. a
Esa. 3. a

Deus mortem
non fecit, &
tamen mors à
Deo est.

Ose. 8. a
Hieroboam re-
gnauit super
decem tribus
ex voluntate
dei, & non ex
voluntate dei.

uidentię gubernaculo dirigentis ac cooperantis ad ea quibus ascendant ad huiusmodi dignitates. Vnde & iusto suo iudicio prouidet ea quibus etiam indigni, aut ambitiosi in huiusmodi dignitatibus mala uolūtate institui & præfici moliuntur. Et huiusmodi dicuntur instituti aut electi, aut assumpti promissione diuina. Et quia prælati prorsus certi non sint qualiter sint vocati, neq; debent de suis viribus, aut idoneitate facillè præsumere. Idcirco significat se esse prælatos, præpositos, aut episcopos permissione diuina, quæ extētio nomine etiam completitur diuinā concessionē ac inspirationē. Qui diuina inspiratione vocatur, ac instituitur non incongrua etiam ratione diuina permissione institui dicitur.

XIII. Arg.
Solutio.

Ad decimum tertiū argumentū quo concluditur Christianos inter gentes cōmorantes, non oportere vllis legibus gentiū obedire. Respōdeo illud falsum esse, neque sequitur ex antecedente, quod ad illud demonstrandum assumitur, quo dicitur, inter gentes absq; fide in Christū neq; esse vllum ius verū, neq; vllam iustitiā veram, neq; vllam legē iustam. Nam Aug. in dogmatibus suis passim tradens non esse vllam veram virtutē apud homines à fide Christi alienos, veram virtutē appellat, secundum quam homo verè est bonus bonitate faciente remissionē peccatorū, & dignificante ad vitam æternā, veramq; iustitiā appellat, qua homo verè est iustus. i. iustificatus à peccato, legemq; iustam dicit, quam seruans homo iustus fit, Deoq; gratus, & acceptus. habes super his doctrinā Aug. in lib. 4. cōtra Iulianū. Veruntamē quemadmodum lex iuris naturæ de honorādis parentib⁹, de non aduulterando, de non furando, & non mentiēdo, scripta est in cordibus hominū, etiā eorū, qui sunt à fide vnus Dei alieni, quam legem ipsi transgrediētes peccāt, rei que fiunt in cōspectu Domini Dei sui, quem ignorant, tametsi seruantes illam non efficiantur iusti in conspectu Domini, quippe non habentes fidem in mediatorē Iesum, sine qua nulla iustitia Deo placens esse potest. Ita & apud eos multæ sunt leges, multaque ciuilia iura ex æquitate naturalis legis deriuata, à superioribus potestatibus reipub. gubernantibus cōstituta, moribus & consensu populi roborata, quorum iurium transgressores ac contemptores, rei fiunt apud Deum, etiam Deum ipsum ignorantes. Vnde & vas electionis Paulus legibus Romanorū ethnicorum est vsus, dum iniurijs affectus, coram tribunali Festi iudicis gentilis Cæsarem appellauit, subiiciens se legi ethnicorum. Et qualis nam fuerit huiusmodi lex scriptura sacra aperuit, recitans, quod Festus ipse dum in Hierusalē Iudæi aduersus Paulum postularent damnationem mortis, respōdet ipsis: Non est consuetudo Romanis, damnare aliquem nisi præsentem habeant accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Vnde & placuit Deo, inquit August. orbem terrarum per Romanos debellare, vt eundem in vnam societatem reipub. legumque per ductum longè lateq; pacaret. Sunt itaq; apud ethnicos etiam leges iustæ. Rex Nabuchodonosor cum seruus esset Idolorum, constituit sacrilegam legem, vt simulachrum adoraretur. Idem verò rex diuino correptus miraculo, piā & laudabilem legem cōstituit, vt quicumq; blasphemiam diceret in Dominū Deum Danielis, cum domo sua penitus interiret. Diocletianus imperator ethnicus vtilem & iustam legem constituit, vt nemini liceat nuptias cōtrahere cum filia, nepte, vel pronepote, nec cum matre, auia, vel proauia, nec cum amita, matertera, sorore, aut fororis filia, nouerca, nec insuper licitum esse habere duas vxores, habes hæc in Codice de incestis nuptijs. Docuit quidem Augustinus ibidem contra Ciceronem, quod secundum definitiones reipub. & populi ab ipso Cicerone illic designatas apud Romanos multorū Deorum cultores nō fuerit vnquam neque vera reipub. neq; verus populus, eò quod apud illos non fuerit cœtus multitudinis veri iuris consensu & veræ utilitatis cōmunionē sociatus, quando quidem veri iuris consensus sine vera iustitia geri non possit, veræ item utilitatis commu-

Quare prælati scribant permissione diuina præpositus, aut episcopus, etc.

Quò apud ethnicos sit lex iusta aut iuris vera. C. 3.

Act. 25. e

Act. 25. d

Cin. 5. C. 17.

Dan. 1. C. 4.

Cin. dei lib. 11. C. 21.

non esse non possit inter eos qui impiè viuunt, sed non inde sequitur apud eos nō fuisse vllā legem iustā aut vtilem, secundū iustitiā aut utilitatē præsentis vitæ, tam etsi huiusmodi legibus iustis absq; vera fide nō sint assecuti verā iustitiam, qua redderent cultum vero Deo debitum, neque veram utilitatem, qua assequerentur æternam vitam. Considerauit quidem Cicero ad hoc, vt sit bona respublica, & vt cœtus multitudinis sit verus populus, oportere multitudinem esse sociatam iuris consensu & cōmunionē utilitatis. Alioqui neque populi nomine digna erit multitudo, si non iustitiæ legibus viuat. Sed quid nam esset verum ius, & quæ nam vera iustitia, quæ vera utilitas ad assequitionem veri boni æterni necessaria ignorauit. Vnde & Plato in Hyppercho describit lucrum esse boni vtilis assequitionem, sed vtile nihil esse, nisi quòd ad cōsequitionem veri boni potest conducere, quòd verò ad hoc non confert, nec ipsum vtile esse nec lucrum, atque ita laudandam esse veri lucri cupiditatem, eamq; omnibus natura inesse, vituperandam autē esse opinionem falsam, quæ dum verum vtile, & verum lucrū ignorat, appetitum naturę in aduersa retorquet, quæ non sunt reuera vtilia. Augustin⁹ igitur non intendit negare, quin apud gentes à fide Christi alienas possit esse ius & lex iusta, & respublica iustis legibus gubernata, secundum quandam præsentis vitæ iustitiam: cuius consideratione, inquit, remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? & ipsa quoque latrocinia, quid sunt nisi parua regna, in quibus & ipsi latrones, prædones atque tyranni legibus quibusdam inter sese diuidunt spolia. Eleganter & veraciter ab Alexandro magno quidam comprehensus pirata interrogatus, quid ei videretur quod mare haberet infestum, libera contumacia respondet. Quid tibi, inquit, vt orbem terrarum, sed quia id ego exiguo nauigio facio latro vocor, tu verò quia magna classe, imperator diceris.

Hic iam si dixeris, infideles non posse habere dominium, vel præsidētiam, aut potestatem, aut iurisdictionem, seu facultatē iudicandi super fideles, cum Paulus coarguat fideles qui apud iudices infideles agebant causas.

Respondeo antecedens falsum esse: nam à dominio & præsentia principis pagani, non eximitur subditus illius in hoc quòd efficitur Christianus. Cæsaris impij Neronis serui, erant Christiani cōuersi de familia eius ad fidem, dicēte Paulo Apost. Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de domo Cæsaris sunt.

Ad verbum autem Apostoli prohibentis fidelibus ire ad tribunalia infidelium iudicum. Respondeo Apostolum prohibere fidelibus, ne vltro sese subijciant tribunali iudicis infidelis habentes aliū fidelem iudicē. Verum nequaquā prohibet fidelibus iam constitutis sub principe infideli ne in ius vocati eorum iudicio pareant in his, quæ iustis sententijs & legibus discernunt, secus si quid contra Christum iubeant. Vnde & Paulus ingenuè professus est tribunal Festi esse tribunal Cæsaris, neque dixit Festo, non agnosco tribunal tuum: non meus es iudex, sed coram tribunali Cæsaris, inquit, sto, illic oportet me iudicari. Sed his iam rursus obijciat forsità quisquā, Seruus domini infidelis si fiat Christianus, eximitur à seruitute domini sui. Nam contra ius naturæ nefasq; est, vt quem Christus liberauit, blasphemus Christi in seruitutis vinculo detineat, vt habet textus ca. 1. de Iudæis & saracenis. Ibidem quoq; ex illa ratione prohibet canō, vt nullū mancipiū Christianū Iudæo seruiat. Vnde & sic Iustinianus Imperator iā olim ante annos ferme mille constituit, vt neq; Iudæus, neq; paganus, neq; hæreticus seruos Christianos habeat, quòd si inuenti tali reatu fuerint, sancimus, inquit, seruos omnibus modis liberos esse secundum anteriore nostrarū legum tenorē, addens, In præsentem hoc autem amplius decernimus, vt si quis ex prædictis Iudæis vel paganis, vel hæreticis habuerit seruos nondum catholica fide mysterijs imbutos, & prædicti serui desiderauerint ad orthodoxam fidem venire, tum postq̄ ecclesiæ catholicæ sociari

Verum lucrum quid sit.

Lex iusta apud ethnicos.

1. Cor. 6. d


Philip. 4. d

Act. 25. d

fuerint in libertatem modis omnibus secundum presentem legem eripiantur. Haec tenus ille. C. de episcopis & clericis. L. finali. Ex quibus consequens videtur per fidem Christianam hominem seruum fieri liberum a seruitute domini sui. Respondeo antecedens falsum esse. Nam Christianismus non tollit obligationem iuris gentium, iustam videlicet seruitutem. Deinde quis nefas sit, ut blasphemus Christi detineat Christianum seruitutis vinculo in praedictum Christiani cultus, non est tamen iniquum, quod seruus subditus sit illi in his quae iure seruitutis praestare debet illi, iuxta Apostolum precipientem, Serui estote subditi dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam discoloris. Neque illi obuiat lex iustiniana, nempe illa non asserit seruum manentem in seruitute, non debere esse subditum domino suo, sed docet quod imperator possit dominum aut principem imperio suo subiectum propter infidelitatem & contempum fidei priuare iure & dominio illo, quod dominus ille habebat in seruum. Atque ita glossa in praedicta lege finali, recte demonstrat legem illam non esse contrariam doctrinae Apostolicae. Nam Paulus cum praecipit seruis, ut subditi sint, intelligitur quam diu serui manserint, sed non prohibet Paulus seruos illos lege imperiali posse fieri liberos auctoritate superioris habentis ius & dominium in dominos seruorum illorum. Cum ergo Iudaei commorantes in terris Christiani imperij sint subditi imperatori, imo & serui eius, consequens est eum posse Iudaeos fide Christi contemnentem, priuare dominij & bonis iure gentium eisdem debitis, nequaquam tamen ob hoc liceret priuato homini Christiano bona Iudaeorum rapere, aut clanculum tenere, aut sese ab obligatione Iudaeis iure gentium debita eximere.

Decimum caput in quo declaratur quemadmodum a pastoribus, sacerdotibus, & pontificibus sceleratis subditi licite accipiant ecclesiastica sacramenta.

Huius capituli prima pars, in qua recitantur argumenta.



N superiori capite ostensum est Christianos oportere obedire principibus ac praepositis reipublicae praefectis etiam discoloris, eorumque leges, praepcepta, atque imperia, quae secundum ius praerogationis suae subditis imponuntur, non aduersari Christianae libertati. Reliquum est iam demonstrare etiam subditos secundum Christianam libertatem licite posse a suis superioribus etiam praeuis exigere, petere, ac recipere ecclesiastica sacramenta, & posse cum reuerentia adesse eorum sacrificijs, praedicationibus, caeterisque diuinis officijs.

Primum tamen recitabimus argumenta quaedam, quibus probari videtur id non licere.

Quisquis pro viribus lege charitatis tenetur eniti ad inducendum sacerdotem indignum, ut a celebratione sacri, siue sacrificij immolatione, & a ministerijs sacramentorum cesset, ac pro reuerentia abstineat potius, quam ut iniuriam faciat sacramentis illa contrectans indignem, iuxta capitulum finale de temporibus ordinandorum. Sacerdotes in crimine iacentes monendi sunt, & sub interminatione diuini iudicij obtestandi, ut in testimonium suae damnationis in susceptis etiam ordinibus non ministrent. Videtur igitur prorsus esse illicitum absolutionis, eucharistiae, vel alia quaeuis sacramenta scienter suscipere ab indigno & infami sacerdote, cum talem quisque debeat potius a ministerio retrahere ac impedire, quam ad ministrandum requirere, aduocare, siue inducere.

Quisquis ad celebrandum vocat, requirit, vel inducit sacerdotem publicum fornicarium, aut alias in crimine perseverantem, is mortaliter peccat, ergo & ille qui eucharistiae vel absolutionis sacramentum exigit, aut petit sibi dispensari ab huiusmodi sacerdote. Antecedens videtur manifestum ex decretalibus multis, quibus praecipitur, ut nullus missam audiat presbyteri, quem nouerit indubitanter habere concubinam: si non est licitum audire missam eius, multo minus licebit in-

A bit inducere aut vocare eum ut celebret.

Hic iam si dixeris, quamuis sit prorsus illicitum ad celebrandum vocare sacerdotem publicum fornicarium, alioqui non paratum aut celebrare, aut sacramenta ministrare, nequaquam tamen videtur illicitum pro utilitate mea vocare tale iam paratum, sic & celebrare & ministrare, sicuti licitum est accipere mutuum ab usurario iam parato sub usura mutuum dare. Sed huic responsioni obuiat tertium argumentum.

Quantumuis quis fuerit parati animi nefas aliquod perpetrare tenemur, nihilominus cum possumus impedire ne in opus exeat, praesertim quod in Dei contumeliam, vel in alterius lesionem vergit. Sed celebratio missae publica a sacerdote notorie spurco & immundo, est Deo contumeliosa, cum per eam corpus & sanguis Domini in sterquilinum peccatorum projicitur, insuper & proximis scandalosa, cum omne peccatum publicum, praesertim praesbyteri, cuius est populo viam veritatis verbo, & exemplo vitae commonstrare quantum in se est proximum scandalizet. Quemadmodum, inquit doctor subtilis distinct. 13. quartae sententiarum, dicens certum esse, de sacerdote publico peccatore, quod ante penitentiam celebrans mortaliter peccet, non solum quia celebrat, sed & quia scandalizat. Cum ergo quisque ex iure diuino teneatur sollicitare, & admonere alterum ne in opus exeat, per quod Deo contumelia & proximo scandalum irrogatur. Consequens videtur semper & in omni casu illicitum esse vocare, aut inducere sacerdotem perseverantem in scelere ad celebrandum, vel ad sacramenta ministrandum. Et videtur hoc ipsum hac ratione corroborari ob nullum finem quantumuis bonum: licet mihi, saracenum aut blasphemum hominem etiam paratum idololatrari, aut blasphemare nomen Christi, inducere, aut prouocare, aut vocare ad opus externum quo blasphemet Christum, aut ei iniuriam irroget, seu contumeliam. Si enim hoc licere dicimus, quid aliud agimus, quam quod docemus licitum esse facere mala, ut veniant bona.

C Beatus Gregorius Armigildum regem fecit martyrem, propterea quod in festo pasche maluit securi interire, quam mandato patris de manu Arriani episcopi eucharistiam accipere. Ex quo dicto Gregorij, Petrus de Palude in quarto sententiarum dicit, quod ab haereticis siue sint occulti, siue sint publici non sunt sacramenta recipienda. Imo melius, inquit, est mori, quam de manu haeretici eucharistiam recipere, etiam in mortis articulo. Sic & diuus Thomas docet non licere unquam, ut quis recipiat ordinem ab episcopo, quem scit simoniace esse promotum in episcopatum, etiam quantumuis occulta fuerit simonia. Et quantumlibet ipse etiam episcopus sub poena excommunicationis iubeat ut alter ab ipso ordinem recipiat: non debet, inquit, alter ei obedire, etiam quis alter ipse probare non posset ipsum episcopum sic esse simoniace promotum. Eiusdem sententiae est glossa in cap. Si qui a simoniacis. l. q. 1. Et glossa in cap. Per tuas de simonia. Ex his videtur consequens, quod nemini liceat a suo pastore occulte haeretico, aut Lutheranis insanijs infecto seu excommunicato accipere absolutionis aut eucharistiae sacramenta.

Diuino iure praecipit, non consentire alterius peccato iuxta Apostoli doctrinam, digni sunt morte non solum qui faciunt, sed & hi qui consentiunt facientibus. Sed petere sacramentum scienter a sacerdote criminoso est consentire in peccatum illius. Nemo enim petit ab altero aliquid fieri, nisi & velit & consentiat, ut alter id faciat. Si ergo nulla ratione licet consentire, ut sacerdos indignus sacramenta dispenset, videtur igitur nequaquam esse licitum petere ab illo sibi sacramenta dispensari.

Iure diuino illicitum est non solummodo consentire peccato alterius, sed & cooperari ei in opere quo peccat & proponere ei materiam unde sibi sumat peccandi occasionem etiam quis illam occasionem sumeret ex malitia & prava sua dispositione. Sic & Paulus iussit: Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, ma-

Seruus Christianus quomodo teneatur subesse Iudaeo, aut ethnico domino

1. Pet. 2. 13

Eph. 6. 1
Coloss. 3. 1

Argu. III.

Argu. IIII.

24. q. 1. c. cepit.

22. q. 100. art. 6
Solutione ad. 2.

Argu. V.

Rom. 1. 1

Arg. VI.

Ecl. 8. e

rum, magis autem redarguite. Insuper præceptum legimus: Ne incendas carbones peccatorum, arguens eos, id est, ne excites pronitates seu inclinationes ad peccandum, quæ sanè inclinationes incenduntur ab his, qui causa sunt vt homines ad peccandum parati exeant in executionem illiciti operis.

Arg. VII.

De locantibus
domos in
vicijs, meretrici-
bus, concubina-
rijs, aut ludæis.

Vsurarijs, meretricibus, & fornicarijs, ludæis, idololatrijs, quantūlibet fuerint parati animi in peccatis perseuerare, nequaquā licitū est locare aut vendere domus ad inhabitandum, etiā quis locantibus aut vendentibus solum cupientibus domus suas iusto precio aut vendere, aut locare, displiceant peccata illorum, & nō cōsentiant in vsurarū acceptiones, luxurias, aut idololatrias. De locantibus domos vsurarijs, habes caput primum de vsuris, lib. 6. vbi textus prohibet, ne quis locet domos alienigenis, & non illic oriundis locet domos, vel sub alio quocunque titulo concedat sub pœna suspensionis ipso facto, si locans fuerit patriarcha, archiepiscopus, aut episcopus, sub pœna verò excommunicationis, si persona fuerit ecclesiastica inferioris ordinis, sub pœna autem interdicti, si locas fuerit ciuitas aut collegium. Cū ergo huiuscemodi sint pœnæ graues, quæ non inferuntur nisi pro mortali crimine, consequens videtur eum qui sic domos locat vsurarijs, mortaliter peccare, & eum insuper, qui domos conductas habere sinit, & non expellit illos. Et ne cauilleris ex verbis textus, & dicas his pœnis subiaceri eos solum, qui domos locant vsurarijs ad scœnus exercendum, id est, ea intentione. Huic cauillationi obuiat glossa ibidem dicens probabilis ignorantia excusat illum, qui locauit domum ei, quæ ignorabat vsurarium, in dubio tamen præsumuntur ad hoc cōducere, si consueuerunt vsuras exercere. Et quamuis locare domos vsurarijs non alienigenis, non subijciantur his pœnis positiui iuris, nō tamen consequens est sic locantes non peccare criminaliter. Et quia par ratio videtur esse de locante domum vsurarijs, & de locante domum meretricibus, aut concubinarijs, aut idololatrijs, vel ludæis, videntur omnia hæc æquæ esse iure diuino illicita propter cooperationem, virtualesque cōsensum in crimina illorū. Quemadmodum is qui locat aut vendit scienter gladium suum alteri, vel arma, quibus ille est abusus in oppressionem vel mortem innocentis, mortaliter peccat contra naturalis & diuini iuris prohibitionē, & id quidem propter cooperationē peccati. Sicuti iure diuino illicitū est vendere venenū intoxicū, aut taxillos vel aleas, quibus emētes cōmuniter abutuntur in damnationē animarū suarū. Vnde & hac ratione nō est licitū mihi reddere homini iam irato & parato occidere gladiū suū, quin potius teneor ab eodē sic irato etiā gladiū suū per vim surripere ad impediendū homicidij peccatū. Videtur igitur, quod pariformiter teneor sacerdotē criminofum in scelere perseuerantē nō solū non vocare, sed & impedire ne sacramēta sic cōtrebet indignus, ingerens Christo contumeliam, & proximo peccati ruinam.

Arg. VIII

Exigere iuramentum ab eo quem scio iuraturum falsum.

Iure diuino prohibitum est exigere iuramentū ab eo, quem scio falsum iuraturum, iuxta doctrinā August. designatā. 22. q. 5. ca. Qui exigit, & ca. Qui prouocat. Atteritque; ibidē Aug. eū qui sic prouocat hominē ad iurandū, quē nouit iuraturū esse falsum, plus peccare quā homicidam. Rursus eadem causa & quæst. in cap. Hoc videtur: tradit generale documētum vnumquemque reum esse, qui audit eū iurare falsum, & tacēs non indicat: multo igitur magis est reus, qui ad deierandū prouocat eum quē nouit falsū iuraturum. Multum enim interest inter istum & illum: possumus enim paratum ad periurium admonendo vel prohibendo à tam graui peccato reuocare, sed si non audierit nos, & coram nobis de re quam nouerimus falsum iurauerit prodendus est, sed vtrum ita prodendus sit, vt proditus etiam periculum mortis incurrat, difficillima quæstio est. Sed quia scriptura in Leuitico non expressit cui hoc periurium indicandum sit, vtrum illi cui iurauit, an sacerdoti cuiuspiam, qui non solum eum persequi non potest irrogando supplicium

A supplicium, sed etiam orare pro illo potest, videtur mihi, quod se à peccati vinculo absoluat, si talibus indicet, qui magis prodesse possunt, quā obesse, siue eū corrigendo, siue Deum pro eo placando.

Ob nullum finem quantumlibet bonum assequendum, licitum est vel confutere demones, vel consilium accipere à Magis, Ariolis, & maleficis, etiam paratis maleficijs vti: neque enim vt maleficium repellatur, neque ob aliam vllam vtilitatē vel necessitatē: ergo videtur neque licere vnquā ob vllam necessitatē vel vtilitatē petere sacramenta celebrari aut dispensari à sacerdote perseuerante in crimine.

Decimum argumentum assumit media, quibus olim ante mille annos hæretici Donatistæ utebantur ad monstrandum omnia sceleratorum sacerdotum sacrificia & sacramenta esse falsa, irrita & inania, atque neminē Christianū posse communicare illis in huiuscemodi sacramentorum perceptione, quæ sane media iam supra in argumento vndecimo & duodecimo, magna ex parte recitauimus. Vnde contra Augustinum argumentabatur Permenianus hæreticus. Si possumus, inquit, à sacerdotibus publicè manentibus in peccato sumere panem & calicem Domini, quomodo poterimus obedire Apostolo præcipienti, ne cum hominibus fornicarijs, adulteris, aut auaris sumamus cibum etiam communem.

Quomodo item præcepit vnicuique in nomine Domini Iesu Christi, vt recedat ab omni fratre ambulante inordinatè. Item carnales homines non possunt spirituales filios procreare, dicente Christo ad Nicodemum. Quod natum est ex carne caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus est. Præterea Deus odio habet non solum criminofos sacerdotes, sed & orationes & sacrificia eorum, abominaturque; holocausta, victimas, festiuitates, & solennitates eorum, eò quod manus eorum plenæ sunt sanguine, id est peccatis, sicuti dicitur Isaiæ primo: Ne offeratis vltra, inquit Deus, sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Iniqui sunt cœtus vestri, calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea. Cū multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestræ plenæ sunt sanguine. En vides spiritum sanctum ex ore Isaiæ, etiam detestare ipsa sacrificia diuinitus instituta, cū offeruntur à sceleratis sacerdotibus, sicuti & in alio loco apud eundem Isaiam loquitur: Facinorosus qui mihi sacrificat vitulum, quasi qui canem occidat, & qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat. Item sacrificia impiorum abominatio Domino. Dona iniquorum non probat altissimè.

Item, sacrificia eorū, quasi panis luctus, omnis qui manducat ex illo, inquinabitur. Orat vir sanctus, Oleū peccatoris nō impinguet caput meū. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Cæterū prædicator annuncians populo doctrinā salutis æternæ, & notoriè viuens contra eiusdem doctrinæ præcepta mortaliter peccat, quem & per prophetam Deus arguit. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum. Quē & Paulus increpans, inquit, Qui alium doces, teipsum non doces, qui prædicas nō furandandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis. Proinde de sacerdotibus, quibus incumbunt ecclesiæ ministeria: Probentur inquit primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Si peccauerit populus orabit pro eo sacerdos: Si autem peccauerit sacerdos, quis orabit pro eo?

Tota sacramentorum virtus seu fructus à Christo deriuatur. Cū ergo sacerdotes prauis sint palmites aridi, alieni à Christo vera vite, per quam confluit virtus fructificandi in palmites, videtur consequens eosdem prauos sacerdotes, qui nō sunt participes pinguedinis vitis ac radicis, nequaquam posse dispensare aut communicare alijs sacramentorum fructum. Item eucharistiæ sacramentum benedictione sacerdotis cōsecratur, sed prauis sacerdotis benedictio nō est efficax ad spiritualē vllū effectū à Deo consequendū, sed reproba potius, & quæ pœnam meretur,

Malach. 2. a
1. quest. 1. cap. Sacrosancta
meretur, iuxta illud: Maledicam benedictionibus vestris. Vnde Gelasius papa, A
quomodo ad diuini mysterij consecratione celestis spiritus inuocatus adueniet,
si sacerdos qui eum adesse deprecatur criminosis actionibus plenus reprobetur.
Quam sententia longe ante Gelasium diuus Hieronymus, multis in locis videtur
comprobasse. Primum in commentarijs Sophonia tractans verbum prophetæ:
Sacerdotes eius polluerunt sanctum. Sacerdotes, inquit, qui sanguinem Domini
diuidunt populis, impiè agunt in legem, putantes eucharistiam facere verba, nõ
vitam: & necessariam esse solennem orationem, non autem sacerdotis merita, de
quibus dicitur Leuitici. 21. Sacerdos in quocunque fuerit macula, non acce-
det offerre oblationes Deo. En habes ad conficiendum eucharistiam non suf-
ficere solennem sacerdotis orationem, sed & merita eius esse necessaria, eosq; im-
piè agere, qui contrarium putant. Item de hereticis & ab ecclesia præcisus, vi-
detur manifestum esse ab illis sacramenta neque confici posse, neque dispensari.
Nam & sic planè sensit Cypri. martyr ante annos. 1200. vt patet in epistola de la- B
p. Vnde & in Niceno concilio legitur, Si quis confugiat ad ecclesiam catholicã
de Paulianistis & Catafrigis, statutum est eos omnino debere rebaptizari: qui si
fuerint etiam ordinati apud illos, rursus ab episcopo ecclesiæ ordinentur, si exa-
minati inueniantur idonei, sicuti recitat Gratianus. Hanc sententiam & ipse Hie-
ronymus affirmare videtur in commentarijs supra Amos prophetam. Odit Deus
sacrificia hereticorum, & à se proijcit, detestatur foetorem eorum, quotiescunq;
in nomine eius congregati sunt, & claudit nares suas. Et in commentarijs super
Aggeum: Omnia siue vota pacifica, siue ieiunia, castitas corporis, elemosinæ,
siue holocausta erunt contaminata in conspectu Domini, quamuis sancta videan-
tur specie sui quæ offeruntur, tamen quia tractata sunt ab illo qui pollutus est in
anima, polluuntur omnia. Et in commentarijs super Oseam planè asserit here-
ticos offerre sacrilegum panem. Insuper Cyprianus. Constat, inquit, oleum vnde C
baptizati vnguntur sanctificari, & eucharistiam apud illos omnino fieri non pos-
se, vbi spes nulla est, & fides falsa, vbi omnia per mēdacia aguntur. Præterea quis-
quis extra ecclesiam est, non videtur aliquid posse agere nomine & in persona to-
tius ecclesiæ, sed sacerdos celebrans ac consecrans eucharistiam agit sacrificium
in persona totius ecclesiæ, vnde & in ipsa consecratione non dicit, offero, sed of-
ferimus, quasi ex persona ecclesiæ. Et ideo quamuis alia forsitan sacramenta extra
ecclesiam celebrari possint, de hoc tamen non videtur. Quod etiam Augustinus
visus est sentire dicens: Recolite nomen, & aduertite veritatem. Missa enim dicitur,
iuxta dictum sacerdotis dicentis, Omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus
sancti angeli tui in sublime altare tuum, & cetera. Et hæc est plana sententia Magistri
sententiarum concludentis, hereticum à catholica fide præcisum eucharistiæ sa-
cramentum nequaquam conficere. Cæterum secundum antiquum ecclesiæ mo-
rem ante annos mille & ducentos annos custoditum, cōsuetum est sacerdotes cri-
minosos non solummodo excommunicari aut suspendi à diuinis, sed & degrada-
ri, iuxta sententiam Augustini sic dicentis: In ecclesia nec mali bonis obesse pos-
sunt, cum vel ignorantur, vel pro pace & tranquillitate tolerantur. Ita sanè vt nec
emendationis vigilantia quis quiescat corripiendo, excommunicando, degradan-
do, cæterisque coercionibus illicitis, atque concessis qui salua vnitatis pace in ec-
clesia quotidie fiunt secundum apostolicum præceptum seruata charitate: Si quis
non obedierit, inquit Paulus, verbo nostro per epistolam, huc notate. Ex quo ver-
bo apostolico ecclesia, teste Augustino, intellexit sese posse degradare sacerdotes
criminosos. Sacerdos autem sic degradatus, amittit aut potestatem consecrandi,
aut solam executionem. Non solum autem executionem, alioquin non plus per-
deret

1. quest. 1. cap. Si quis

Cypri in epist. contra hereticos

In sermone de corpore Christi

lib. 4. dist. 131. a

Lib. uno contra Donatist. post collationem. c. 4.

1. Thes. 3. d

A deret degradatus quàm excommunicatus, qui etiam per excommunicationem pri-
uatur ordinis executione. Videtur ergo degradatus prorsus perdere sacer-
dotalem potestatem, seu characterem. Atque ita talis si tentauerit consecrare
non plus quam laicus non sacerdos videtur efficere.

*Caput undecimum, in quo demonstrantur sacramenta dispensata à prauis
sacerdotibus prodesse secundum fidem & deuotionem accipientium.*



Hætenus recitauimus argumenta multa, quibus magna ex parte
olim ante annos mille Donatistæ heretici, conati sunt conclu-
dere sacramenta & sacrificia ab impijs sacerdotibus dispensata
esse irrita & inania, atque ita plebem non posse scienter ab illis
petere aut accipere sacramenta. Verum hæc omnia venerabi-
lis Augustinus hereticorum malleus insuperabilis in libris su-
is contra Donatistas, contra Parmenianum, & Petilianum hæ-
reticos contriuit, euertit, confutauit, & dissoluit, & validissimis scripturæ sa-
cræ testimonijs & antiquissimis ecclesiæ consuetudinibus ab exordijs Christia-
næ ecclesiæ obseruatis demonstrans sancta Christi verba sanctaque sacramenta, &
sacrificia ab ipso instituta non inquinari, sed pro deuotione & fide populi pro-
desse siue à prauo, siue à bono ministro illa quisque accipiat quia spes omnis
Christianorū in Christo non in homine est collocanda, dicente scriptura, Male-
dicus qui spem ponit in homine, atque ita sanctum est quod Deus dat etiam per
ministrem, non sancta conscientia dispensantem, quia siue à bono, siue à malo
ministro sacramentum quisque accipiat, non nisi spiritus sanctus est qui intus ho-
minem iustificat iuxta Pauli Apostoli doctrinam, Neque qui plantat, neque qui
rigat est aliquid sed qui incrementum dat Deus. Plantare inquit. Ambrosius
& Augustinus est euangelizare & semen verbi Dei applicare auribus hominum.
Rigare vero est baptizare, si malicia vel bonitas ministri sacramentum dispen-
santis variaret sacramentorum dignitatem, & valorem, iam in merito confiden-
dum esset ministrorum & tanta esset fructuum sacramentorum diuersitas, quan-
ta ministrorum varietas contra Paulum apostolum coarguentem Corint. qui
iam super hac re facere ceperant schismata in ecclesijs. Significatum est, inquit,
mihi de vobis fratres ab his qui sunt Chloes, quia contentiones inter vos sunt, a-
lijs dicentibus. Ego quidem sum Pauli, alijs vero, ego sum Apollo, alijs, ego
sum Cephæ. Quos quasi gloriantes in meritis hominum baptizantium coarguit
Nunquid, inquit, diuisus est Christus? nunquid Paulus crucifixus est pro vobis?
aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo, quod neminem vestrum
baptizauerim, nisi Crispum & Gaium, ne quis dicat, quod in nomine meo bap-
tizati sitis. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, in fine eiusdem
capitis concludens, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Et quod in primo ca-
pite specialiter declarauerat de sacramento baptismi, hoc infra in capite tertio,
& in principio capitis quarti eiusdem epistolæ, quasi repetens generaliter de a-
lijs sacramentis seu mysterijs explicat, commonstrans homines non esse nisi dis-
pensatores mysteriorum Christi. Cum sit inter vos, inquit, zelus & conten-
tio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis. Cum enim quis
dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem, ego Apollo, nonne homines estis?
Quid enim Apollo, quid Paulus? nisi ministri eius cui credidistis, & vnique
sicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum de-
dit. Ita neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat De-
us. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum e-
ius, Itaq; nemo gloriatur in homine. Hætenus ille. Quos nominat apostolus, sine
T dubio boni

Sacramenta siue à bono, siue à malo sacerdotibus dispensantur eiusdem sunt valoris.

Hier. 17. a

1. Corint. 3. b

1. Corint. 1. b

Declaratur enim Paulo sacramenta eiusdem esse valoris siue per malos, siue per bonos ministros dispensantur.

dubio boni erant ministri, sed sub his bonis, quos dicit intus fructum non operari vult insinuare sancta Dei verba quæ foris adhibentur etiam per ministros prauos A dispensari, & per eosdem verba sacra dispensantes Deum intus operari salutis fructum. Proinde ex hac Apostolica doctrina, semper intellexit ecclesia baptismum tantum valere dispensatum per hominem contemptibilem, quantum valet per Apostolum datus, quia baptismus non hominis sed Christi est, qui intus lauat Vnde & carnales, & secundum hominem ambulantes, apostolus appellat eos qui auxilium sperant humanum, putantque se intus purificari ex meritis hominum sacramenta dispensantium. Item Augustinus in tractatu de corpore Domini intra ecclesiam catholicam in ministerio corporis & sanguinis Domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecratis, sed in verbo conficitur creatoris, & in virtute spiritus sancti. Sicut ergo ipse est qui baptizat, ita & ipse est qui per spiritum sanctum suam efficit carnem & sanguinem. Putant quidam, inquit Gregorius, communionem corporis Domini minus esse sanctificanti, si illorum fiat officio, quorum vita oculis eorum videtur ignobilis. Heu in quàm magnum laqueum incidunt, ut diuina & occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credant. Communis, idemque spiritus sanctus in tota ecclesia inuisibiliter eadem mysteria & operando sanctificat, & sanctificando benedicit. Caterum Nicolaus papa respondens consultis Bulgarorum. Sciscitantibus vobis, inquit, si à sacerdote, qui fuerit comprehensus in adulterio, siue de hoc sola fama conspersus, communionem debeat recipere nec ne. Respondemus, non potest aliquis quantumlibet pollutus sit, sacramenta diuina pollueri, quæ purgatoria sunt cunctarum contagionum. Qualiscumque enim sacerdos sit, quæ sancta sunt inquinari non possunt, idcirco ab eo, quousque iudicio episcoporum reprobetur, communio percipienda est, quoniam mali bona administrando se tantummodo ledunt Cereæ fax accensa, sibi quidem detrimentum præstat, alijs vero lumen in tenebris administrat, & vnde alijs commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet, concludens addit. Sumite ergo ab omni sacerdote intrepidè Christi mysteria, quia omnia in fide Christi purgantur, & non dantis meritum, sed accipientis fit, tanquam dicat, non se cundum dispensantis, sed secundum accipientis fidei deuotionem sacramentum proficit. Quemadmodum autem is qui qui applicat ignem combustibili, quodammodo causa est combustionis, quæ nequaquam ob varietatem applicantium hominum variatur. Sic & in sacramentis Christi contingit, quibus Deus adest, spiritualem effectum operans. Neque obest qualescumque fuerint sacerdotes applicantes, qui, ut inquit Paulus, solum, sunt ministri Christi intus operantis, per quos Christus etiam malignos, & demonia eijcit. Ioannes Apostolus & euangelista, cum interpellasset Christum, Præceptor vidimus quendam in nomine tuo eijcientem demonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nos. Responsum habuit, Nolite prohibere eum, qui enim non est aduersus vos pro vobis est, Vbi Be- D da & Ambrosius in hæreticis, malisque catholicis, prauis sacerdotibus, non sacramenta communia in quibus non obiscuntur, sed diuisionem paci veritatique contrariam, qua aduersus nos sunt, non se quætes Dominum, detestari, & odio habere debemus. Eos insuper qui non castè euangelizabant Apostolus permisit euangelium annunciare, & in hoc gaudebat, quia & fideles, non quæ Iesu Christi sunt, sed sua quærentes, non castè euangelizauerint, castum tamen erat quod annunciabant. Sicuti de quibusdã dixit Christus. Quæ di cum facite, secundum opera eorum nolite facere. Sicuti bonam legem potest reprobus habere populus, ita & iustam, rectamque potest reprobus iudex ferre sententiam secundum legem illi præscriptam. Hinc in cap. vestra de cohabitatione clericorum & mulierum, sine dubitatione, inquit papa, teneatis, quod à clericis & presbyteris etiam fornicarijs, quam diu tolerantur, nec habent operis euiden- tiam, licitè

8. quæst. 1. c. Misi Saculari

15. quæst. 8. c. Sciscitantibus,

A pastore depresso in adulterio, eucharistia percipienda.

1. Corint. 3. b

Marc. 9 f

Christus permisit malos sacerdotes euangelizare.

Philipp. 2. b

Matth. 23. a

B

C

D

etiam, licitè diuina audiantur & ecclesiastica recipiantur sacramenta, quia & si iuxta A ta Decretalem finalem eodem titulo, quemlibet pro mortali peccato constet esse suspensum quoad seipsum, non debet tamen in diuinis officijs euitari. Nam quantum ad alios suspensus non est, nisi peccatum eiusmodi fuerit notorium, aut per sententiam seu confessionem factam in iure, aut per euidentiã rei, quæ tergiuer- satione aliqua celari non potest. Iam si dixerit fortassis quispiam, sacramenta & Dei verba dispensata seu prædicata à ministris malis, esse quidem bona, sed tamen ea esse meliora, quæ sunt dispensata à ministris bonis. Respondeo, huic obuiat Paulus coarguens Corin. propterea quod voluerint esse Pauli, id est, à Paulo baptizati. Vnde & olim ante annos mille Cresconius grammaticus conuictus scripturæ sacre testimonijs, concessit quidem non hominem sacerdotem dispensantem sacramenta, sed ipsum Christum per ipsa sacramenta intus abluere, intus dare fidem intus esse originem & caput hominis credentis, & sese conuertentis, ipsum tamen sacramentum quod à Christo est institutum, verbumque euangelij melius fieri, B aut prædicari si per bonum ministrum fiat, quam si fiat per malum. Hanc sententiam Cresconij tractans Augustinus, demonstrat sacramenta diuina per bonum ministrum melius quam per malum fieri, secundum sensum quendam, quia videlicet melius est ipsi ministro bona dispensare sacramenta, non autem quia melius est accipienti sacramentum, qui etiam si incurrerit in ministrum malum, securitatem accipit à Domino Deo suo dicente & monente, Quæ dicunt facite. Ad do etiam, inquit Augustinus, ad hoc esse melius ei qui accipit, ut is ministri probitatem ac sanctitatem considerans facilius imitetur, sed non ideo veriora & sanctiora sunt quæ ministrantur, quia per sanctiorem ministrantur. Illa namque per se ipsa vera sunt & sancta propter Deum verum & sanctum cuius sunt. Et ideo fieri potest ut accedens ad societatem populi Christiani alium inueniat à quo facile baptizetur, alium quem eligat, quem salubriter imitetur. Cotingere potest quod à malo baptizatus optime viuat, à bono autem baptizatus viuat pessimè. Hactenus C Aug. Sic & doctrina euangelij plerumque à sacerdotibus minus bonis, minusque doctis, quinimo & prauis, salubrius dicitur ad ædificationem audientium, quàm à sanctioribus, doctioribusque presbyteris. Nam & donum prædicandi verbum Domini gratis datum ad utilitatem aliorum, plerumque habet homines prauæ vitæ, qui diuina eloquia & suauiter & sapienter tractare & enarrare possunt, ut audientes gloriètur, non in meritis aut operibus hominis prædicantis, sed in doctrina spiritus, etiã per ministros prauos tam disertè, tamque suauiter loquentis euangelium, ut intus penetret in mentes hominum. Porro ex scripturis sacris manifestum est geminam esse in nobis spiritus sancti operationem, Vnam qua ipse nos multis virtutibus solidat ad salutem propriam, Alteram qua foris muneribus ornat ad lucrum. Illas nobis, inquit Bernardus, hæc nostris accipimus, verbi gratia, fides, spes, charitas, nobis propter nos dantur, absque his quippe salui esse non possumus. Scientiæ vero seu sapientiæ sermo, gratia curationis, prophetia, donum linguarum, similiaque, quibus carere cum integritate etiam salutis propriæ possumus, proximorum proculdubio in salutem expendenda donantur. Atque ita fit, quod vna prædicatio, ut inquit Augustinus, sit melior quam alia, quamuis vnus baptismus non sit alio melior. Quæ sane Augustini sententia, non est accipienda solum propter maiorem sanctitatem prædicantis, qui orando aut impetrando possit proficere audientibus, alioqui ratione simili etiam vnus baptismus melior alio dici posset, quod tamen Augustinus negat, sed est sententia illa Augustini intelligenda propter ipsas prædicationes in se, quarum vna est altera suauior, doctior, & ad commouendum, & flectendum auditores aptior, quamuis ipsa prædicatio euangelij non ex se, perinde atque baptismus valeat hominem saluum facere.

Obiectio. Non melius est sacramentum propter meliorem ministrum Solutio.

1. Corint. 2. b

Contra Cresconium lib. 4. c. 20. & 21. & lib. 2. c. 29.

Matth. 23. a

Super Cantica Sermone. 18. in principio. Duplex spiritus sancti operatio.

Vna prædicatio melior alia, sed tamen vnus baptismus non est altero melior.

6. Corin. 2. c.

Prædicare in sapientia verbi.

De doctrina Christiana libro quarto c. 28.

2. Timot. 4. 4.

De doctrina Christiana libro quarto sermone 10. sum.

Distinctio prauorum sacerdotum.

Prima sententia.

Quatuor sententia.

Proinde Paulus cum dicit, Christus non misit me baptizare, sed euangelizare **A** insinuauit officium euangelizandi excellentius esse officio baptizandi. Et euangelizare non fit omnibus datum, quibus datum est baptizare. Quod autem adiecit, Misit me euangelizare non in sapientia verbi, non eum prædicantem in sapientia verbi, prædicare intelligit, qui in prædicando euangelium scripturarum auctoritate contentus, utitur suauitate dicendi, ut fleat & moueat auditores atque persuadeat, sed eum prædicantem qui euangelizando nititur euangelium probare per verba composita ex humana sapientia, & secundum indaginem humanæ rationis & elegantiam sermonis. Hanc autem esse Pauli sententiam patet. Nam quod capite primo ad Cori. dicit. Non in sapientia verbi. Hoc capite secundo dicit. Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, ut fides vestra sit non in sapientia hominum, sed in virtute Dei, quod & infra eodem cap. sic explicat. Quæ à Deo donata sunt nobis loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus. **A. B.** pertè igitur insinuat Paulus, quod idem sit prædicare in sapientia verbi, prædicare in persuasorijs humanæ sapientiæ verbis, & loqui in doctis humanæ sapientiæ verbis. In annunciatione euangelij non ideo prædicator, aut doctor quisque, inquit Augustinus, annunciat euangelium in sapientia verbi, aut in doctis humanæ sapientiæ verbis, quia laborat, ut suauiter doceat euangelium, ut libenter, & obedienter audiat admonendo, arguendo, increpando, ut doceat, moneat, & fleat auditores (Ad hæc enim Paulus Apostolus episcopum hortatur, argue, inquit, obsecra, in ista opportune, importune) sed quia sollicitus est, ut doceat ea quæ placent audientibus & bene sonant secundum sapientiam huius seculi, quia vult verbis contendere, ut & dictio sua innixa humanæ sapientiæ rationibus, alterius dictioni perferatur, Neque prædicator item aut doctor quisque ideo suis viribus fidit, quia laborat sancti spiritus verbum prudenter, & sapienter dicere, sed quia putat se intus operari salutem. Paulus ubi de seipso dicit sese in plantando, & euangelizando nihil esse nisi ministrum Dei qui intus dat incrementum, ibi & de se ipso confidenter tandem ait, Secundum gratiam Dei quæ data est mihi ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat. Et infra capi. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Unde demonstrat Augustinus, Rhetorica præcepta ad defendendam veritatem euangelij esse summopere utilia. Sanctus Cypri. tam suauis & viuaci, inquit, sermone docuit sancta, iusta & bona, ut & intelligenter, & libenter, & obedienter audiretur. Verum hic sciendum quod Deus aliter operetur per prauos ministros sacramenta ecclesiæ dispensantes, aliter per prauos ministros euangelizantes seu prædicantes verbum Dei, aliter autem per eosdem prauos ministros publice in ecclesia offerentes sacramenta, in hymnis & in canticis, publicisque officijs ecclesiæ foris ministrantes, de quibus in responsione ad decimum argumentum infra latius. Caterum pro solutionibus argumentorum supponenda est hæc diuisio prauorum sacerdotum. Alij neque tenentur ministrare sacramenta, neque parati sunt, alij vero tenentur, & sunt parati, tertij vero sunt obligati & non parati, quarti autem sunt parati ministrare & non obligati. Præterea inter sacerdotes prauos alij sunt ab ecclesia tolerati, alij vero præcisi, aut excommunicati, aut suspensi ab officij ministerijs, & inter hos alij sunt nominatim eiectioni, alij vero solè generali sententia iuris, vel hominis. Quibus præmissis considerandæ sunt sententiæ. 4. Prima est. In resolutione huius questionis diligenter oportet considerare, quid sit naturalis & diuini iuris, quid autem iuris humani. Ex prædictis manifestum est. Si contingat nos secundum corporalem conuersationem esse vel comites, vel socios vel sodales homini peccatori vel indigos auxilij eius, vel famulos, vel negotiorum gestores ea maturitate, eoque moderamine

moderamine ex iure diuino temperanda est nostra cum illo conuersatio, ut neque ei, neque alteri possit inde verisimiliter contingere prauitatis fomētū aut ruinæ occasio. Nam si nostra conuersatio, vel societas corporalis cum sceleratis peccatoribus præstet illis vel alijs, vel nobis fomentum prauitatis, aut salutis detrimentum, aut ruinæ periculum, iam nostra conuersatione tali Deum in iram prouocamus, sicuti scriptura de Iosaphat rege testatur, His qui oderunt Deum amicitia iungeris propterea quidem iram Dei merebaris. Ex hac sententia diligenter considerata liquet, quoniam pacto liceat à sacerdotibus prauis sacramenta petere, & accipere, & quomodo se gerere debeant Christiani seruitores & seruitrices in rebus domesticis usurariorum, aut abducti in seruitutem Sarracenorum, ac infidelium. Secunda sententia est, secundum dispositionem iuris positui humani, Nullus parochianus debet deuitare suum pastorem sceleratum à suis mysterijs se separando, nisi pastor ille prauia sui superioris sententia fuerit nominatim denunciatus, vno dumtaxat casu excepto per indultum concilij Constantiensis de notoria iniectioe manuum in clericum. Et hoc ius humanum est naturali & diuino iuri consonum. Prior huius sententiæ pars patet ex eiusdem decreto concilij Constantiensis cuius consensu factum est, ut non teneamur prætextu cuiuscumque sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ à iure, vel ab homine generaliter promulgatæ vitare aliquem in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscumque diuinis, intus & extra donec fuerint facti per sententiam notorij nominatim. Alteram partem rationibus demonstrarunt, iam pridem Cancellarius Parisiensis, & Aliacensis in homilia quadam. Nam oppositum dicere, inquit, est dare subditis occasionem triplicis peccati, rebellionis videlicet diuisionis, seu schismatis, & temerarij diiudicationis, Rebellionis quidem, nam cum laici sint proni ad male iudicandum, iugiterque clericis infesti poterunt ex leuibus suspicionibus sese ab obedientia pastorum subtrahere, & in eos maliciose concitari. Diuisionis autem seu schismatis quia cum non sit par omnium affectio, nec par discretio, nec equalis eorum quæ sunt iuris & facti cognitio, alij dicent de prælato quia bonus est, alij vero quod non, sed quod sit malus, & vitandus. Atque ita erit in grege Christi diuisio. Temerariæ vero diiudicationis, quia & si curatus fuerit heri fornicarius aut auarus, potuit hodie pœnitere, nescit enim tarda molimina spiritus sancti gratia. Et facile est Deo subito conuertere peccatorem. Et quia iure naturali & diuino consonum est gregem pastoris periculis huius triplicis peccati, non illaqueari. Idcirco hæc præfata sententia, nedum post editionem concilij Constantiensis, sed & ante veritatem continebat, sub aliqua tamen limitatione, utpote excepto eo pastore, qui erat in peccato notorio per euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non potuit, iuxta decretum Nicolai Papæ & alios canones supra allegatos, ex quibus liquidum est etiam ante indultum Constantiense licuisse subditis à suis prælatis prauis, fornicarijs, & etiã generaliter præcisis, atque suspensis sacramenta suscipere quamdiu fuerunt ab ecclesia tolerati. Ab ecclesia autem dicebantur tolerari, quamdiu neque condemnati erant, neque sponte conuicti in iudicio, neque crimen factum fuerat notorium per rei euidentiam, ad quam quidem euidentiam notorietatem secundum doctores canonistas requirebatur quod factum ad minus esset decem hominibus manifestum. Super quibus habes doctrinam Panormitani in capi. vestra, superius allegato, de cohabitatione clericorum & mulierum. Deinde & Hostiensis tractans capi. Nullus missam audiatur presbyteri quem scit concubinam indubitanter habere, & cetera, vigesima secunda distinctione, de iure etiam veteri, inquit declarati per sententiam notorij fornicatores vitandi non erant in diuinis officijs, nisi propositum eorum fornicandi ad minus decem hominibus fuerat notum, qui à ipso facto inquit per pœnitentiam resti-

2. Paral. 19. 4.

II. Sententia.

Lib. de vita spirituali virtutis lectio quarta.

Ab ecclesia quia tolerari dicatur.

Ab ecclesia tolerari qui dicuntur.

Populus non potest vitare pastorem suum prauam uitam in sacramentorum ministerijs.

tiam restituebantur, & ipso facto suspendebatur. Simplex enim transgressio legis qua cauetur ne sacerdos habens concubinam celebret, & ne quis illius missam audiatur solummodo inducit peccatum, quod sola poenitentia diluitur. Proinde & sacerdotem cum iam abiecerit concubinam non impedit a celebratione. Ceterum & pro intellectu huius sententiae sciendum est quod populus non solummodo licite potest, sed & tenetur a suo pastore prauo sic accipere sacramenta. Neque potest licite eundem suum pastorem in communione sacramentorum vitare, aut sese subtrahere a communione illius, quamdiu ipse ab ecclesia in officio pastoralis curae toleratur. Neque expedit item populo habere vel licentiam, vel praecipuum confusum vitandi pastorem suum prauum & sese subtrahendi a communione illius. Nam dare licentiam, aut iussionem talem qua caueatur, ut populi vitent pastorem lapsum fortassis in crimen aliquod non praua sententia in eum lata & publicata est ministrare illis fomitem rebellionis, dissensionis, ac temerariae iudicationis, sicuti iam dictum est. Neque enim possunt subditi pastorem suum pro hora qua vel sacramenta dispensat, vel diuinum officium celebrat certo iudicare in oculis Dei prauum esse & criminofum. Nepe opus illud externum, quod agit non est prauum, sed in se licitum, & bonum, quem si forsitan nouero iam pridem crimine aliquod perpetrasse, fatius est mihi praesumere de illo quod iam poenituerit, quam temere de conscientia illius iudicare, de quo etiam, & si nondum poenituerit, non peccat tamen celebrando, aut sacramenta ministrando, nisi propter internam mentis indignitatem & irreuerentiam, quae in oculis solius Dei manifesta est. Vnde & hac ratione Paulus apostolus cum dixisset, Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei, & inter dispensatores illud quaeri, seu requiri, ut quisque fidelis reperiatur, continuo praclusit populo viam temere iudicandi de dispensatoribus Christi munera dispensantibus. Mihi, inquit, pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare quousque veniat Dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, tanquam dicat. Quomodo potestis de conscientia dispensatoris recte iudicare cum mihi ipsi non satis sim cognitus. Et quis nihil mihi sim conscius, non tamen propter hoc in oculis Domini sum iustus. Itaque nolite iudicare ante tempus, in quo manifesta erunt abscondita cordium. Cum ergo in his iudicijs nostra suspitio plerumque fallatur, multoque magis & fama saepe metiatur cauendum est subditis ne de indignitate conscientiarum pastorum suorum definitas ferant sententias. Tu quis es (inquit Paulus) qui iudicas alienum seruum. Domino suo stat, aut cadit, & si cadit, potens est Dominus iterum statuere illum, & subito de stercore erigere pauperem. Heus utinam improbi istius seculi homines, qui temerarijs suis iudicijs, scriptisque libellis famosis turbant vniuersum ecclesiae ordinem, tam faciles essent ad iudicandum semetipsos. Quis enim gloriabitur mundum se habere cor? si nosmet ipsos iudicemus, non utique iudicemur a Domino. Proinde & omnia quae capite isto dicimus de requiritibus sacramenta scienter a prauis sacerdotibus, vel audientibus diuina eorum officia non sunt accipienda, quasi ex prioris vitae eorum conuersatione praua licite quis possit iudicia, id est, definitas firmasque sententias de conscientijs eorum confingere, quas potuit Deus subito mutasse in melius, sed sunt habenda tanquam documenta quaedam declarantia quonam pacto liceat aut non liceat ab illis sacramenta accipere, aut intercesse diuinis officijs eorum, de quorum prauitate etiam interdum contingit tam probabiles, tamque violentas habere rationes, quae iudicium definitiuum inducunt eisdem sacerdotes pro tunc dispensando sacramenta peccare. Potest nempe contingere, quod ex commisso crimine nouerim sacerdotem iure communi propter crimen aliquod commissum esse excommunicatum, irregularem

2. Corint. 4. 4

Roma. 14. 4

1. Corint. 11. 5

Quomodo nemini licitum est de oculis sacerdotis conscientia iudicare.

gularem, aut a diuinis suspensum. Atque ita eundem non posse licite sacramenta, aut celebrare, aut dispensare, cuius conscientiam & si non possim tunc (nisi foris prodeat fructus mali operis) licite iudicare iniquam esse, attamen si videam illum sese sacramentis in tali statu ingerentem, licite iudico eum iniquè agere, quem & si secundum indultum Constantiensis concilij in sacramentorum administratione, vel receptione vitare non teneat, praetextu humani praecipui, aut censurae ecclesiasticae, utique tamen vitare teneor eundem si occurrat obligatio naturalis, aut diuini iuris, veluti cum ipse vel ex mea communione sumeret fomentum iniquitatis, vel ex reuerentia sacramenti vellet in tali censura constitutus abstinere, tum ego non possum eum ad celebrandum, aut ad sacramenta dispensandum inducere, nisi quatenus meus est pastor pro tunc obligatus sacramenta ministrare. In hac materia diligenter est discernendum ius positiuum a iure naturali. Nam quamuis prohibitione positiuum iuris tenetur quis solum vitare nominatim excommunicatum, iure tamen naturali tenetur etiam plerumque vitare, non sic designatum nominatim. Pro huius ampliori intellectu sit haec sententia. Tertia sententia. Nemini etiam ex causa vel utilitate quantumlibet ardua, licet exigere seu petere absolutionis eucharistiae, vel aliud quoduis sacramentum a sacerdote criminofoso, qui nec obligatus, nec paratus est id pro tunc ministrare. A quouis autem alio prauo sacerdote, veluti ab eo, qui obligatus est ministrare siue sit paratus, siue non paratus, & ab eo item, qui obligatus non est, dum sit paratus, & per hoc alias non patitur salutis suae damnum vel detrimentum, aut prauitatis fomentum, licite quis potest ad suam ipsius, vel aliorum spiritualem utilitatem ritè sacramenta petere, atque suscipere. Haec sententia tres habet partes. Prima, Quod nemini licet exigere seu petere sacramentum a sacerdote prauo, qui nec obligatus, nec paratus est pro tunc ministrare. Et probatur, Nam ad ministerium sacramentorum, vocans, exigens, seu requirens, inducens, precibusue alliciens sacerdotem fornicarium, aut aliam criminofosum, pro tunc neque obligatum neque paratum aut celebrare, aut sacramenta ministrare, sed potius pro sacramentorum reuerentia abstinere, est causa spiritualis damni illius, adfertque detrimentum saluti eius, quem sic requisitum & inductum verisimiliter nouit dispensaturum esse sacramentum indignè, qui alioqui pro reuerentia sacramenti voluisset abstinere. Vnde iuxta caput finale de temporibus ordinandorum, quisque debet sacerdotem in crimine iacentem admonere potius, ut in testimonium suae damnationis non ministret in susceptis ordinibus, sed abstineat potius, vel poenitentiam agat, ut dignè sacramenta administrare valeat. Secunda pars sententiae, quod videlicet quis possit sacerdotem, qui est ministrare obligatus, utpote pastorem suum in pastoralis cura toleratum requirere, ut sacramenta ministret. siue paratus sit, siue non paratus, patet, quia nemo peccat exigendo, quod sibi debetur, petens eo tempore, quo alter id sibi tenetur tradere. Cum ille teneatur hoc debitum non peccando reddere, debitoris enim malitia non excusat ipsum a soluendo debitum, in quo alteri est obligatus. Atque ita parochiani exigentes a suo pastore malo, cum solum petunt ius suum sibi debetum, non inducunt eum ad peccandum, sed ad exhibendum illud quod debet & potest absque peccato exhibere. Tertia pars sententiae est, quod a prauo ministro, qui obligatus non est, sed tamen est paratus sic sacramenta ministrare, licite quis possit ad suam vel aliorum utilitatem spiritualem sacramenta petere & suscipere, eumque ad ministrandum vocare, dum per hoc alias ille non patitur salutis suae damnum, seu prauitatis fomentum, patet. Nam licite quis potest uti alterius mala voluntate, ad exhibendum aliquod opus, quod est in se bonum & licitum, quod & alter ipse possit licite & rectè dispensare,

III. Sententia.

Parochiani licite petunt debitum sibi ministerium a sacerdote prauo.

Vt mala uoluntate alterius.

etiam & si nouerim illum esse parati animi, opus illud non ministrare nisi illicitè, indignè, aut irreuerenter. Sicuti licitè quis petit mutuum ab usurario quem nouit sine acceptione usuræ non mutuaturum. Cæterum & interdum quis propter bonum aliquod spirituale, aut ad vitandum magis malum licitè consulit alteri ut faciat opus aliquod secundum se malum & illicitum, modo ille paratus fuerit illud facere, alioqui maius aliquod malum perpetraturus, & non inde proueniat illi, vel alteri damnum aut spiritualis salutis detrimentum, veluti hæreticum, qui paratus est occultè seminare hæresim licitè induco, ut hoc tempore & loco ea quæ sentit de fide doceat, quatenus deprehendatur, deprehensusque non amplius noceat.

Helias ad actum externum idololatriæ prouocauit sacerdotes Baal. 3. Reg. 18.

Sic propheta sanctus Helias, ut ab idololatria reuocaret gentem Iudæorum ad externum idolorum sacrificium induxit sacerdotes Baal, qui parati firmique ac immobilis animi erant persistere in idololatria, Item eum qui parati animi est occidere patremfamilias, ut liberè thesaurum illius posset furado deportare: licitè induco & iuuo, ut furetur potius quam committat latrocinium. Volenti occidere vxorè, ut possit aliã quæ hoc fieri suggerit ducere, licitè possum consulere, ut potius faciat cum illa adulterium vxore referuata. Diuitem nolentem subuenire necessitati pauperis, neque per viam elemosynæ, neque per viam amicabilis mutui precibus licitè induco, ut potius sub usura mutuet, quam pauperem perire sinat.

Docere alterius malefacere.

Hic iam si obiecerit quispiam, sic dicere est docere alterum malefacere, ut veniant bona. Huic respondeo hoc falsum esse, sed est docere, quod propter aliquam necessitatem vel utilitatem licitum sit malam & contumacem alterius voluntatem facere prodire foras in opus externum, ubi id fieri potest absque detrimento salutis illius, & hoc non est aliud, quam uti mala alterius voluntate, propter aliquod bonum inde proueniens. Rursus si dixeris, Non est licitum mihi neque facere mala ut veniant bona, neque facere minora mala ut vitentur mala grauiora, neque enim licitum est mihi indignè tractare sacramenta propter alterius salutem, neque item licitum est mentiri ad vitandum homicidium.

Non est licitum facere mala, ut veniant bona, tamen licitum est cooperari ad malum ut memant bona.

Respondeo totum hoc utriusque verum esse, & ideo is qui malum facit, ut vel bonum eueniat, vel magis malum euitet, peccat utriusque, sicut probat argumentum, præsertim cum ipse absque omni peccato posset seruare utrumque; videlicet & vitare magis malum, & bonum ipsum non impedire, & hoc vel faciendo opus in se bonum bene, vel cohibendo voluntatem suam ab omni opere malo, quod bene fieri non potest. Secus autem est de me, qui non sic habeo in mea potestate alterius voluntatem, & ideo dum non possum apud illum efficere, neque ut ipse opus bonum bene faciat, neque ut utrumque; tam minus scilicet malum, quam maius malum fugiat, utiliter ago causam honoris Dei & salutis proximi, si utar mala illius voluntate, & inducam eum ut foris prodeat, quod intus contumaciter explere desiderat, neque hoc est facere malum, sed est vel eum qui alioqui facturus erat malum, impedire à maiori malo, vel ad suam aliorumve utilitatem, uti imprudentia, malicia, seu contumacia illius absque detrimento salutis eius. Si licet uti mala alterius voluntate ad opera in se mala, multò igitur magis licet uti mala alterius voluntate ad opera in se bona, cuiuscemodi sunt celebrare, & dispensare sacramenta. Bene uti malo, inquit Augustinus, non est peccatum, sicut sapiens dominus ad opera bona ministro utitur imprudente. Aliud est audire missam prauis sacerdotis vltro celebrantis, illiusque officij & sacrificij interesse, aut eidem inferuire. Aliud est eundem ad celebrandum vocare seu inducere. Cæterum hæc omnia quæ diximus de prauis sacerdotibus indignè sacrificia offerentibus, aut sacramenta dispensantibus, non sunt accipienda tanquam villo modo suffragentur ipsis sacerdotibus prauis, aut prælatis, ceterisque scièter tales indignos aut instituētibus aut tolerantibus, cum deberent

Lib. 5. contra Iulianum. 10. b

Aberent repugnare corrigendo, qui sanè omnes grauissimè procul dubio offendunt Deum creatorem, sed sunt constituta ad subueniendum timoratis conscientijs, & ad utilitatem subditorum. Atque ita non solummodo sacerdotes, qui sic indignè sacramenta tractant, iram Dei super se prouocant, sed & omnes qui ipsis sic indignè celebrantibus quodammodo communicant, vel fauendo, vel negligendo, seu fouendo, vel permittendo cum oporteret remedium adhibere. Et ideo ecclesiarum prælati, temporalesque domini sustinentes in familia sua capellanos concubinos, aut aliter criminosos ad missas celebrandas, sacrificiaque offerenda, quos ipsi possent, vel à crimine cohibere, vel à celebratione reijcere efficiuntur criminis sacerdotum indignè celebrantium participes, quibus formidanda est procul dubio beati Gregorij sententia dicentis. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Et quia iam de subditis diximus, quoniam modo scilicet debeant sese habere erga prauos sacerdotes,

Tolerantes sacerdotes prauos in suis ministerijs grauiter peccant.

3. quæst. 7. c. in Graubus.

B seu pastores. Iam per sententiam quartam de prælatis & episcopis, quorum est peccata scandalaque sacerdotum & pastorum indignè sacramenta tractantium sub sua diocesi corrigere, videamus. Quarta sententia. Quamquam interdum magis ecclesie Dei expediat prauos homines, ministros indignos, & sacerdotes scelestos tolerare, quam cum periculo maioris mali per censuras & rigidas penas coercere. Prælatus tamen aut scièter, aut negligenter indignum ordinans, curam pastorem inutili ac inidoneo conferens, aut in ministerio sustinens sceleratæ & perditæ vitæ ministrum, quem posset cohibere, particeps est omnino delictorum eius, quemadmodum & pastor à loco curæ absens, etiam ex legitima causa præficiens ouibus suis, aut iam præfectum sustinens vicarium indignum & infamem, particeps est omnium delictorum & negligètiarum, quæ substitutus ille commiserit, longèque amplius quam iudex qui scièter vices suas committens subdelegato iudicium peruerenti, reus est peruersi iudicij & iniusticiarum eius. Ipsi tamen subditi licitè & petunt & accipiunt ecclesiastica sacramenta ab illo indigno sacerdote substituto.

III. Sententia.

Matth. 23. d

C Primam partem huius sententiæ satis probat verbum saluatoris dicentis, Nolite eradicare zizania, ne simul conculcatis & triticum, finite vtraque crescere vsque ad messem. Eandemque partem dominus Gerson, & dominus Aliacensis, qui pro scandalo amouendo ob ordine ecclesiastico, curam habuerunt præcipuam, demonstrant pro hoc nostro seculo expedire, cum passim ad beneficia ecclesiastica assumantur iuuenes suarum passionum insequutores, multiplicantur lubrici & inutiles homines in sacerdotes, de quibus stultissimum est sperare, quod post susceptum sacerdotium castior & sanctior sit vita eorum futura, & non potius dissolutior. Ignari prorsus, vani, aut nobilitate sanguinis gloriantes, qui nihil nisi ludos, venationes, commestationes, impudicitias sectantur, ad docendum populum, & ad prædicandum euangelium omnino inepti atque inidonei ad pastorales curas euehantur, curas desiderant, ut sine curis viuant, quibus nulla est cura de seruitio diuino, aut de salute ouium, quarum curas ambiunt. De prouentuum & emolumentorum vbertate tantummodo, & de quantitate valoris quæritur, quantum sibi longè ab ouibus suis ab futuro, prouentibus annuis reddi valeat, diligenter explorat, nihil de plebis qualitate cui præesse debeat, nihil de moribus, nihil de animarum periculis sollicitus, atque ita in singulis quibusque ecclesiasticis beneficijs quantum valeat absenti Christi patrimonium, de moribus autè est vltima quaestio. Huiusce generis hominibus indignis cateruatim ad ecclesiastica beneficia euectis, solummodo quærentibus de carnali pinguetudine patrimonij Christi comedere, bibere, & luxuriari, in saturitate & otio, pestiferi, sceleratissimi que mores adeò inualuerunt his nostris seculis, ut etiam & si fuerit vigilantissimus quispiam

De pastoribus prauis tolerandis

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

quispiam pontifex, pro salute ecclesiæ zelosissimus, plerumque nequeat sine detrimento salutis bonorum, mala hæc impedire, neque monitis pijs, aut correctionibus, neque rigidis ecclesiæ censuris. Atque ita propter custodiam salutis bonorum consultum est plerumque pontifici, vt ad tempus inemendabilium hominum peccantium multitudinem relinquat impunitam, & cum animi displicentia ac amaritudine toleret, interim tamen, neque suum officium negligens.

F I N I S.

ERRATA.

Folio.1. facie. 1. linea. 18. pro ob lege ab. fol. 4. 2. 2. post consilij adde sui. fol. 18. 2. 40. considerationem. fol. 19. 1. 22. naturæ. fol. 22. 2. 38. maius. fol. 24. 2. 49. dele solum. fol. 28. 1. 3. interponc, obedire. fol. 28. 2. 8. sacerdotis. fol. 34. 1. 34. loco & lege dist. fol. 47. 1. 21. febricitantes. fol. 47. 2. 21. cedere. fol. 51. 2. 17. externū. fol. 55. 1. 38. degradandi. fol. 58. 2. 9. causis. fol. 60. 1. 40. in non residētia. fol. 69. 2. 20. casibus. fol. 90. 2. 10. vertuntur. fol. 91. 1. 31. innotescunt. fol. 97. 1. 13. tractatur. fol. 97. 2. 36. dele quod. fol. 100. 1. 36. diaconatus. fol. 101. 1. 34. ecclesiæ.

